1548

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 112.

Est. 13.

Plut. 5.

DIONYSII

CARTHUSIANI

Archivo de Loyola

Estante .....

Plúteo .....

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nº 749 112

5 Vitoria C/5

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. DIONYSII

CARTHVSIANI IN EVANgelium Iohannis enarratio præclara admodũ, ex altera eaq; diligẽtissima ad archetypon recognitione, repurgatis mendis quibus scatebat pluribus, quàm diligentissime excusa, cui Index contentorum præfertur.

PARISIIS.

Vęnalis est apud Iohannem Maceum è regione Diui Hylarij sub scuto britanico.

1548

INDEX EORVM QVAE PRAECIPVA habentur in enarratione Euangelij secundum Iohannem.

A

A nobis ipsis nil possumus & tamẽ possumus quicquid precepit nobis deus 109.a
Abrahã quomodo diem Christi vidit 139.e
Absconsio Christi. 140.d
Actiua verbis generatio 5.c
Aduent' Christi duplex. 54.d
Aeterna verbi generatio 5.a
Agnus Christus dictus. 29.f
Aliquid fit per aliud pluribus modis 7.a
Aliquid est causa alterius dupliciter 77.f
Aliquid dicitur deus multipliciter. 162.c
Amor multiplex. 184.b
Angelorum malorum ante casum nobilitas 135.c
Animam ponere an dilectio maxima. 219.e.
Apostoli dicuntur maiora fecisse miracula quàm Christus quomodo 207.d
Apostolatus & prophetia impiis etiam dantur 110.a
Aquæ probaticæ piscinæ cur deus tantam vim contulit. 75.c
Arguere mundum de peccato, iustitia, & iudicio, quomodo: 226.c
Arrij lætalis error. 20.e

B

Balaam an verus propheta. 176.c
Baptizasse quomodo Christus dicatur 57.b.62.e
Baiulatio lecti à sanato quid signat. 76.d
Beatitudo seu fruitio diuina dupliciter cõsideratur. 203.e
Bethania quomodo interpretatur 167.f
Bonum & malũ duplex. 141.d

C

Calciamẽta Christi quę 29.a
Caluaria quid. 254.b
Caiphas an fuit verus propheta. 176.b
Caiphæ consilium erroneum multipliciter fuit 175.b
Christus quomodo stetit in medio horum 27.e
Christus cum rex omnium sit, cur specialiter rex Israel dicatur 36.f
Christum crescere oportere quomodo 59.f
Christum à patre audire quomodo 60.d
Christus est in hoc mundo cũ fidelibus variis modis 143.b
Christus clarificatus egresso Iuda quadrupliciter intelligitur 200.e
Christus quomodo descendisse de cœlo dicatur qui locum non mutat 51.a
Christi clarificatio multiformis. 183.c

Christus cur reliquit Iudæam. 63.a
Christus non erat sub lege. 64.c
Christus quomodo de cruce à nobis deponendus. 258.e
Cibus multiplex in scripturis. 69.a
Claritatem ab hoĩe quomodo Christus non quærit 88.f
Contemplatiui vbi residentes. 168.c
Creatura rationalis siue irrationalis consideratur dupliciter. 257.c

D

Dedicatio templi Hierusalem triplex 158.f
Dæmonũ mira potestas. ibi. d
Deum nemo vidit vnquã quomodo 22.f
Deus mouet vnũquẽq; secundum propriã naturam. 102.b
Deus cur dicitur specialiter de' alicui 264.b
Deus aliquid dicitur multipliciter 162.c
Deus quomodo dicatur factus 157.c
Diabolus homicida dicatur ab initio quomodo 158.a
Diabolus introire hominẽ quomodo dicatur 199.f
Dilectionis rationes multæ. 79.c
Dilectio dei & proximi inseparabiles sunt 201.f
Dilectio dei qua à deo preuenti sumus est causa omnis boni in nobis 157.d
Dilectio trinitatis ad nos æterna est 211.d
Diligere proximum quomodo nouum dicitur mandatum. 201.e
Dissensio doctorum de Maria Magdalena est resoluta. 164.b
Diuersi diuersimode Christũ secuti sunt 90.f
Diuersa iustorum genera. 56.e
Doceri quomodo conuenit Christo 130.b
Doctrinam Christi non esse suam, quomodo intelligatur 113.f
Duo pisces quid signant. 95.c
Duo mira in miraculis Christi sunt pensanda 162.f
Duo documenta in cœna precipua dedit Christus suis 198.c
Duplex electio 220.e

E

Ebionis atque Cherinthi error 3.e
Effectus sacramenti Eucharistiæ 106.d
Eiectio vendentium & ementium de templo 42.d
Emanatio ad intra & ad extra 4.c
Eucharistiæ sacramento tria insunt 105.a
Eucharistiæ sacramentum ad quid institutum 107.e
Esurire, sitire, æstuare, & fatigari, quomodo dicitur Christus 63.e

Excessiua dilectio rationem non pensat 262.a
Ex deo esse tripliciter 136.e
F
Fides quid 203.c
Fides nititur certo fundamento 70.e
Filius quomodo non potest à se quicquam facere 78.d
Filius hominis clarificatus quadrupliciter 200.e
Filii quare aliquãdo mõstruosi nascantur 141 f
Forsitan non semper sumitur dubitatiue, vide 128.a
Fugere pastori absurdum est 154.f
Fœmineum sexum consuetudo Hebræa mulierem vocat 262.e
G
Gazophylacium quid. 128.b
Gloria in scripturis diuersimode sumitur 18.b
Granum frumenti Christus quomodo 184.a
Gratia spiritus sancti quomodo aqua dicatur 64.e
Gratia quomodo gratis confertur si datur merito Christi 21.e
Gratia gratis data quid 19 e
Gratia triplex in Christo. 18.f
Gratiæ plenitudo in Christo an aliquid magnum 19.c
H
Hæreticorũ errores circa verbi incarnationem ponuntur. 17.d
Honor dei ante omnia expetendus 191.c
Homo interior & exterior. 135.a
Hominem malum non posse conuerti quomodo. 112.c
Humanitas Christi templum dicitur verbi 43.c
Hydriæ sex lapideæ quid significant 41.a
I
Idea quid 8.c
Iesus scribẽs in terra quatuor designauit 123.f
Iesus lux mundi quomodo. 125.b
Iesus suam diuinitatem ostendit dicens, ego sum principiũ 129.d
Iesus edoctus à patre quomodo. 130.c
Iesus liberauit omnes quomodo. 133.a
Iesus quomodo omnes diligit 193.e
Infidelis quomodo dicatur iã iudicatus 54.f
In sacramento altaris tria insunt 105.a
Incarnationis Christi misteria 16.c
In nomine Iesu aliquid petere à patre quomodo 208.b
Intentionis seu finis boni, opus bonum 224.c
In iudicio quatuor considerantur 81.c
Iohannis euangelistæ laudes. 2.c
Iohannes quomodo negat se esse prophetam 26.b
Iohannes qũo indignus calciamẽta portare qui dignus fuit baptizare Christũ. 28.c
Iohannes si nesciuit Christum qũo testis eius fuit 30.e
Iohannes baptista nullum signum fecit 163.e
Iudas q̃lis fuerit ab initio electionis ad apostolatũ. 110.a
Iudas si electus quomodo prescitus ibidem.d
Iudæi qũo nũquã audisse vocẽ patris intelligantur 87.b
Iudæi increduli multipliciter enarrauerunt 101.f
Iudicij veritas multa requirit 116.c
L
Laudare se Christus & sancti potuerunt 126.b
Lazarus fœtidus & quatriduanus quid repræsentet 172.b
Lazari suscitatio non potuit esse nisi à deo 164.f
Lazarũ quærunt potius principes interficere quàm cæcum illuminatum 180.b
Lex multiplex 161.f
Libertas appetenda quæ. 132.a
Liberauit oẽs xps qũo. 133.a
Lithostratos quid 252.f
Lucerna ardens dicitur Iohannes baptista 86.b
Lumen qũo habet qui Christum sequitur 125
Lux multiplex 13.d
M.
Maria Magdalena tãgere christum quare prohibita 263.f
Male operãtiũ gña multa. 56.a
Martha qũo sororẽ silẽtio vocauerit cũ locuta sit. 170.c
Messias quid 33.e
Messis dicitur collectio hominum 69.d
Merreta quid 39.a
Miracula ad quid ordinantur. 111.c
Miraculũ ꝓprie dictũ 46.f
Miraculorum virtus à deo est. 145.b
Missio filij dei duplex 86.f
Moyses legẽ dedit sed nõ gratiã qua impleretur 22.c
Moyses scripsit de Christo dupliciter 34.f
Mortui qũo dicãtur audire vocem filij dei 82.e
Mõstruositas ꝓplis vñ. 148.d
Mundus diuersimode accipitur 14.e
Mutatio aquę invinũ an primũ miraculũ domini Iesu 39.f
Mulier pariens quæ 229.c
N
Nardus quid 178.a
Naturalia in dęmonibus integra permanserunt 135.e
Nemo nouit patrẽ nisi filius, qũo hoc verum sit 23.c
Nequitia semper timẽda. 56.f
Non sitire in æternum dupliciter 65.b
Nuptiis adesse voluit Christus multis de causis 37.f
Nuptiæ multiplices in scripturis ponuntur. 40.c
O
Oculos cur Christus in cœlum leuauerit 172.e, Item. 233.f

Oratio mixta preconiis efficacissima ad impetrandũ. 181.f
Orationis cõditiones 208.f
Orationi exaudiendæ tria requiruntur 230.c
Orat xps patrẽ potius q̃ seipsũ secundũ quod deus est. 173.b
Originale peccatũ qũo vnum cũ pluraliter dicatur in peccatis natus es totus 148 e
Origenis excusatio de hæresi. 11.f

P

Parasceue quid 253.a
Passio Christi exaltatio dicitur multis de causis 52.b
Passio Christi contulit futura quæ præstant iam facta. 57.e
Passiones naturales sunt animę & corpori cõmunes. 198.f
Pastori bono quid op' sit. 151.c
Pater facit opera Christi dupliciter 202.a
Pax qd & in quo cõsistit. 213.d
Pecator dicitur multipliciter, quom non audit deus. 147.f
Peccata auferre nõ potuit pura creatura 30.a
Peccata mũdi quomodo Christus tollere dicatur 29.f
Pedes aliorum lauare expedit multis de causis 197.b
Pelagij error reprobat. 217.a
Petrus an prim' lauatus. 194.f
Petrus peccasset mortaliter si Christo non cõsensisset in lotione pedum 195.c
Philippi apostoli laus 183.
Pilatus se propriis verbis dãnauit 252 d
Pluralitas personarum an Iudeo possit probari ratione naturali 10.d
Proprium dei quid 36.c
Præceptorum obseruationis fructus 209.b
Pręceptũ de diligendo ꝓximo cur dicatur nouum 201.f
Prædicatio Apostolorũ messis fuit & seminatio seu semen 70.b
Prælatorum præclaræ conditiones 152.a
Principium quomodo Christ' dicatur 129.c
Prædestinatio nõ est ex meritis nostris. Sed reprobatio est ex nostris demeritis 160.b
Prima cõuersio mẽtis ad deum dei donum est 217.e
Propheta an xps fuerit. 93.d
Prophetã acceptum nõ esse in patria qũo intelligendũ. 71.a
Propheta est etiã de præteritis & præsentibus 66.d
Puer in scripturis dicitur tripliciter 62.b
Punitio in quo cõsistit 141.d
Purgare dicitur deus fideles multis modis 216.d

Q

Quãta certitudo sit fidei. 62.c
Quatuor in iudicio considerantur 81.c
Quatuor fecit Christus miracula magna vno tẽpore. 98.a
Quatuor ex charitate amanda 219.d
Qualem decet esse pastorem. 155.c. Item. 151.f

Quando

Quando pastoribus liceat fugere 155.e
Quadruplex caussa amandi deum 53.c
Quinq; panes hordeacei quibus refectio facta est, quid significent 94.d
Quis tenebras diligit magis quàm lucem 55.e
Quicunque peccat aliquo modo odit lucem 56.b
Quid est, voluerũt eum facere regem 96.b
Qui quærit propriam gloriam furtum committit 114.f
Quomodo dicitur deus magnificari à nobis 59.f
Quo die creditur Lazarus à Christo suscitatus 174.c
Quomodo Pilatus idololatra timuit audito ꝙ Christus dixit se filium dei 251.f
Quomodo Christus dilexit nos, ita inuicem diligere debemus 201.d

R

Ratio dũi & magistri quomodo Christo dicitur conuenire secundum diuinam naturã atque humanam 196.e
Rectitudo iudicii multa exigit 116.c
Res dicitur à cognoscente cõprehendi dupliciter 24.b
Rex Israel quemadmodum Iesus dicatur & sit 180.e
Rex vtriusque testamenti fuit Christus 249.c
Resurrectio Christi prænunciata vbi 260.e

S

Sabellii error 6.b
Sacramentum Eucharistiæ à Christo institutum dupliciter 104.d
Sacramẽta nouæ legis ad quid ordinantur 106.c
Samaria vbi sita 63.b
Sanctus sanctorum Christus secundum vtranque naturam 136.c
Secta triplex apud Iudæos. 27.a
Scænophegia quid 111.a
Scrutatio diuinorũ quædã bona, quædã verò curiosa. 88.b
Sciẽtia dupliciter sumit. 169.b
Secularis potestas nõ est spernenda 73.d
Seruus multifariam sumitur in scripturis 132.b
Serpẽs æneus in deserto erectus quomodo figura xpi. 51.f
Sex modis flagellat deus hominem 142.b
Si Christus nõ orauit pro mũdo quomodo in cruce ait pater ignosce illis 236.e
Similitudo est causa amoris. 221.e
Sitis tripliciter sumitur. 65.d
Somnus in scripturis diuersis modis sumitur 166.e
Spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis propter diuersas causas 210.a
Spũs dicitur cõsolator. 209.d
Spiritus sanctus multiphariam aqua dicitur 64.e
Spiritus quare non datus visibiliter

sibiliter ante Christi resurrectionem 120.f
Sponsa Christi triplex 58.f
Stadium quid 97.c

T

Tentare quomodo deus dicitur 91.f
Theologię & philosophię differentia ponitur 3.c
Tota vita Christi fuit satisfactoria pro peccatis mundi, 33.c
Triplex error circa deum fuit. 14.c
Triclinium quid 39.b
Trahi diuersi diuersimode dicuntur 102.c
Tractus à patre quomodo factus ibidem.b
Triplex mendacium 135.f
Tripliciter pater preclarificat Christum 234.c
Tribus de causis obuiauerunt serui regulo 72.d
Turbatio in Christo quomodo 198.f
Turbauit semetipsum Christus & fremit in Lazari suscitatione, propter multa 171.c

V

Verbum tribus modis sumitur 4.d
Verbum potius quàm pater, vel spiritus sanctus incarnatum est 17.b
Verbum dicitur lux hominum dupliciter 9.d
Verbum cur potius dicitur caro factum quàm homo. 18.a
Verba dei affectuose audiēda. 137.a
Veritas triplex in Christo. 20.a
Veritatem silere quomodo licitum 25.b
Veritatem faciens quomodo venire ad lucē dicatur 56.d
Via veritas, & vita quomodo Iesus dicatur 205.b
Visio quadriformis 22.f
Videre in scripturis ad omnes sensus refertur 138.c
Vitam se dixit Christus per similitudinem propter multa. 215.d
Vocat nos Christus ad se quotidie multis modis 170.e
Voluntas in Christo duplex. 85.b
Voluntatē Christi facere quomodo 101.b
Vox quomodo dicitur verbū præcedere quum sint idem. 26.f

Z

Zelus quid proprie 42.e
Zelus duplex ibidem.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

D. DIONYSII

CARTHVSIANI IN EVANGELIVM

secundum Iohannem Enarratio.

PROOEMIVM.

EGo sicut aquæ ductus exiui à paradiso, & fluuius meus propinquauit ad mare: quoniam doctrinam quasi antelucenum illumino omnibus. Increata atque fontana sapiētia dei, vnigenitus filius patris æterni, dominus noster Iesus Christus, ex quo humanam naturam super naturaliter induit, suppositaliterque assumpsit, homines mirabiliter sublimauit, atque ineffabiliter deificauit supernaturalibus donis ac gratiis, humanæ fragilitatis conditionem prorsus transcendentibus, suos ad implendo electos. Inter quos gloriosi apostoli sortiuntur primatum, quoniam primitias spiritus receperunt. Hos tanta virtute, potestate & gratia decorauit deus sublimis & benedictus, vt sanctitate, sapientia atque miraculis, vniuersos præcedere comprobentur, ipsis quippe etiam ordo rerum, naturalisque cursus mundi, & lex naturæ creatæ, inenarrabiliter extiterunt subiecti, in tantum vt ea quæ magni ac ingeniosi philosophi æstimabant, nec diuina virtute neque angelica potestate fieri posse, ipsi vberrime agnoscantur fecisse, mortuos suscitando, cæcos & claudos à natiuitate repente curando, dæmonibus imperando, venena sine læsione bibendo, in igne nullum supplicium sustinendo, archana cordium, futura quoque pure contingentia, certitudinaliter cognoscendo, beatorum angelorum frequentes apparitiones, alloquutiones, & administrationes habēdo, imò ad libitum obtinendo. Denique, cum vsque ad christi passionem, rudes & formidolosi extiterint, subitò omni scientia scripturarum omni facultate linguarum, itemq; insuperabili animi fortitudine

Eccle. 24. B

Rom. 8. C

Ista intelligēda sūt in communi, quia apostoli nō præferuntur virgini gloriosæ, nec Iohanni Baptistæ.

Acto. 3. 9 14. 20.

Universidad de Deusto Biblioteca

D tudine, copiosissime sunt repleti. Verùm si ita non est, si hęc
atque similia non fecerunt ac passi sunt, quomodo ipsi tam
pauci impotentes, illiterati, ignobiles, totum penè mundum
tam cito ad incomprehensibilē fidem ad arduisimam legem
cōuertere, quomodo idololatriā extirpare, & demonū cul-
tum destruere potuerunt? quos scimus omnē magicā artem,
atque cum dæmonibus cōuentionē, sub æternę damnationis
cōminatiōe prohibuisse, & ad vnius summi dei syncerissimā
dilectionē, & & claram notitiam, vniuersa documēta sua &
Baruch.3 opera ordinasse, Hos ergo dilectissimos homines filij dei in
terris ambulans, cum hominibus quoq; conuersans, vocauit
collegit, instruxit, inter quos vnū in familiarissimū puerum,
in prædilectum discipulum, in sapientissimum Euāgelistā ele
E git, cui tanq̄ charissimo filio, tanquam castissimo atque pul-
cherrimo adolescenti, pio, dulciq̄ iuueni, ampliora intimę
dilectionis demonstrauit indicia. Hic est sanctus apostolus,
fœlix Euangelista, sacer Iohannes, cuius in hoc opere eluci-
dandum vtcūque est Euāgeliū, prout spiritus veritatis præ-
stare dignabitur. Hic igitur tanquā aquæ ductus exiuit à pa-
radiso, tanquā præcipuus inter eos, qui non ex sanguinibus,
sed ex deo nati sunt. Egressus est quoque à paradiso, id est, à
Christi collegio, à primitiua ecclesia plena delitiis spiritus
sancti. Præterea exiuit vt aquæ ductus, quia per ipsum fluxe-
runt, fusi ac de super propinati sunt nobis riui, seu aquæ sa-
Eccle.15. pientiæ salutaris, fluenta doctrinæ cœlestis, de quibus illu-
Esaiæ.12. strissimus Esaias prędixit, Haurietis aquas in gaudio de fon-
tibus saluatoris. ¶ Fluuius autem huius aquæ ductus, fistulę
F seu organi spiritus sancti, est doctrina in Euāgelio sancti Io
hannis cōtenta, quæ instar abūdantissimi fluminis cunctorū
fideliū animas rigat, ab ignorātiæ siccitate, à vitiorū sterili-
tate, ab ardore libidinis eripit, radios sapiētiæ influēdo, ro-
rem gratiæ imprimēdo, cœlestiū cōtemplationum gustum
dulcissimū (quo omnis caro desipiat) exhibendo. Porrò hic
fluuius propter exundātiam ac redundantiam suam propin-
quauit ad mare, id est, ad abyssum sapientiæ, ad eum de quo
ait scriptura, Fons sapientiæ verbū dei in excelsis. Quemad-
Eccle.1. modū enim omnia flumina egrediūtur à mari Oceano, secū-
dum quosdā, & reuertuntur in ipsum: sic omnis sapiētia fluit
à deo, & reddit ac terminantur in eum, idcirco deus cōparat
mari immenso. ¶ Sapiētia ergo Iohānis sanctissimi quā no-
bis

bis descripsit ac reliquit, huic mari propinquat. Primò, quo- A
niam reducit mentes nostras ad deum totius sapientiæ splen
didissimum fontem. Secundò, quia ob exuberantissimam ple
nitudinem suam, diuinæ & increatæ sapientiæ assimilatur,
præsertim cum sit supernaturalis, æternæ lucis veritati inni-
tens, & tanquam expressio taq; impressio increatæ scientiæ
dei, quemadmodum imago apparens ac resultans in speculo,
deriuatur à vultu inspiciētis. Tertiò, quia Iohānes præ cun-
ctis sanctæ theologiæ scriptoribus, apostolis, Euangelistis &
prophetis, plenius, clarius atq; profundius loquitur de diui-
nis, in tantum vt de ipso deiformi Euangelista Iohāne, veri-
ficetur illud in ecclesia. Qui implet quasi physon sapiētiam, Eccle. 24.
sicut tygris in diebus nouorum: qui adimplet quasi Euphra-
tes sensum, & mittit disciplinā vt lucem, assistens quasi Gion B
in die vindemiæ. ¶ Doctrina ergo Iohānis propinquat ma
ri, seu diuinæ sapiētiæ pelago tanq̄ materiæ & obiecto, circa
quod eminenter versatur, ac singulariter tractat. Propterea
quoq; doctrinā quasi antelucanum siue aurorā illuminat om
nibus, id est, docendo præbet vniuersis fidelibus. Quemad-
modum enim lux aurorę tenebras noctis propellit, atque ad
meridianum iubar disponit: sic doctrina Iohannis, ignorātiæ
& peccati abstergit caliginem, per luminis gratiæ infusionē,
ficque ad claram ac beatificam dei visionem seu meridianum
gloriæ lumen, adducit per euangelicorum documentorum 2. Cor. 5.
custodiam. Et quoniam nunc per fidem ambulamus, non per 1. Cor. 13.
speciem, cognoscentes per speculum in ænigmate, non facie
ad faciem, ideo omnis illuminatio seu instructio vitæ præsen C
tis, potius cōparatur auroræ, quam luci meridianæ.

¶ De dignitate & excellentia sacratissimi Euangelistæ sancti Iohannis, & quod liber Euangelij Iohannis vniuersos scripturæ canonicæ libros excedit.

ARTICVLVS I.

H Ic est discipulus, in tantum inter discipulos reli- Matt. 9.
quos prædilectus à Christo, vt hac circumlo- Matt. 17.
quutione, Discipulus quem diligebat Iesus, signi- Matt. 26.
ficetur in præsenti Euangelio, quasi solum ip-
sum amasset. Ipse extitit vnus trium apostolorum, qui susci-
tationi puellę, transfigurationi dominicę, ac trinę orationi

D Christi tempore passionis interfuerunt. Denique ipse solus
Iohan. 21. in cœna supra pectus Iesu recubuit seu quieuit, reclinans se
August. in sinu Iesu. Tuncque (secundum Augustinum & Bedam) ex
Beda. fonte dominici pectoris bibit, quod postea in Euãgelio propinauit, quod non est intelligendum quasi in hora illa imple
tus sit spiritu sapientiæ, & illustratus à Christo euangelicæ
veritate, præsertim cum ipso testante, dum post resurrectionem Maria Magdalene sibi retulisset dominum à monumento sublatum, ipse sic esse crediderit: nondum enim sciebat (vt
Iohan. 21. ipsemet ait) scripturas. ¶ Quomodo ergo tunc bibit, nisi
Iohan. 20. quod ille recubit° fuit signum ac dispositio, causa quoq; meritoria, in quantum ex magna dilectione processit, futuræ
illuminationis spiritus sancti. Hunc Christus à nuptiis, vbi aquam in vinum conuertit, vocauit, vt recitat Beda, eique tẽ-
Iohan. 19. pore passionis matrem suam virgineam ac superdignissimã
E commendauit. Hic sanctus Apostolus in feruenti oleo missus, exiuit illæsus, quatuor mortuos suscitauit, totiusq; Asiæ
rexit ac fundauit ecclesias. Ipse est præclarissimum iubar ec-
Dionysi. clesiæ, non duntaxat Euangelij, sed trium quoque epistolarũ
& Apocalypsis radiosus descriptor. ¶ Præterea quantus fue
rit in corde, diuini ac magni Dionysij innotescit in ea quam
Iohanni misit epistola, vbi inter cætera loquitur, Aue verè
dilectissime, verè amabilium & desiderabilium ac dilectorũ
valde dilectissime. Denique quamuis tota scriptura canonica tractet de deo, tanquam de obiecto, specialiter quoque
prophetæ, Apostoli & Euangelistæ loquuntur de Christo vt
promisso vel misso, nihilominus euangelicum volumen san-
F cti Iohannis, vniuersis scripturæ codicibus ritè præfertur,
quoniam de diuinitate ac trinitate, de diuinæ essentiæ vnitate, de personarum distinctione, de æterna atque diuina
Christi generatione, & sancti spiritus processione, de duplici Christi natura, multiplici actione & vna persona, plenius,
clarius atque profundius scribit. Ea quoque suppleuit: quæ
alij Euangelistæ omiserunt, videlicet signa, documenta & opera facta à Christo ante incarcerationem Iohannis Baptistæ. ¶ Insuper de doctrina & sermonibus saluatoris Iohannes valde sublimis scribit, quam cæteri Euangelistæ, propter
quod designatur in prophetica quatuor animalium visione,
Ezech. 1. Ezechieli ostensa per aquilam, quæ altius volat, solareque lu
Ezech. 10. men clarius inspicit. Scripsit autem Euangelium post alios
Euange-

Euãgelistas. Cùm enim demoraretur in exilio Pathmos, in- A
surrexerunt in Asia & Epheso hæretici, asserentes Christum
esse hominẽ purum, nec tempore præcessisse Mariam. Cùm
ergo reuersus esset Iohannes à Pathmos ad Ephesum (prout
Areopagita Dionysius ei prophetauit) rogatus ab episco- Diony.
pis Asiæ, vt de Christi diuinitate, de qua alij Euangelistæ pau
ca scripserunt, plenius scriberet, imò Euangelium Christi ple
nissime conscribendo elucidaret, quod tam præsentes quàm
futuros damnaret errores, omniumq; credentium instrue-
ret animos, quod spiritu sancto inuocato, & communi ieiu-
nio ac prece præmissis, effecit, dicitq; Alcuinus, quod à tem- Alcuinus.
pore ascensionis Christi, per annos sexagintaquinque absq;
adminiculo scribendi prædicauit. ¶ Ad huius igitur Euange-
lij sacrosancti elucidationem, tanto accedo humilius, & san-
cti spiritus illustrationem inuoco affectuosius, quanto sublimior est eius materia atque decliuior, ac insufficientior pro-
priæ rationis intelligentia, sed nec intendo cursorie pertran B
sire, neque extranea introducere, sed textus declarationi ac
moralitati, viribus totis insistere.

¶ Expositio primi capituli.
In principio erat verbum.

ARTICVLVS II.

o e inter theologicum, philosophicumq; pro-
cessum, seu inter theologiam & philosophiam
H distat ac interest, quod theologia seu sacra scri
ptura increatæ veritati innititur, atque per lu- C
men gratiæ reuelatur: philosophia verò hu-
manæ rationi, seu naturali inniti censetur, atque humano,
ex consideratione rerum creatarum, studio inuenitur. Ex
quo duæ aliæ differentiæ oriuntur. Prima, quòd theologiæ
falsitas admisceri non valet, quoniam infallibili fundamento
incumbit, & ab incommutabili veritate infunditur ac docetur, idcirco in his quæ fidei sunt, diuersa opinari, vel dubitare
prorsus illicitum est. Philosophiæ verò diuersi miscentur errores, propter humanæ rationis caliginem. Secunda, quòd
theologia exordium sumit à summo, ab ente primo, à deo altissimo: philosophia autem ab infimis inchoat, & paulatim
a iij ad summa

D ad summa conscendit, quoniam naturaliter intellectiua cognitio ex sensitiua procedit, & immaterialia atq; diuina per corporalia cognoscuntur, creator quoq; per creaturas, quē admodum ad Romanos fatetur Apostolus, inuisibilia dei per ea quæ facta sunt cognoscuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. ¶ Hinc ergo excellentissimus Euangelista, qui non cognouit literaturam, tanquam piscator & idiota, vsque ad annum circiter trigesimumprimum de diuinis, non lumine naturali, nec præuia notitia sensitiua, vel ex sensibilium consideratione instructus, sed radiante spiritu sancto supernaturaliter & eminentissime doctus, ab ipso vniuersorum sublimi principio deo sancto ac adorādo exorsus est. In *principio* (inquiens) *erat verbum*. Nempe, cum eius intentio fuerit Ebionis atque Cherinti hæreticorum, dicentium Christum esse hominem purum, hæresim reprobare,
E conuenienter incepit à Christi diuinitate, ostendens quòd Christus non sit pura creatura, neque in tempore factus omnino, puta secundum se totum, sed verus deus & creator æternus. Itaque in principio, id est, in exordio temporis quo facta sunt omnia: iuxta illud Ecclesia. Qui viuit in æternum creauit omnia simul: de quo principio accipi potest id Genesis, In principio creauit deus cælum & terram. Erat verbum, id est, vnigenitus filius dei, quasi dicat, Inter alia non est creatum: sed illis per creationem incipientibus, ipsum veraciter erat, & inuariabiliter subsistebat. Sic exponendo excluditur error dicentium, quòd CHRISTVS non fuit prior virgine matre. Hunc quoque reor fuisse intellectum
F Euangelistæ, qui primo Euangelij sui verbo intendebat Cherinti & Ebionis heresiarcharum sui tēporis errorem destruere, asserentium Christum ex Maria sumpsisse totius sui esse initium. Vel sic, In principio, hoc est, ante omnia secula, & ante tempora vniuersa in ipso æternitatis nunc, atque momento, de quo principio scriptum est, dicente ipso filio dei de patre æterno: Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, erat verbum, de quo Ecclesiasticus dicit, Fons sapientiæ verbum dei in excelsis. De quo ait Apostol°, Ipsum est ante omnes, & omnia in ipso constant. De hoc verbo potest intelligi illud Esaiæ, Egredietur de ore meo iustitiæ verbum, de quo per Psalmistam loquitur deus, Eructauit cor meum verbum bonum.

Rom. 1. Psal. 70. Eccle. 8. Gene. 1. Prou. 8. Eccle. 1. Coloss. 1. Esa. 45. Psal. 44.

Itemq;

Itemq;, Verbo domini cæli firmati sunt. Sic exponendo cōfunditur error filiorum perditionis elatissimi Arrii atq; Eunomii, affirmantium, quòd licet filius dei sit pura creatura, nihilominus ante mundi creationem est genitus, & licet patri non fuerit coæternus, tamen natura, dignitate & tēpore prior est omnibus cæteris creaturis. Horum igitur hæreticorum perfidiam sciens Iohannes futuram, sic exorsus est, In principio erat verbum. Tertiò sic, In principio, id est, in deo patre, cui ratio principii appropriatur sicut æternitas, iuxta illud Hylarii. Aeternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. Pater quippe est principium sine principio: filius verò & spiritus sanctus sunt principiū, sed de principio. Ait enim filius, Ego sum α & ω principium & finis. Scisciantibus quoque Iudæis, Tu quis es? respondit, principium, qui & loquor vobis. Deniq;, pater, filius, & spiritus sanctus propter identitatem essentiæ sunt vnum principium, vna causa, vnus creator, vna omnium beatitudo ac finis, quæ enim absolutè dicūtur de deo, tribus personis communia sunt, nec multiplicantur in eis, vnde trium personarum est vnus numero intellectus, vna voluntas, vna potentia, iustitia, misericordia atque perfectio. Itaque, In principio, deo patre erat verbū, quoniam sic procedit à patre per generationē & personalē distinctionē, vt tamen in ipso ęternaliter perseueret per substātialem identitatē. Et vt Damascenus testatur, quælibet diuinarum personarū est in alia per circuminsessionem, eo ꝙ vnaquæque earum sit infinita. Rursus, emanatio in diuinis, qua vna persona procedit ab alia, est emanatio ad intra, quæ non terminatur in aliud ad extra, vel substantialiter distinctū à suo fonte: ideo filius dei inuariabiliter manet in patre, præsertim cum sit verbum mētale, intellectualiter profluens à corde paterno, quemadmodum scriptum est, Eructauit cor meum verbū bonum. ¶ Sed nunc de ipso verbo dei & æterna generatione eius, aliquid est loquendum, & primo inquiritur, cur euangelista volens CHRISTI diuinitatem ostendere potius vtitur nomine verbi quam filij? Huius duplex est ratio. Prima, vt insinuet generationem in diuinis nō esse materialem, carnalem seu mutationi admixtam, sed intellectualem, inuariabilem, immanentem ac simplicem: quoniam verbum proprie sumptū est interior mētis conceptus, intelligibilis dictio atq; prolata intus notitia. Alia ratio est quoniam

A Psal. 32. Hylarius. Apoc. 22. Apoca. 1. Iohan. 11. B Damasc. C Psal. 44.

Universidad de Navarra Biblioteca

D nomen verbi magis pertinet ad propositum quam nomẽ filii, filius nanque dicit comparationem duntaxat ad patrem, verbum autem importat respectum, non tantum ad proferẽtem, sed etiam ad id quod per verbum exprimitur, ad vocem quoque quam induit, & instructionem quæ per ipsum in alio
Gene.1. fit. Cum igitur Euangelista nunc tractet de filio, non duntaxat in ordine ad patrem, sed insuper per comparationem ad creata, quæ fecit & regit, præsertimque ad homines quos redemit, ad carnem quoque quam assumpsit, & ad documenta quæ dedit, constat quòd cõuenientissime nomine verbi omnia hæc respicientis, describitur, nec aptius neq; subtilius nomen ad vniuersa hæc insinuanda inuenitur. ¶ Oportet autẽ
Damasc. aduuertere, quòd verbũ (secũdum Damascenum) tribus mo-
E dis accipitur. Primò, pro verbo vocali: sicque dixit Gregori-
Gregor. us, quòd nihil est instabili' verbo, est enim de genere successi uorum, quibus idem est esse & fieri, quemadmodum motus
Basilius. & tempus, sic quoque ait Basilius, habet autẽ & verbum nostrum, & externam diuini verbi similitudinem quandam, Nam verbum nostrum, totam declarat mentis conceptionẽ. Quę nanque mente concipimus, ea ore proferimus, & mens nostra quasi fons quidam est, verbum vero prolatũ quasi riuulus manans ex ipso. Secundò, pro verbo mẽtali, quod verbo vocali exprimitur & significatur, secundum quod ait phi-
Aristote. losophus, Sũt ergo ea quæ sunt in voce, earum quę sunt in a-
Plato. nima passionum notæ. Vnde & Plato asserit in Timeo. Ad hoc datus est nobis sermo, vt mutui atque interioris conceptus fiant indicia. Tertiò, pro imaginatione vocis. Ante-
F quam enim mentale verbum verbo vocali exprimitur, formatur in sensu interiori seu virtute imaginatiua, imaginatio quædam verbi vocalis, ex qua illud procedit, imò & antequã ex auditu verbi vocalis eius qui loquitur, verbum mentale in intellectu audientis concipitur, generatur in poten-
Boetius. tia imaginatiua illius imaginatio verbi vocalis, ex qua verbum mentale procedit, quia secundum Boetium, sicut imaginata procedunt ex sensatis, sic intellecta ex imaginatis.
2.Reg.1. Quartum modum accipiendi verbũ addit Thomas, videli-
Esaiæ.39. cet vt verbũ sumatur pro re significata, vel facta per verbũ,
4.Re.20. quemadmodum Dauid dixit ad puerum Amalechitam, quod
Psal.32. est verbum quod factũ est. Sic quoq; Ezechias dixit ad Esaiã, Non fuit verbũ in domo mea, quod non ostẽderim eis. Hoc modo

modo cuncta creata dicuntur verba dei, qui interiori increa- A
to ac genito verbo, omnia intelligendo & quasi loquẽdo cõstituit, iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt. ¶ Porrò eterna generatio verbi accipienda est ita, cum deus sit ens simplicissimum, nobilissimum, simpliciterq; perfectum oportet quod sit intellectualis naturæ, imò intellectus purus, semper in a-
Psal.148. ctu cõsistens. Deus ergo cognoscit seipsum & cętera omnia, est ergo in seipso, sicut intellectum seu cognitum in intelligente. Intellectũ verò, seu res intellecta, secũdum esse quod habet in intelligente, est ratio atque intentio intelligẽtis & imago vel similitudo intellecti. Ratio autem & intentio seu diffinitio, quam intelligens habet & concipit de re intelle-
cta, vocantur verbum intelligentis, quoniam est quidam cõ-
B ceptus formatus atque expressio, qua intra se dicit quod de re intellecta apprehendit, & hic cõceptus est imago intellecti, quoniã actio intellectus perficitur in assimilatione intelligẽtis ad intelligibile. ¶ Hoc ergo quod deus pater de seipso concipit, & intra se profert seu loquitur, appellatur verbũ mẽtis paternę & filius dei patris. Emanatio itaq; verbi istius, generatio nũcupatur, & verbum emanans vocatur filius intelligẽtis intellectualiterq; dicentis, quoniã generatio proprie sumpta, est productio rei viuentis à viuo, quæ terminatur ad esse eiusdem naturæ, secundũ rationẽ similitudinis adæquatæ. Similiter ad rationẽ filii pertinet quod procedat ex generante vitali secundum similitudinẽ in identitate naturæ saltem specifica, verbum autem mẽtis diuinę hoc modo pro-
ducitur, & cum generãte conuenit nõ solum in specifica, sed
C in numerali seu indiuidua idẽtitate naturæ, propter quod generatio & filiatio, propriissime atque verissime habent locũ in deo, ita quòd ratio patris & filii, prius ac perfectius competunt deo quam creaturis, imò à deo deriuantur secundum quandam imitationem ad creaturas, prout Apostolus dicit,
Ephesi.3. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur.

¶ Præterea actiua generatio verbi, est ipsa intellectio patris notionaliter sumpta, quæ terminatur ad verbi productionẽ, seu ad ipsum verbum intus prolatum, & quoniam pater vno simplicissimo actu seipsum & cuncta intelligit, ideo vnico actu intellectiuo seu vna loquutione gignit, ac profert perfectissimum verbum, in quo vniuersa resplendent, repræsentantur

Universidad de Deusto Biblioteca

D tantur & continentur, quæ à patre noscuntur, & in eius sapientia elucescunt, fulgent ac conspiciuntur. Illud ergo vnicum & simplicissimum verbum, est perfecta, itemque naturalis imago patris, & character substantiæ eius, tanquam ad similitudinem eius productum, eumque plenissime repræsentans. Est quoque exemplar, species ac ratio omnium creaturarum, quoniam omnes relucent in verbo atq; ad eius imitationem productæ sunt. ¶ Quoniã ergo tota perfectio & natura patris perfectè relucet in filio, quod esse non posset, nisi filius esset verè immensus, æqualisque patri, & per cõsequens verus deus eandem cum patre habens essentiã, finitũ nanq; à perfecta repræsentatione infiniti, distat ad infinitũ.

Sapien. 7. E ¶ Propterea filius appellatur emanatio claritatis omnipotẽtis dei, candor lucis æternæ, & speculum sine macula maiestatis paternæ, atque imago bonitatis illius, quemadmodum de filio dei sub nomine sapiẽtiæ scriptum est. Vnde ad Hebr. ait Apostolus, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Alibi quoque, Qui est imago dei inuisibilis. Insuper, cum filius procedat ab intellectu patris, idcirco pertinentia ad intellectũ potissime competunt filio, quorum aliqua sunt ei propria, & aliqua appropriata: propria enim filio sunt, sapientia generata, ars genita, verbum, imago: quę omnia accipiuntur in deo personaliter. Dum autem dicitur verbum seu filius dei esse sapiẽtia patris, & exemplar creaturarum, non est sic intelligendum quasi pater nõ sit in se & per se sapiens, sapiẽtia ingenita, quæ est ipsemet pater atq; exẽplar, species ac ratio vniuersorum, alioquin quomodo sapiẽtem filium genera ſſet? Nullus enim alteri confert quod ipse non habet. De hac æterna, diuina & inenarrabili verbi generatione habetur in Psalmo. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Et denuo, Ex vtero ante luciferum genui te. In Prouerb. quoque, Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abysi, & ego iam concepta eram, ante colles ego parturiebar, quãdo præparabat cœlos aderam. Itemque Ecclesiasticus, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnẽ creaturam. Hinc etiam scriptum est, Egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Enimuero quod deus ineffabilis habeat filium ineffabilem, & per consequens sibi æqualem clarissimè innotescit ex hoc, quod in libro Prouerbiorũ legitur, Quis suscitauit

Heb.1. Colos.1. F Psal.2. Psal.109. Prou.8. Eccle. 24. Michæ.5.

tauit omnes terminos terræ, quod nomẽ eius, & quod nomẽ filii eius, si nosti? Ostenso quando erat verbũ, ostendit Euangelista vbi erat, *Et verbum erat apud Deum*, id est, iuxta & intra patrem, tanquam indiuiduum, inseparabileq; ab eo. nõ enim distant loco, duratione, natura vel dignitate, sed vbi & quando pater, ibi & tunc filius eius. Cum autem dicitur, Verbum erat apud deum, deus accipitur relatiue & personaliter, nõ absolute & essentialiter. Quemadmodum autẽ pater cũ sit immensus, & illocalis & incircũscriptibilis, vniuersa transcendens, implens, conseruans ac ambiens, ita & verbũ eius. Vnde cum verbum dicitur esse apud patrem, non est ruditer accipiendum, quasi vnus sit extra & propè alium, imò totus pater in filio, & ecõtrario verè, circum incessabiliterq; consistit, sed ad designandum personalem distinctionem inter patrem & verbum, ait Euãgelista, Verbum erat apud deum, quasi personaliter distinctũ à patre. Nouerat quippe Iohannes, cui totus processus ac status militantis ecclesiæ fuerat in Apocalypsis descriptione reuelatus, futuros hæreticos, qui dicerent patris & filii eandem esse personam, cuius perfidiæ princeps fuit Sabellius, asserens patrẽ, filiũ ac spiritum sanctum vnã esse hypostasim, tribus nominibus designatã, propter diuersas operationes, ita quòd deus esset pater ratione creationis, idemque filius ratione incarnationis, & spiritus sanctus ratione sanctificationis, qua rationalẽ creaturã sanctificat. Vnde Sabelliani dixerunt patrẽ incarnatũ ac passum, propterea dicti sunt Patrispassiani. Nõ enim admiserunt verã in deo esse trinitatem, vel processionẽ personæ à persona, vel deũ dici patrem propter relationẽ realem: sed eo modo quo nos asserimus superbenedictam trinitatẽ esse patrẽ, cui incessabiliter dicimus, Pater noster qui es in cælis. Horũ errorẽ destruit Euãgelista, dicendo, Verbũ erat apud deum: quod verũ nõ esset, si pater & verbũ essent vna persona, cũ nihil sit proprie apud seipsum. ¶ Ostẽso quando & vbi erat verbũ, declaratur quid erat, *Et deus erat verbum*. Hic sumitur deus substãtialiter & absolutè, vt sit sensus, verbũ erat deus, id est, verã habens deitatẽ, atq; eiusdẽ cũ suo genitore essentiæ, Vnde de filio dicit Apost. ad Rom. Qui est super omnia deus benedictus in secula. Et in 1. Ioh. cano. legitur, Simus in vero filio eius Iesu Christo, hic est ver' de' & vita eterna. Sicut aũt in pcedẽti clausula designata est inter patrẽ & verbũ perso-

A Prou.30. B C Matth.6. Roma.9. 1.Iohan.5.

D personalis distinctio, sic verbo presenti insinuatur esse inter
eos substantialis identitas, siue essentiæ vnitas, cum nullum
creatum sit deus, sed à diuinæ naturæ perfectione in infini-
tum deficiat. Per hoc itaque reprobatur error Fotini, Arrii,
& omnium asserentium filium dei esse puram creaturam.
Psal. 44. Quod autem filius dei sit verus deus, apertissime pādit Psal.
Ibidem. dum ait Sedes tua deus in seculum seculi. Quod autem id di
catur de filio, patet ex verbis sequentibus, Virga directionis
Hie. 23. virga regni tui, &c. Vnde & Hieremias de Christo inducit,
Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & hoc est
nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. Pro quo
Hebraica veritas continet, nomē domini tetragrammaton,
quod (teste Rabbi Moyse) absolutissimum est, soli vero deo
E conueniens. De hoc rege fatetur Psalmista, Audi filia, & cō-
Psal. 44. cupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus
Esa. 9. tuus, & adorabunt eum. Esaias quoque de Christo filio dei,
Paruulus (ait) natus est nobis, & vocabitur nomen eius admi
rabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps
pacis. Hoc verbum *Erat in principio*, id est, ab æterno, in ipso
æternitatis momento, vel in mundi exordio, *Apud deum* pa-
tiem, tanquam coæternum eidem, sicut si sol ab æterno fuis-
set, vel pes in puluere ab æterno stetisset, splēdor atq; vestī-
gium æternaliter extitissent. In his quippe, quæ naturaliter
profluunt, procedēs seu causatum coæuum est suo principio.
Filius verò procedit à patre naturali emanatione, imò à sub
stātia patris immediate, sine actione intermedia, quę sit rea-
F liter ab essentia patris distincta. His itaque verbis innuitur
Psal. 71. coæternitas patris ac verbi, quam Psalmista quoque euiden-
Ibidem. ter ostendit, dicendo, Et permanebit cum sole & ante lunā
in generatione, & generationem. Itemque, Sit nomen eius
benedictum in secula, ante solē permanet nomen eius. Hæc
Esa. 48. enim de nullo accipi possunt nisi de Christo filio regis æter
ni, de quo in exordio psalmi illius cantatur, Deus iudicium
Hest. 13. tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Denique idem pa
tenter ostēditur per id quod scriptum est, Ego primus & ego
nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram. Nō à prin
cipio in abscondito loquutus sum. Porrò quòd ista dicantur
de filio, patet ex eo quod subditur, Et nūc dominus misit me
spiritus eius. ¶ Declarato quando erat verbum, nunc mani-
festatur, quid operabatur. *Omnia per ipsum facta sunt*, id est,
vniuersæ

vniuersę creaturę corporales & spirituales, cælum, terra, ma A
re, & quicquid cœli ambitu continetur, creata sunt immedia
tè vel mediate ab vnigenito filio dei, sicut à causa prima,
principali & efficiēti. Sciendū verò quòd quādocunq; dici-
tur aliquid fieri per aliud, præpositio per, designat, aliquod
genus causæ in casuali. Dicitur autem aliquid fieri per aliud
pluribus modis. Primò, sicut per causam instrumentalē, quē-
admodum domus fit per securim & terebellum. Secundò, si-
cut per causam principalem vt regnum gubernatur per eum
quē rex fecit sibi consortem & cōparē. Tertio, sicut per cau
sam extrinsecā, vt homo percutit per baculū. Quarto sicut
per causam intrinsecam, vel cōiunctam, quemadmodum Pe-
trus viuit per animam suam, & scribit per manum. Rursus
cum aliquid dicitur fieri per aliud, intelligi potest duplici- B
ter. Primò, vt insinuetur mediatio quædam seu mediū cau-
sans inter primum agens & effectum. Secundo, vt solum im-
portetur processio vnius ab alio, sicque fieri per aliquid, est
fieri, seu produci ab illo, iuxta quem modū dicit Apost. Pau Col. 1.
lus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, id est, à diui-
na voluntate constitutus Apostolus. Dum ergo dicuntur o-
mnia facta per verbum vtroque horum modōrum intelligi
licet, videlicet per verbū, id est, à verbo, tanquam ab omni-
potente creatore, & primo vniuersorum fontali, atq; causa-
li principio, sic nāque omnia facta sunt à supergloriosissima
trinitate, & à quilibet diuina persona. Item omnia facta sunt
per id quod inter patrem & creaturas est medium, nō tamē C
quasi per causam instrumentalem ministratoriā, à patre se-
paratam, siue extrinsecam ei, sed sicut per causam coniunctā
parem ac principalem & affectiuam. Quod rursus intelligē-
dum non est, quasi creaturæ non sint immediate factæ à pa-
tre, præsertim cum pater & filius sint vna causa, vnus crea-
tor, vnumque principium: sed quia filius procedit à patre,
habens virtutem creatiuam ab ipso, & secundum ordinem
originis mediat inter patrem, & creaturas, & quoniam pa-
ter nil operatur ad extra sine filio. Cum enim natura sit ope-
rationis principium, sicut trium personarum est vna natura: Iohā. 12.
ita, & vna indiuisaque actio ad extra. Sed cum pater & filius
sint vnus creator & vnum principium, quomodo pater dici-
tur aliquid facere seu creare per verbum vel filium? E respō-
dendum, quòd pater operatur per verbum sicut per causam
exem-

D exemplarem, non quòd pater non sit causa exemplaris, imò
Psal.32. quælibet persona diuina est omniũ rerũ causa efficiens, exẽ-
Psal.148. plaris atque finalis, sed quòd filio appropriatur ratio, causa exẽplaris, eo quòd sibi cõueniant vi suæ emanationis, ars, sapientia, & cætera quibus conuenit exẽplariter agere. Quoniam ergo pater omnia efficit per intellectum atque intelligibilẽ dictionem, iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt: dictio autem intus prolata est verbum, idcirco asseritur omnia fecisse per verbum, quãuis & per suiipsius propriam atque ingenitam sapiẽtiam cuncta creauerit, Itaque omnia per verbum, non quòd pater & verbum sint duæ causæ distinctę, sed secundum sensum & modũ prætactos, & etiam quoniã in di
Psal.8. uinis emanatio ad intra est causa emanationis ad extra, Cũ
E verò dicimus deum omnia fecisse in sapientia, vel per sapiẽtiam: intelligi potest tam de sapientia patris ingenita, quo-
Psal.103. modo dicitur operari per ideam seu formam archetipam, quàm de sapientia genita, quæ est vnicus filius eius.

¶ Postremò, opinor quòd idcirco potissimũ scriptura dicit deũ operari per verbum & spiritũ sanctũ, vt sciamus sanctæ trinitatis esse indiuiduã actionem ad extra, & per consequẽs eandẽ essentiã, sicq; certissime credatur esse vnus verus simplicissimus deus, Et *sine ipso factum est nichil*, hoc est nulla penitus res est citra deum, quæ non sit producta à verbo. Itaq; per nihil non debet intelligi creatura corporalis vel dæmõ: quoniam quicquid entitatis & bonitatis habẽt, à verbo sortita sunt, Manichęus verò p nihil intellexit corporalia, quæ
F dixit cõparatione spiritualium nihil esse, & à principio tenebrarũ producta, cuius hæretica prauitas, nec theologorũ sanctorum, neq; summorum philosophorũ consonat dictis. Potest autem per nihil, peccatum intelligi: quia peccatũ, quòd ad suum formale, nihil est, sed defectus ab ente & ordine, se-
Diony. cundum Diony. ideo non est factum per verbũ, sed a volun-
Colos.1. tate creata, & defectiua. Hinc ergo de Christo loquens, dicit Apost. In ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia p ipsum, & in ipso sunt creata & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

Prosecutio præsentis cap. ab eo loco *Quod factum est in ipso vita erat* in quo agitur de Idæis.

ART-

ARTICVLVS. III A

Q. Vãuis verbum patris, per quod facta sunt omnia sit æternum, & creaturæ ex tempore vel simul cũ tẽpore inceperint, ita quòd ab agente inuariabili & æterno processit recens, temporalisque actio, non tamẽ verbum dei aliquo modo mutatum est: quoniã quicquid de nouo produxit, per rationem æternam, seu idealem præcõceptionẽ æternaliter præordinauit, quando & quomodo ipsum produceret, atque in illa instanti mũdum creauit, in quo se hoc facturum ab æterno incommutabiliter præcognouit. Ex quo constat, quòd vanæ ac friuolæ sunt rationes Auerrois, aliorumq; philosophorum, æternitatem mũdi probare conãtiũ, ex inuariabilitate primi agẽtis seu creatoris. Pro- B
duxit autem deus mundum ex tempore, primo secundũ Tho Ephes.I.
mam in Summa contra Gentiles, ad declarandũ quam libere esset rerum causa, ita quòd omnia operatur liberrime secũdum propositum voluntatis suæ, prout fatetur Apostolus ad Ephe. Secundò, Vt ex creatione rerum daretur facilis via cognoscẽdi æternitatem creatoris. Quemadmodũ enim Rabbi Moyses asserit, Facillima atque clarissima via probandi deum esse, & item quod sit æternus patet per hoc quod omnia citra ipsum de nouo producta sunt. Idcirco in commemorationẽ beneficij creationis & æternitatis creatoris, iussum fuit in lege celebrari sabbatum, in quo deus ab operib' requieuit. Itaque ad hæc insinuenda ait nunc gloriosissimus Euangelista, *Quod factum est* id est, omne creatum *In ipso* verbo *Vita erat*, id est, in verbo vitaliter atque intelle- C
ctualiter ab æterno fuit, ac splenduit per rationem exẽplarem siue ideam, quam habet in verbo omnia cognoscẽte, in- Leuit. 23.
tellectualiterque producente· quemadmodum artifex facit Gene. 11.
domum & medicus sanitatem per speciem seu exemplar domus ac sanitatis, quod habet in mente. Vnde secundum Aristotelem septimo primæ philosophiæ, & domus & sanitas, quæ sunt in materia, sunt à domo & sanitate quæ præexistũt in intellectu. Ex his patet error Procli Platonici, Auicennæ quoque Peripatetici, & sequentium eos affirmantium, quòd creata procedũt à primo principio per modũ naturalis emanationis, vel essentialis emicationis, vt splẽdor à luce, calor ab igne, lux à sole, & riuus à fonte. Esse igitur creaturarum, quod habet in verbo, imò in patre & spiritusancto, totaque

super-

Universidad de Deusto Biblioteca

Diony. D superbeatissima trinitate, seu in diuina essétia, est esse increa
tum, exéplare, causale, ideale, atque vitale, vel (vt planius lo-
quar) idea, vita & lux. Propter quod (secundum Dionysium)
omnia sunt in deo per causam & exemplar: nempe (vt scri-
ptũ est) in elemẽtatione theologica Procli Platonici, & in
libro de causis, quod est in alio, est in eo secundũ nautrã, &
modum eius in quo est, & nõ secundum propriũ esse ad mo-
dum. Cum ergo deus sanctus & gloriosus sit mẽs æterna, &
simplissima, certum est, quòd omnia sint in eo per rationem
æternam ac simplicẽ, quæ appellatur idea & exemplar, quia
per illam deus cognoscit & operatur creata, palam est enim
quòd deus cuncta & singula propriis rationibus & specieb⁹
intelligat ac producat. Sed cum deus sit simplissima vnitas,
E quomodo potest in eo esse exemplarium rationum multitu
do, & idearum pluralitas atque distinctio? Et respondendũ,
quòd idea est diuina essentia, à diuino intellectu per modũ
imitabilis ac repræsentatiui intellecta. Diuina quippe essen
tia cum sit perfectionis immensæ, omnium rerũ perfectionẽ
causaliter continens, & supereminenter complectẽs, ab om
nibus creaturis, secũdum aliquem gradum perfectionis, par
ticipatur & imitatur. Omnia quoque intellectualiter repræ-
sentat. Inquantum ergo intellectus diuinus cognoscit diui-
nam essentiam, vel deus seipsum, vel participabilẽ à tali ente
creato, siue creabili vel creando, secundum hoc diuina essen
tia habet rationem ideæ, & nuncupatur idea rei create, quæ
per eam cognoscitur & causatur. Suntque in deo multæ atq;
F distinctæ ideæ, non quòd in deo sit diuersitas aliqua vel di-
stinctio idearũ ex parte dei, sed distinctio ista est ex parte re
rum ideatarum, ad quas refertur idea: quæ tamẽ relatio rea-
lis non est: sed rationis ex parte ideæ, quanuis ex parte idea-
torum consistat realis. De his exẽplaribus rationibus ac idea
libus formis, professus est Plato in Timeo, dicendo, Certe
dubium non est ad cuiusmodi exẽplum animaduerterit mun
dani operis fundamenta constituens. (Nam si vt vtique est)
pulchritudine incomparabili mundus est, opifex & fabrica-
tor eius optimus, perspicuũ est, quòd iuxta syncere & incõ-
mutabilis proprietatis exemplum, mundi sit instituta moli-
August. tio. Hinc denique Augustinus, in lib. 83. questio ideas (in-
quit) Plato primus appellasse perhibetur, nõ tamen rem ip-
sam ipse primus cognouit, quoniam tanta vis cõstituitur in
ideis

ideis, vt nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit. Sũt nãq; A
ideæ principales formæ vel rationes rerũ stabiles atque in-
commutabiles quæ ipsę formate nõ sunt, ac per hoc æternæ
sunt semper eodem modo sese habentes, quæ diuina intelli-
gentia continentur. Et cum ipsę neque oriãtur, neque inter-
eant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri,
& interire potest. Has autem rationes vbi, esse arbitrãdum
est, nisi in mẽte creatoris? Non enim extra se aliquid intue-
batur, vt secundum illud constitueret quod constituebat. Ex
quibus cõstat quòd quidam dicentes ideam esse rem creatã,
& cognitam obiectaliter contemplatam, non rationem in
luce diuinæ mentis existentem, contradicunt Augustino.

¶ Insuper Origenes hic ait, potest & sic distingui, Quod fa
ctum est in ipso, & postea dicatur, vita erat, vt sit sensus, Om Origen.
nia per ipsum, & in ipso facta sunt, & in ipso vnita sunt, & B
vnum sunt. In ipso enim erant, quia in ipsõ subsistunt causa-
liter prius quàm sint in semetipsis effectiue. ¶ Sed si quæsie
ris, quomodo & qua ratione omnia quę per verbũ facta sũt,
in ipso vitaliter & vniformiter atq; causaliter subsistũt, ac- Gene. 1.
cipę exemplum ex creaturarum natura. Conspice quomodo Psal. 134.
omnium rerum quas mundi huius sensibilis globositas com-
prehendit causæ simul, & vniformiter in sole qui est maxi-
mũ mundi luminare, subsistunt: quomodo numerositas her-
barum & fructuum in singulis seminibus simul continetur,
quomodo multiplices regulæ in arte artificis vnũ sunt, quo-
modo infinitus linearum numerus in vno puncto vnũ sub-
sistit. Ex his naturalibus exemplis, velut philosophicæ theo
riæ pennis, poteris arcana verbi acie mẽtis inspicere & quã- G
tum datur humanis rationibus videre, quomodo omnia quę
per verbum sunt facta, in ipso viuunt, & facta sunt.

¶ Postremò sciendum, quòd in tribus personis & vnaquæq;
earum sit eadem ratio exemplaris, atq; indistincta idea. Ita-
que omne quod factũ est, fit vel fiet, est vita in verbo id est,
secundum vitalem ideam præexistit in ipso, & hęc vita est di
uina essentia, quæ est vita, & lux. Et *vita erat lux hominum.*
Hic sumitur vita personaliter pro hypostasi verbi, seu ipso
verbo subsistente, hoc est, verbum dei viuens, & vitæ princi-
pium: de quo legitur, Quoniam apud te est fons vitæ. Erat Psal. 35.
lux hominum, hoc est, dator luminis naturalis ingenij, atque
infusor luminis gratiæ Quicquid enim intellectualis clari-
b tatis,

Universidad de Salamanca Biblioteca

D tatis decoris, & perfectionis in hominib' reperitur, à verbo
seu filio dei profluit, & datur, à quo dona naturę, & gratię
deriuantur. Dicitur ergo verbum lux nostra, quasi causa no-
stræ illustrationis, illuminans nos ad diuinorum cognitionē
atque perducens ad beatitudinem supernaturalē, per super-
naturalia dona spiritus sancti: sicut ait Apostolus, Gratia dei
Roma. 6. vita æterna. Hinc dicit Psalmista, Signatum est super nos lu
Psal. 4. men vultus tui domine. ¶ Sed quoniam iuxta diuinun Dio-
Diony. ny. nulla creatura sit expers participationis lucis diuinę cur
verbum seu vita hæc appellatur specialiter lux hominum? Et
respondendū dupliciter. Primò, quia in hoc libro tractatur
de verbo, prout Saluator est generis humani, eripiens nos à
tenebris ignorantiæ & peccati, trāsferensq; ad lumē gratię
E in præsenti, atque ad lumen gloriæ in futuro. Secundò, quo-
niā inter omnes creaturas corporales & inferiores sol' ho
mo ad deum conuertitur, & pertingit per intellectum & vo
luntatem idcirco specialiter illustratur à verbo, tanquam ad
Psal. 35. dei imaginem factus. Et *lux* ista, videlicet verbum, de quo
cantamus in Psalmo, In lumine tuo videbimus lumen, *In te-
nebris lucet* hoc, est inter peruersos Iudęos. cōuersatione, prę
dicatione, & signis resplēduit. Vel, in tenebris lucet, hoc est,
in cordibus impiorum gratiæ suæ lucē diffundit, & per prę-
dicatores fideles hominib' execratis ac reprobis, lumē Chri
stianę doctrinę proponit. Potest quoq; per tenebras omnis
creatura intellectualis intelligi, quæ comparatione lucis di-
uinę, potius reputatur caligo quā lux. Propter quod ait Psal.
F Deus meus illumina tenebras meas, Et *tenebræ eam non com-
prehenderunt.* ¶ Infra ait sanctus Iohannes, quod cohors,
Psal. 17. & tribunus, & ministri comprehenderunt Iesum. Et in Actis
Iohā. 18. princeps Apostolorum ait de Iuda, Qui fuit dux eorum qui
Act. 1. comprehenderunt Iesum. Nōnne & isti tenebræ extiterunt
Lucæ. 22. qui Saluator, Hæc est hora vestra, & potestas, tenebræ non
comprehenderunt hanc lucem? Hæc est hora vestra, & po-
testas tenebrarū. Quomodo ergo tenebræ non cōprehēde
runt hanc lucem? Sed hoc facillimè soluitur, quoniam illa de
corporali cōprehensione Christi intelligūtur, nunc autem
de spirituali comprehensione fit sermo. Verùm tunc rursus
quæstio oritur, quomodo tenebræ non comprehenderunt
hanc lucem? multi enim ad Christum conuersi sunt, eumque
per fidem, spem, & charitatem cōprehenderunt, quibus di-
cit

cit Aposto. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in do A
mino Sed rursus apparet oppositum, vt enim mox subiunge Ephes. 5.
tur. Deum nemo vidit vnquā: ergo multo amplius deum ne- Infra. 1.
mo comprehendit, cum spiritualis comprehensio sit perfe- 1. Ioh. 4.
ctissima, interna, ac intima visio. Et respondendum, q̄ Euan- 1. Tim. 6.
gelista ad literam loqui videtur de obtenebratis Iudæis, & Exod. 3.
cōprehēsione Christi, per fidem & charitatem. Sic enim ex- Iohā. 8.
cæcati & indurati Iudæi Christum nō cōprehēderunt, vnde Ibidem.
Saluator ad eos, Sermo (inquit) meus non capit in vobis. Et
iterum, Neque me scitis, neq; patrem meum. Præterea, mul-
tiplex est comprehensio. Prima est cōprehensio terminatiua
qua res secundum se totā capitur, videtur, siue cognoscitur
tam perfecte, sicut cognoscibilis est, sicque infinitum à finito
comprehendi non valet. Vnde hoc modo deus est tam incō-
prehensibilis omni creaturæ, etiā sanctis in patria, quā imme- B
sus, ideo hoc modo ipse solus cōprehendit seipsum. Secunda
est cōprehensio claræ visionis, qua essentia rei veræ conspi- 1. Cor. 13.
citur, & ita beati comprehendunt deum, quem facie ad faciē
contuentur, propter quod comprehensores dicuntur. Tertia
est cōprehensio certæ adhærentiæ per fidem, atque synceræ
adhęsionis per charitatem, sic viatores cōprehendunt deum,
quod magis ꝓprie dicitur apprehēdere quàm cōprehēdere.
Tenebræ ergo, id est, peccatores, quia in suis malitiis permā
serunt, nullo horum modorum comprehenderunt Iesum, qui
autem conuersi sunt, comprehenderunt eum tertio modo.
¶ Denique iuxta doctrinā magni Dionysij, deus compara- C
tur soli materiali: vnde & deus sol intelligentiæ atque iusti- Sapiē. 51.
tiæ appellatur: quoniā sicut sol iste visibilis vniuersa suæ lu-
cis susceptiua irradiat, atque ingenita propriæ lucis plenitu-
dine, naturalique proprietate sine prēratiocinatione ac præ-
uia deliberatione cuncta disposita sua claritate perfundit, or-
nat, implētque, & si quid est quod nō illustratur hoc lumine,
hoc non est ex solis defectu, sed ex propria indispositione.
Sic deus sublimis & benedictus ex propria bonitatis infinita
plenitudine, naturali inclinatione, & superliberalissima atq;
piissima cōmunicabilitate, omnem intellectualem creaturā
illuminat, implet, ac perficit, si fuerit capax atque disposita.
Quod si aliqua non illustratur, id est, ex non parte dei, sed
ob propriam indignitatem ac auersionē. Quamuis enim sit
deus vbique omnibus verissime præsens ac intimus, nihilo-

Universidad de Lima Biblioteca

Dominus passiones nostræ, & vitia separant nos ab eo: vt per
Esa.59. Esaiam inducitur, Iniquitates vestræ diuiserunt inter deum
vestrũ & vos, quæ vtique impediũt nos à receptione gratiæ,
Hier.5. illustrationis diuinæ: secundũ quod Hieremias testatur, Pec-
cata vestra prohibuerunt bonum à vobis. Remoueamus er-
go obstacula ista, faciendo quod in nobis est, aptemusq; nos
infusioni gratiarum cælestium, & tunc illuminabimur atque
implebimur mox à deo, iuxta illud Iob, Si direxerit homo
ad deum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Et
Iob.34. per Zachariã, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, di-
Zacha.1. cit dominus. Hinc Iacobus admonet, Appropinquate deo, &
Iaco.4. appropinquabit vobis. ¶ Quæritur circa præhabita, an na-
turali ratione possit inueniri aut demonstrari pluralitas per-
E sonarum in deo, & an gentiles philosophi habuerunt cogni-
tionem de patre, & filio per naturalem rationem. Quæstio
ista præcipuè oritur, difficultatemq; habet ex verbis Augu-
stini septimo Confessionum dicentis, Ibi vtpote in libro Pla-
tonis, vel Platonicorum: non quidem his verbis, sed omnino
hoc idem quod his verbis significatur: multis ac multiplici-
bus rationibus repperi comprobatum, quod in principio e-
rat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbũ,
&c. vsque ibi, & vita erat lux hominum. Trismegistus quoq;
inuenitur dixisse, Monas gignit monadem, & in se suum re-
flectit ardorem. Et videtur posse probari. Primò, ex immen-
sitate diuinæ bonitatis, quæ cum sit infinitæ communicabili-
tatis, procesit in actum sibi proportionatum, producendo
germen immensum, quod nõ potest esse nisi deus. Secundò,
F quia nullius rei possessio iucunda est sine consortio, & cum
in deo sit amor perfectus atque immensus, habet deus aliquẽ
quem diligit infinito amore, eo quòd amor nõ sit propriè ad
seipsum. Tertiò, quoniam generatio est perfectissima pro-
ductio, cõuenit ergo perfectissimo enti deo altissimo. Quar
tò, quoniam quicquid perfectionis est in creaturis, reperitur
in deo. Cum ergo in mente creata sit emanatio verbi, ab in-
tellectu, & amoris à voluntate, erit etiam in mente diuina
processus verbi atque amoris seu prolis ac spiritus sancti. Et
respondendum, quòd nunquam aliquis purus philosophus
agnouit, quòd in deo esset emanatio ad intra personæ à per-
sona, vel quòd aliquid procedens à deo esset ei æquale & cõ-
substantiale, imò hoc reputabant omnino impossibile, vt pa-
tet

tet ex elementatione Procli summi Platonici: sed nec pos- A
sibile est naturali ratione demonstrare vel inuenire deũ esse
in personis trinum vel binum, & in essentia vnum, quia per-
fectio creatoris relucet in creaturis, eo modo quo procedunt
à creatore. Quum ergo tres personæ sint vna causa creatu-
rarum, ita ꝓ creatio conuenit ei quantum ad id in quo con-
ueniunt, scilicet ratione naturæ atque potentiæ, palam est,
quod earum distinctio ex creaturis nequeat elici, demõstra-
ri aut inueniri. Veruntamen aduertendum, quod profundis-
simi philosophorum aliqua dixerunt, & in scriptis suis reli-
querunt, in quibus videntur cognitionem diuinitatis patris
ac filij habuisse, propter communionem verborum quibus
vtuntur, loquendo de deo & processione eorum quæ produ
cuntur ab ipso. Plato nanque & eius sequaces, multi quoque B
Peripatetici disseruerũt vniuersorũ processum à primo prin
cipio fieri per quandam assimilationem, ita ꝓ omnia profluxerunt à deo per rationem similitudinis, hoc est, secundum similitudinem quandam: quoniam omne agens producit sibi simile, & effectus vocatur participata similitudo suæ causæ. Cum ergo deus sit lux pura superspendidissima & immensa, id quod immediate causatur ab eo, dixerunt esse ei similimum. Vnde vocabant primam intelligentiam seu primam mentem creatã, signaculum lucis diuinæ, splendorem claritatis æternæ, itémque quod esset imago euidẽtissima ac præclarissima maiestatis diuinæ, speculumq; perfectionis increatæ. Et quoniam ratio filiationis, in similitudine quadam consistit, idcirco dixerunt mẽtem illam immediatè à summa diuinâque mente creatam, esse filium, imò & vnigenitum & primogenitum dei. Vnde refert Macrobius super somnium C
Scipionis, ꝓ Platonici posuerunt à somno deo immediate profluxisse, ac conditam esse mentem quandam deo sublimi simillimã, omnium creaturarum speciebus ac rationibus plenam, à qua dixerunt cætera omnia esse creata. Hinc etiam Hermes Trismegistus, qui legitur fuisse Platonis discipulus: fuit autem & alius Hermes, qui scribitur præcessisse diluuiũ. Ait igitur Hermes prefatus in libro suo, quem intitulauit de verbo perfecto. Sed antequã verba Hermetis cõmemorem, audiamus quid in libro cõtra hæreticos asserat Augustinus, Hermes qui latinè Mercurius, scripsit librum de verbo perfecto, magnum nomen lib. quoniam magnus de quo scripsit.

D Audiamus quid dicat, Dominus omnium factor deorum, secundum fecit dominum. Quoniam ergo hunc fecit primum, & solum & verum, bonus ei visus est, & plenissimus omniũ bonorum, & lætatus est in eo, & valde dilexit eum, tanquam vnigenitum suum. Et post pauca, Hic est (inquit) filius dei benedicti, cuius nomen nõ potest humano ore narrari. Ex hoc ergo quòd Hermes vocat hunc secundum deum, elucescit ꝓ posuit eum substantialiter distinctum à summo deo, & per cõsequens puram creaturam. Itaq; quod Augustinus affirmat illum esse magnum, scilicet verbum dei perfectum, de quo scripsit Hermes hunc librum indiget sano intellectu, & pia interpretatione, quia secundum veritatem, liber ille scriptus non est de filio dei vero, sed æstimato: præsertim, quoniam filius dei non est factus, quomodo Hermes dicit dominum
E omnium deorum fecisse secundum deum. Ex hoc dicto Hermetis & Platonis orta est hæresis Arrij atque Eunomij, asserentium filium dei esse puram creaturam: vt dicit sanctus Thomas in summa contra Gentiles. ¶ Denique iuxta Thomam in prima parte Summæ, etiam Origenes dictis Plato. imbutus, dixit verbum dei esse puram creaturam: propter quod Thomas ait Origenẽ fuisse fontem Arrianæ perfidiæ, quia secundum Origenem verbum dicitur in deo non propriè sed metaphoricè, vtpote, non filius naturalis, sed imitatiuus. Verùm qualiter intelligendũ sit dictum hoc Thomæ, ignoro. ¶ Constat nempe, quòd Origenes in multis locis testetur filium dei esse verũ æternũq; deum, imò in epistola sua ad sanctã Barbaram quod instruxit, apertissime dicit, ꝓ
F patris & filij & spiritus sancti, sit vna diuinitas, & vera æqualitas. & quod sunt tres personæ vnũsq; deus. Præterea Athanasius fidei propugnator, allegat Origenem pro confirmatione fidei trinitatis, nec dubium, quin sanctissimus Athanasius, qui tantæ authoritatis extitit in scripturis, quòd nullus vnquam ei cõtradicere ausus fuit, bene agnouit ac legit verba atq; volumina Origenis, nec aliquo modo allegasset eũ, disputãdo contra Arrianos, si putasset Origenem fuisse fontem Arrianæ impietatis. Veruntamen multa inueniuntur in dictis Origenis, ex quibus videtur verum esse quod astruit Thomas videlicet quòd filius dei non comprehendat patrẽ perfectè. Itémq; quòd hoc est filius ad patrem, quod Petrus
Esa. 6. vel Paulus ad filium. ¶ Insuper super illud Esaiæ, Seraphin stabant

stabant super illud: per Seraphin intelligit Origenes filium A
ac spiritum sanctũ, sicut innuit sanctus Hieronyms, quanuis Hiero.
non exprimat nomen Origenis. ¶ Adhæc atque similia diuersi diuersimode responderũt. Quidam ꝓ hæretici inserue runt talia libro Origenis, sicut libro beati Ambrosii aliqua falsa inueniuntur inserta. Quidam quòd fuerunt duo Origenes, vnus catholicus, alter hæreticus: quidã quòd Origenes scripsit aliqua quæ sibiinuicem contrariantur, sicut & Augu. propter quod tãdem cõpulsus est facere libros retractationum: sed de hac materia nihil diffinio, Origenem indiscrete defendendo, quem certum est in multis errasse. ¶ Nunc soluendæ sunt rationes, quibus videtur ostendi, quòd trinitas vel patris ac filii deitas, posset naturali ratione probari. Primò itaque, ad authoritatem August. dicendum. quòd principium euãgelii S. Iohannis inuenitur in libro Platonicorum, B
non quantum ad verum ipsius intellectum, sed quantum ad aliquam communionem verborum, & quantum ad apparentiam superficialem. Posuerũt enim platonici verbum in deo: Vnde Auicebron Platon, in libro suo de fonte vitę affirmat, quòd intellectus diuinus ac paternalis omnia agit per verbũ intus conceptum, sed nomine verbi intelligunt rationẽ idea lem seu mundum archetypum. Quod verò Hermes ait, Monadem, id est, vnitatem seu vnum deum genuisse Monadem. Thomas interpretatur sic intelligendum, quòd vnus deus cõdidit vnum mundum, propter suiipsius amorem, tamẽ intelligendum id reor de generatione prædictæ mẽtis creatæ, secundum Platonicos: & quod dicit Trismegistus deum in se
suum reflexisse ardorem, intelligit non de processione spiri- C
tus sancti, sed quòd deus diligit se propter se, & ex amore sui ad seipsum conuersi diligit alia. Ad argumentum de immensitate diuinæ bonitatis, diceret naturales, ꝓ quanuis sit communicabilitatis immensæ, non tamen producit germen sibi æquale, nõ ex sua impotẽtia, sed propter incapacitatẽ procedentis, quòd dicunt non posse equari suo causali atq; fontali principio. Ad aliud diceretur, ꝓ nullius rei possessio iucũda est sine cõsorte, in his quorum vnum indiget altero, deus verò in seipso summe simpliciterque perfectus est. At aliud de amore diceretur, quòd licet amor nõ sit proprie ad seipsum, nihilominus secundum philosophũ, amor ad alium oritur ex amore ad seipsum & vnumquodq; tãtum vel plus diligit se,

D quantum aliquem alium conditum: ideo deus verè diligit seipsum infinito amore atque feruore. Ad aliud diceretur, q generatio conuenit deo altiori modo quàm creaturis, per hoc quod tribuit eis vim generatiuam. Ad aliud quoque responderetur, quòd in creatis intellectibus est emanatio verbi ac amoris, quia in eis differunt essentia & actio, nec essentia eorum in seipsa perfecta est, cum non sit actus purus, sed verbo atque amore perficitur, in deo autem opposito modo est, quia in eo sunt penitus idē essentia, virtus & actio, estq; deus in se absolutè perfectus & purus actus, quicquid ad beatitudinem pertinet, in se eminentissime comprehendens. Quanuis itaque præinductæ rationes non sunt demonstratiuæ, pulchrè tamen declarant, quòd fides trinitatis non sit
E aliquam irrationabilitatem, vel impossibilitatem complectens: nam licet sit supra rationem, non tamen est contra eam.

¶ Elucidatio huius capituli ab eo loco.

Fuit homo missus à deo.

ARTICVLVS. IIII.

Vcusque tractauit sublimis Euangelista de diuinitate, diuinaque operatione, atque incommutabili subsistentia verbi, nunc verò subiungit de eius præcursore. Quoniam enim dictu-
H
F rus mox est de verbi incarnatione, & aduentu eius in hunc mundum, cæterisque operibus atq; dogmatibus saluatoris, congruēter præmisit de eius præcursore tractatum. Pauca enim ponit de præcursore, sciens Lucam glorioso, sententioso que stilo descripsisse genealogiam, annunciationem, conceptionem, natiuitatem, cōuersationemque præcursoris: de cuius etiam parcitate in victu, & duritia in vestitu, Matthæus & Marcus scripserunt. ¶ Itaque ait, *Fuit homo missus à deo*, nemo enim sapienter agens, assumit sibi honorem, sed qui vocatur à deo tanquam Aaron, quò contra dominus ait de præsumptuosis & falsis prophetis. Ipsi currebant, & ego non misi eos. Missio ista Iohannis intelligi potest tunc facta, quando deo iubente exiuit à latibulis eremi ad ripam

Lucæ.5.
Mat.3.
Marci. 1.
Hebr.5.
Hier. 23.
Luc.3.

ad ripam Iordanis, quatenus ille baptizando populum con- A
gregaret, eisque de Christi aduentu prædicaret. Vnde Lucas ait, Anno quintodecimo imperii Tyberii Cæsaris, factū est verbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. Fuit autem missus à deo, vel ex sola inspiratione interna, vel ex alloquutione & apparitione angelica exterius facta, quæ non est ab aliquo Euangelistarum descripta. Hanc missionem Iohannis, deus prædixit per Malachiam, Ecce Mala. 3.
mitto angelum meum, & preparabit viam ante faciē meam. Luc.1.
Dicitur quippe Iohannes angelus, ratione officii non naturæ, & quoniam angelicæ conuersationis fuit, *Cui nomen erat Iohannes*. Sic nanque Gabriel archangelus iussit Zachariæ vocare filium suum: & congruit nomen istud præcursori, quia Iohannes interpretatur gratia dei, quæ præcipuè fuit B
in homine isto, quo inter natos mulierum, non surrexit maior seu sanctior: qui etiam primo prædicauit, Pœnitentiam Mat.11.
agite, appropinquabit enim regnum cælorum, hoc est, gra- Mac.1.
tia saluatoris. Cum enim alicui diuinitus nomen imponitur, insinuatur, quòd proprietas significata per nomen competit illi, quemadmodum Abram vocatus est Abraham, id est, pa- Gen.17.
ter multarum gentium, & Iacob dictus est Israel, cum dei an Gen.32.
gelum vidisset. *Hic venit* à secretis locis deserti ad publica Gen.35.
loca, *In testimonium* perhibendum, id est, ad testificandum, non ad saluandum, videlicet, *Vt testimonium perhiberet de lumine*, id est, veritatem annunciaret de Christo, *Vt omnes* homines, primo Iudæi, deinde Gentiles, *Crederent* in filium dei *Per illum*, hoc est, mediante testificatione Iohannis, sicq; C
credendo consequerētur salutem æternam. Non dicit, vt omnes crederent in illum, quoniam fides cum sit virtus theologica, habet deum pro obiecto, concernit enim deum sub ratione primæ veritatis, ideo non est credendum in hominem purum. Hinc infra ait Saluator, Creditis in deum, & in me credite, quod consequens non esset, nisi & filius esset deus. *Non erat ille* Iohannes *Lux* principalis effectiue illustrans, Mat.5.
lucem gratiæ præstans, & per essentiam lucens: erat tamen lux instrumentalis dispositiue illuminans, ad gratiam præparans, lux participata eo modo quo CHRISTVS ait Apostolis, Vos estis lux mundi. Et ad Philippenses Apostolus, Sitis (inquit) sine querela in medio nationis prauæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Philip.2.

¶ Denique

Universidad de Deusto Biblioteca

Diony. D ¶ Denique secundum Dionysium, quædam est lux illuminans non illuminata, sicut lux prima. Alia est lux solum illuminata, vt illi qui modicam gratiam habent. Alia est lux medio modo se habens videlicet illuminans & illuminata, vt illi qui de gratia sibi concessa, alios possunt illuminare, inter quos certum est præcursorem vnum de summis fuisse, *Sed vt testimonium perhiberet de lumine*, hoc est, Iohannes non fuit Christus in lege promissus, sed eius minister & præco, ordinatus ad hoc, vt Christo testimonium daret. Hoc fecit Iohannes dicendo, Venit fortior post me, cuius nõ sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorũ eius. In Actis quoque Paulus ait dixisse Iohannem, Quem me arbitramini esse, non sum ego. Perhibuit etiam Iohãnes testimoniũ Christo operibus, vtpote baptizando Iudæos, in nomine Christi E venturi. Forma enim baptismi Iohannis fuit, Baptizo te in nomine futuri: secundum ꝓ in Actis tãgit Apostolus, Iohannes baptizauit populum, dicens, In eum qui venturus est, vt crederent, hoc est, in Iesum. Idcirco receptio Baptismi Iohãnis, erat quædam professio credendi in Christum. ¶ Missus est ergo Iohannes ante Christum, vt homines ad Christi susceptionem aptaret, docendo, baptizando, orando, exemplariterque viuendo. Erat nẽpe testis idoneus propter vitæ suæ sanctitatem, omnibus manifestam, gratiam prophetalẽ, angelicam annunciationem, miraculosam conceptionem ac natiuitatem. Necessaria verò fuit Iudæis præparatio ista: nam cum rudes fuerint, immediate capaces non erant supernaturalium atque cælestium documentorũ Christi, sed pedetentim inducendi erant ad sublimiora. Iohannes ergo inducendo eos ad peccatorum confessionem, baptismi receptionẽ, F dicendo & iam, Appropinquabit regnum cælorũ, cœpit eos à terrenis abstrahere, atque ad supernorum amorem accendere, ac per hoc ad Christi legem & fidem aptare. *Erat lux vera*, hoc est, non participata aut defectiua, sed plena & substantialiter clara, in qua natura lucis perfectissime reperitur. Vnde Iohannes in Canonica sua scribit, Deus lux est & tenebrę non sunt in eo vllæ. Omne autem creatum habet aliquid tenebrositatis admixtum: nam ipsa minoratio lucis, ipsa eius distantia seu dissimilitudo à luce diuina, est tenebrositas quædam. Comparatione quoque lucis diuinæ ac infinitæ appellatur quasi caligo, ideo enim luna non splendet, & cæli

Marc.1. Acto. 13. Acto.9. Mat.1. 1.Iohan.1.

& cæli non sunt mundi in cõspectu eius. Quanuis verò istud A de qualibet diuina persona sit verum, nunc tamen de filio dicitur, cui lux appropriatur, quoniam lux spiritualis præcipuè spectat ad intellectum ac sapientiam. Cum ergo verbum seu filius sit emanatio intellectus, sic ei appropriatur. *Lux* sicut sapientia, veritas, ars, splendor, & species. *Quæ illuminat* lumine naturalis ingenii. *Omnem hominem venientem in hunc mundum*, id est, qui per natiuitatem ingreditur orbem terrarum, vallemque lachrymarum. Vel, illuminat lumine gratiæ omnem hominem venientem in hunc mundum, id est, omnem qui illuminatur gratia spirituali quam nullus sortitur nisi à filio. Iuxta hunc sensum habetur in Psalmo, Alleuat dominus omnes qui corruũt, & erigit omnes elisos, nõ quod B omnes corruentes, & elisi alleuantur ac eriguntur, sed quod nemo talium alleuetur, aut erigatur, nisi à deo. Vel, illuminat omnem hominem quãtum in se est, sicut vult omnes saluari, ita quòd nemo excusatur, si non fuerit illustratus. Illuminat quoque omnem hominem, dando vnicuique angelum pro custode, qui à diuersis erroribus & peccatis retrahit hominem sibi commissum. Vel, illuminat omnem hominem, hoc est, quosdam de omni genere hominum: nam post passionem, & prædicationem Apostolorum illuminauit seculũ vniuersum Iuxta quem sensum ait inferius, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et Psalmista, Benedicentur in ipso tribus terræ. *In mundo erat*, hoc de Christo secundum vtranque eius naturam accipi potest, sed diffe C renter. Primò sic, In mundo, id est, in toto ente creato, seu vniuerso erat hæc lux, id est, totum mundum ab exordio suæ creationis impleuit, cũ sit infinita. Propter quod ait per Hieremiam, Nunquid non cælum & terram ego impleo? Deus enim vbique est per essentiam, præsentiam, atque potẽtiam. Ipse siquidem omnia penetrat, sua quoque potentia ad omnia se extendit, & suo conspectui omnia patent. Veruntamẽ iuxta Salomonem, Longe est dominus ab impiis, non vtique loco, sed dissimilitudine, quia non est nec habitat in eis per gratiam. ¶ Fuit autem circa deum triplex error. Vnus Manichæorum, dicentium ista corporalia & terrena deo lucis non fuisse subiecta. Contra hos dicimus deum esse vbique per potentiam. Alius fuit error negantium diuinam prouidentiam, de quibus dicit Psalmista, Dixerunt, quomodo scit

Iob.15. 1.Cor.1. Iohan.14. Psal.44. 2.Pet.3. Iohan.12. Psal.71. Hiere.23. Prou.15. Psal.21.

D scit deus, & si est scientia in excelso? Cõtra hos dicimus deũ
esse vbiq; per præsentiam, ita quòd omnia sunt aperta & nu-
da oculis eius. Tertius fuit error dicentium, quòd deus im-
mediate non condidit, nisi primã intelligentiam, & illa crea
uit secundum, secunda quoque tertiam: cuius erroris origo
secundum Thomam fuit author libri de causis, quem erro-
rem Auicenna & Algazel sunt secuti. Contra istos asserimus
deum vbiq; per essentiam. Secundò exponitur, sic. In mundo
Heft. 13. erat, id est, lux ista, seu Christus post incarnationem in terris
est visus, & cum hominibus conuersatus, ita ꝙ illum quẽ to-
tus non capit orbis, secundum suam diuinitatem, parua pars
terræ cœpit & clausit secundum humanitatem assumptã. Et
mundus, videlicet cœlum & terra, & quicquid cœli ambitu
E continetur. *Per ipsum* verbum *Factus est*, eo sensu, quo iam
dictũ atq; expositũ est. Omnia per ipsum facta sunt. Et quo-
niam mundus seu omnis creatura per verbum facta est, ideo
ad verbi cognitionẽ naturalem inducit, videlicet ad cogno-
scendum suũ creatorem, quantum ad naturam, non quantum
ad personam, secũdum relatiuam proprietatẽ. Effectus enim
repræsentat suam causam. Et *mundus eum non cognouit*. In hoc
sancto Iohannis Euangelio, mundus diuersis modis accipi-
tur. Quandoque, pro tota creatura, quandoq; indifferenter,
Iohan.15. pro bonis ac malis hominibus in mũdo degentibus, interdũ,
Iohan.3. specialiter pro electis, vt cum dicitur, Sic deus dilexit mun-
dum, vt vnigenitum suum daret: interdum pro reprobis, sicut
F ait Saluator, Me odit mundus. Nunc ergo accipitur mundus
pro peruersis ac cæcis hominibus, qui Christum non cogno
Tit.1. uerũt per fidem formatam. Et licet aliqui tales agnoscant eũ
per fidem informem, factis tamẽ negant eundem. Denique,
Iudæi increduli qui eum cognouerunt corporali intuitu, nõ
Luçæ.15. cognouerunt eum interiori visu. Nunquid enim cognouerũt
eum, qui dixerunt? Nos scimus, quia hic homo peccator est.
In propria venit, hoc est, in hunc mundum inferiorẽ à se crea-
tum, vel in Iudæam, & populum Israeliticum sibi olim pecu
Esa.46. liarem: per incarnationem descendit, quemadmodum Esaias
Psal.18. orauit, dicendo, Vtinam disrumperes cælos, & descenderes.
A summo etenim cælo egressio eius. Et *sui* hoc est, Iudæi
ad cultum dei specialiter deputati, de quorũ semine natus est
CHRISTVS, *Eum non receperunt* per fidem: pauciſsimi
enim Iudæorũ crediderunt in Christum, cõparatione incre-
dulorum.

dulorum. Hoc apud Esaiam apertissime inuenitur prædictũ, A
loquente Christo ad patrem, Hæc dicit dominus, formãs me Esa.49.
ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel nõ
congregabitur. Hinc dominus ait per Hieremiam. Præuari- Hiere.5.
catione præuaricata est in me domus Iacob, & domus Israel
Negauerunt dominũ & dixerunt, Non est ipse. Iudęi igitur
isti appellantur populus Christi, non ratione prædestinatio
nis, sed creationis, & tẽporalis electionis atq; vocationis, de
quibus ait per Esaiam, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem
spreuerũt me Potest quoque generaliter de vniuersis infide Gala.3.
libus & peruersis exponi, qui dicuntur sui, quia ab ipso crea- 2 The.3.
ti, & non receperunt eum, quia non omnium est fides, & no 2.Timo.2.
uit dominus qui sunt eius per prædestinationẽ. Verũ vt Lu- Actor.13.
cas ait in actibus, Crediderunt quotquot præordinati erãt Acto.10.
ad vitam eternam, de quibus iam subditur, *Quotquot autem* B
receperunt eum per fidem formatam, vniuersaliter loquitur
dicẽdo, Quotquot, quoniã non est personarũ acceptor deus
Dedit eis potestatem, hoc est, idoneitatem, seu gratiam affica-
cem *Filios dei fieri*, hoc est, per quã fiunt filij dei adoptiui.
¶ Sed quæritur cũ homines fiant filij dei, eo ipso quod cre- Esaiæ.1.
dũt in Christum, quemadmodum ait Apostolus ad Galatas
Omnes vos filij dei estis, per fidem in Christo Iesu, quomo-
do recipientibus Christũ per fidem, datur potesta filios dei
fieri, & non potius ipsa filiatio adoptiua? Et respõdendũ du
pliciter. Primò, quod licet homo dũ cõuertitur ad Christũ
per fidem & dilectionem, efficiatur adoptiuus filius dei, hoc
tamen non est, nisi in quantum habet propositum recipiẽdi
baptismũ, in quo spiritualiter renascatur, & filiatio adopti- C
ua perficitur. Omnibus ergo qui receperũt Christum, dedit
ipsemet Christus secũdum quod deus, potestatem filios dei
fieri, perfectè in fonte baptismatis, quod non datur adultis,
nisi credentibus, imò nulli nisi fidem profiteatur, vel per se,
si sit compos rationis, vel per alium, si sit infra annos discre
tionis. In baptismo autẽ gratia augetur, character imprimi-
tur, & homo Christo perfectè cõformatur, & incorporatur
atq; ab omni labe peccati ac reatu pœnæ absoluit, vt sit om-
nino filius dei. Secũdò respondetur, quòd omnibus qui Chri
stum nunc per fidem recipiunt, datur potestas filios dei fieri
filiatione glorię consummata in patria. Per fidẽ enim, per-
uenitur ad speciem. Filiatio quoq; gratiæ adoptionis, ordina
tur ad

D tur ad filiationē gloriæ beatificę fruitionis. Filiatio autē fū-
datur in assimilatione. Quoniā ergo per Christi aduētū da
ta est hominib' participatio diuini esse, & supernaturalis si
militudo cū deo, idcirco recipiētib' ipsum datur prefata po-
testas. Per fidē quippe inchoatur in nobis supernaturalis co-
gnitio patriæ, quæ quantū ad suam plenitudinē deo est pro-
pria. Per gratiā quoq; gratum faciētē, ponitur anima in esse
supernaturali, diuino ac meritorio, tamq; accepta ac similis
deo efficitur, vt etiā vitam æternā de cōdigno mereatur, *His
qui credūt in nomine eius*, loquēdo de nomine nominato, hoc
est de in ipso Christo fide formata. Cum itaq; verbū sit fili'
naturalis, qui ei per fidem vniuntur, atq; per charitatē incor
porantur efficūtur filij adoptiui. Filiatio autē adoptiua, quę
E fit per gratiam, qua homines fiunt participes hereditatis pa
tris adoptantis, est participatio filiationis naturalis. Hinc ad
Romanos dicit Apostolus, Si filij, & hæredes, heredes quidē
Rom.8. dei coheredes autē Christi. Et rursus, non accepistis spiritū
Ibidem. seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis
filiorū in quo clamamus, abba pater. ¶ Deinde, Euāgelista
distinguit generationē spiritualē, per quā, filiatio adoptiua
acquiritur a generatione carnali. *Qui* credētes & filij ado-
ptiui, *Non ex sanguinibus*, id est, seminibus viri & fœminæ.
Semen enim, est superfluū alimenti sanguinei & sanguis coa
gulatus. Itaq; nō ex sanguinib', id est, semine viri, in quo est
virtus formatiua, & semine mulieris, quæ præbet in genera
tione materiam. *Neq; ex voluntate carnis*, id est, cōcupiscen-
F tia sensualitatis, vel fœminæ quæ nomine carnis exprimitur
quoniam mollior, & in ratione debilior, *Neque ex voluntate*,
id est concupiscentia, *Viri, sed ex deo nati sunt*, id est, diuina
virtute & gratia spiritualiter regenerati, ac diuinū esse sor-
titi Nam loquēdo de esse naturæ, tunc nati sunt ex semini-
bus parētū sicut & infideles, sed loquēdo de esse gratiæ, per
quod constituti sunt filij dei adoptiui, nati sunt ex deo, tanq
ex patre principali, hominem sibi assimilante ac deificante,
Porro in generatione carnali ac naturali, semē, se habet per
modū causæ materialis, parētes per modum causę efficiētis,
concupiscentia verò mouet ad actum, Potest autē per volū-
tatē carnis & viri intelligi, appetitus superior seu intellecti-
mus, qui actum generationis imperat vel ei consentit.

¶ Explanatio

¶ Explanatio Cap. ab eo loco, *Et verbum caro factum est.* A

ARTICVLVS V.

D Eclarāt supra Euangelista, quòd verbum dei fuit
ab æterno, nunc pandit quòd factum est in tēpo-
re dicens, *Et verbum caro factum est* Item asseruit
filios dei adoptiuos natos nō esse ex sanguinibus, ne quis ex
hoc opinaretur, quod multo minus filius dei naturalis na-
tus esset ex semine seu sanguine, ideo docet, quod verbū fa-
ctum est caro, nascendo ex semine patriarcharum, atque ex
sanguine virginis. Iterum. quoniā dixit homines fieri filios
dei, ostendit hoc non esse impossibile nec incredibile, cum
filius dei factus sit filius hominis. Itaque verbum, id est, vni-
genitus filius dei verus deus, in se eternaliter subsistens, ca-
ro, id est homo verus factus est, assumendo humanam natu-
ram ad propriā personalitatem, vt pote substantificando eā B
in semetipso, conferens ei subsistere in eodē esse, in quo &
verbū subsistit, ita quòd verbi atque assumptæ humanitatis
est vna hypostasis, eademque suppositalitas seu subsistentia Psal.64.
personalis, nam & ipsum verbum est suppositum substātifi- Esa.40.
cās humanitatis sibi vnitæ, Sumitur ergo hoc loco pars pro Esaiæ.52.
toto videlicet caro pro homine, quemadmodū & in psalmo Iohan.17.
Ad te omnis caro veniet. In Esaia quoque, Videbit omnis ca
ro, quod os domini loquutum est Itemq;, Videbit omnis ca
ro salutare dei nostri. Sic etiam infra ait Saluator ad patrē,
Dedisti ei potestatem omnis carnis. ¶ Denique, verbum fa-
ctum est homo, assumendo simul in eodem instanti animam
rationalem, tunc primo creatam, & carnem humanā ex pu-
rissimis sanguinibus sanctissimæ atque dignissimæ virginis
sumptam, & à spiritu sancto formatam ac organizatam, ra-
tionalique anima informatam, sic q; in eodem instanti crea-
ta est anima Christi, & caro eius formata, ac animæ copula
ta, & vtrunque simul à verbo assumptum: nunquam tamē ca-
ro & anima, vel humanitas Christi habuit propriā persona-
litatem aut subsistentiā, sed in momento suæ creationis ac
partiū suarum mutuę virginis, assumpta est ipsa humanitas
à verbo & supposita in ipso: sic virgo verè concepit filiū dei
deum ac hominē, prebendo materiam anima Christi infor-
matā, ac verbo immediate vnitā. Hoc est nouū & super no-
uum, omniumq; nouorū ac mirabiliū nouissimū ac mirabi-
lissimum, de quo vaticinatus est Hieremias, Nouū (inquiens) Hiere. 31.
faciet

D faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. Cir
1. Tim.1. cundedit enim in vtero sacratissimo puerum Iesum, virũ non
ætate & quantitate, sed sapientia & virtute.

¶ Incarnatus est ergo filius dei, vt nos efficiamur diuinę cõ
sortes naturæ, percipiẽdo meritis Christi copiosissimã gra-
tiam in præsenti, æternamq; beatitudinẽ in futuro. Inclina-
uit & humiliauit seipsum, seruilem formã accipiẽs, vt nos in
cœlestibus exaltaret, & angelis parificaret: similitudinẽ car-
Philip.2: nis peccati assumpsit, vt nos ab omni macula culpę purgaret
In quibus apparet magnitudo diuinæ dilectionis, atq; digna
tio summę maiestatis ad genus humanũ. Cũ enim amoris sit
amantẽ & amatum vnire, vnũ in alium transponere, eoq; in-
separabiliter colligare, cõstat, q̃ deus ineffabiliter nos ama
uit, quoniam nostrã naturam sibi immediatissime copulauit,
E videlicet vnione hypostatica, eamq; in se quodãmodo trãs-
formauit atq; trãspositit, & sibi indissolubiliter conniuit: nã
& in triduo mortis, manserunt corpus & anima verbo vnita
In Christo ergo sunt duę naturæ, & vna hypostasis seu perso
na: sũt quoq; in eo duæ generationes & vna filiatio, pura di
uina. Generatio nãq; pertinet ad naturã: filiatio ad personã.

¶ Per hanc verbi incarnationem, incõprehensibiliter pror-
Psal.21. susq; inenarrabiliter honorificata ac sublimata est, non solũ
Matt.28. humanitas Christi, sed totum insuper genus humanũ. Quid
Hebr.2. enim tam gloriosum atq; magnificũ esse potest hominib⁹, vt
1.Iohã.2. hoc quod deus noster factus est frater noster, quod creator
noster fact⁹ est noster saluator, quod iudex noster factus est
F noster aduocatus? Nõne perfectio creaturę est assimilari suo
creatori? Per verbi autẽ incarnationẽ assimilati sum⁹ nostro
creatori, similitudine speciei specialissime Imò, si ritè intelli
go, per incarnationẽ hãc benedictam, facti sumus naturales
fratres naturalis filij dei, vt pote ejusdẽ naturę cũ filio patris
æterni: non tamẽ sumus naturales filij patris verbi, quia nõ
sumus naturales fratres verbi secundũ naturã illam, quia cõ-
uenit ei esse naturalẽ filiũ dei, sed ratione naturę assumptę.

¶ Amplius autem incarnatio ista sanctissima maximè auget
spem nostram, charitatẽ quoq; summe inflammat. Quomo-
do enim diffidere possumus de misericordia, & beneuolẽtia
Philip.2. eius, qui propter nos in tantum exinaniuit seipsum? qui tãta
Psal.21. dilectionis signa nobis ostendit? qui ita præuenit nos in be-
nedictionibus suæ dulcedinis? Quid etiã ita charitatẽ acen-
dere

dere potest, sicut tantorum exhibitio beneficiorum, & quod A
tantum dilecti ac ante dilecti sumus à deo nostro, quod tam
propinque ac intime se nobis vniuit, quod vna persona cũ
natura nostra effectus est, quod vltra omnem creaturã sub-
cœlestem, cœlestem, & supercœlestem nostrã exaltauit na-
turam? Magna, ni fallor, & inæstimabilis est virtus horum
verborum. Verbum caro factum est, quæ decet nos cum o-
mni humiliate interiori, & exteriori seu corporis prostra-
tione, inclinatione, vel genuflexione proferre, vt humilie- Philip.2.
mus nos illi, qui ppter nos humiliauit seipsum cũ esset altis- 1.Iohan.4
simus. Cum summa quoque reuerentia & gratitudine cor-
diali ac mentis feruore, vt honeremus ac diligamus eũ gra-
tissimo animo, qui prior eatenus honorificauit atque dilexit
nos. ¶ Quæritur, cur potius verbum quã pater vel spiritus B
sanctus incarnatum est? Et respondendum, q̃ propter diuer-
sas causas. Primò nã verbo seu filio appropriatur similitudo
patris cũ patre. Homo autẽ peccauit dei similitudinẽ inordi- Gene.3.
nate appetendo, vnde peccatum hominis fuit quodãmodo
specialiter cõtra filiũ, propter quod pater zelans pro filio,
hominem condemnauit, filius verò videns patrẽ pro se ze-
latum, atq; sui occasione honore sibi ab hominibus impẽdẽ-
do priuatum. Pro patre quoq; zelatus est, vnde ad recuperã
dum patris honorem, hominumq; salutem voluit incarnari.
Secundò quoniam homo habet specialẽ assimilationẽ cum
verbo, nã verbo appropriantur ea quæ pertinent ad intelle-
ctum: homo quoq; respicit speciem à perfectione intellectua
li, videlicet ab esse rationali. Tertiò, quoniã incarnatio or- C
dinatur ad beatificam visionem, visio autem hæc respicit in-
tellectũ à quo profluit, & verbum ab intellectu procedit, sic
que propter conuenientiam verbi cum visione beatifica, cõ
gruebat ei incarnatio ista saluifica Quartò, quoniã verbum
est media in trinitate persona, idcirco conueniebat ei incar
natio & ratio mediatoris: vt esset deus & homo. ¶ Postre-
mò, protestãte Symeone iusto ac timorato, hoc verbũ incar
natũ propositũ est in signũ, cui cõtradicetur. Propterea om- Lucæ.2.
nia loca sacræ scripturæ plena sunt scandalis secundũ Hie-
ronymũ, non quòd electi qui sunt docibiles dei scandalizen-
tur in verbis scripturæ, sed reprobi volentes scrutari inscru- Iohan.6.
tabilia dei, sacramque scripturam proprio intellectu metiri.
Vnde ex hoc quod dictum est, verbum caro factũ est, homi-
c nes perdi-

D nes perditissimi in intollerabiles inciderunt errores. Arrius
nanque & Eunomius asserebant, quòd verbum dei sic factũ
est caro, quod solam carnem assumpsit non animam. Dice-
bant enim quòd verbum esset pura creatura, carni Christi
loco animę copulata. Appollinaris hæreticus dixit quòd ver
bum sic factum est caro, quod aliquid verbi in carnem muta-
tum est, & quod in Christo non fuit anima rationalis, quo-
niam vicem animæ intellectiuæ suppleuerit verbum, fuerit
tamen in eo anima sensitiua: quo concesso, Christus potius
esset deus & bestia quam deus & homo. Ebion autem, Che-
rintus, atque Fotinus dixerunt, quòd verbum factum est ca-
ro per solam gratiæ vnionem. Dixerunt enim, quòd Chri-
E stus esset purus homo, & nõ diceretur deus, nisi ob suæ san-
ctitatis & gratiæ excellentiam. Quorum errorem quantum
ad hoc sequutus est inimicus dei Nestorius, dicẽs, quòd dei-
tas non fuit in Christo nisi sicut in templo, affirmans quòd
ex verbo & humana natura non cõstet vna persona. Eutices
verò confinxit quòd verbum sic factum est caro, quòd natu-
ra diuina & humana resultet in Christo vna natura, sicut &
vna psona, quo dato, diuina natura esset mutabilis, & Chri-
stus nõ esset deus nec homo, sed aliquid habens nãturã mi-
xtam ex diuina atque humana natura. Sabellius dixit patrẽ
incarnatum. Manichæus, asseruit verbum carnem factũ, nõ
verè sed tantũ phantastice. Valentinus autẽ dixit, quod ver-
bum factum est caro, non assumendo corpus ex virgine, sed
F secum illud portãdo de cœlo, ita quòd corpus Christi fuerit
de natura cœlestiũ corporũ. ¶ Vniuersos errores istos stul-
tissimos dãnat ecclesia, asserens verbũ veraciter assumpsisse
totam naturã humanã, quatenus illa natura vinceret diabo-
lum in Christo, quæ victa fuit ab eo in homine proto plasto.
¶ Deniq; hoc Christus assumpsit, quod sanandum redimen-
Gene.3. dumque fuit. Quemadmodũ ergo caro & anima rationalis
infectæ erant peccato, ita vtræq; verbo vnitæ sunt: ita quod
vnio ista facta in persona directè & immediate, tanquam in
termino, non in natura hoc modo, nã vtraq; natura retinet
suas proprietates naturales, & sine cõfusione, pturbatione,
ac commixtione vnitæ sunt, vna manẽte persona. Cum autẽ
dicitur, Verbum caro factũ, passum ac mortuũ, nõ insinuat
aliqua mutatio facta in ipso verbo secundũ, se, sed in natura
assumpta, quæ tam propinque ac intime coniũcta est verbo
vt quod

vt quod est vnius, prædicetur de alio, videlicet humana de A
verbo, & diuina de homine: sed quid propter quid dicatur est
attendendum. ¶ Postremò opinor quòd spiritus sanctus nõ
sine præcipuis causis dixit per Euãgelistam, verbum caro fa
ctum est, potius quàm verbum factum est homo. Primò, vt Gala.4.
magnitudo diuinæ inclinationis seu exinanitionis ostẽderetur. Secundò, vt futurũ Manichæorũ errorẽ destrueret, incar-
nationisq; veritatẽ apertissimè demonstraret. Itaque deus fa Iohan.2.
ctus est homo, vt nos deificemur, illius ad ima descensio, no- Ephesi.3.
stra est ad summa promotio, Et *habitauit in nobis*, id est, in na
tura nostra quam induit, quæ fuit velut tẽplum ac tabernacu
lũ verbi assumentis atq; diuinitatis intus latentis, vnde & di-
xit Iudæis, Soluite templũ hoc, quod dixit de tẽplo corporis
sui, prout Euãgelista exposuit. In cæteris sanctis habitat ver-
bum per fidem & gratiã, in Christo homine habitauit per hy
postaticã vnionem, & beatificã visionem, atque inseparabilẽ B
copulam. Vel sic, habitauit in nobis, id est, inter nos cõmora-
ri ac conuersari dignatus est, prout dictum fuit per Baruch,
Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Baruc.3.
Hinc quoq; per Zacha. prædixit, Gaude & lætare filia Sion, Zacha.2.
quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Et per Esaiã, Esa.52.
Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa, quia
ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Et *vidimus gloriã eius*. Glo
ria in scripturis diuersis modis accipitur, interdum pro maie-
state, interdum pro clara cũ laude notitia, interdum pro bea-
titudine seu lætitia, interdum pro quacunque excellentia seu
opere magno. Apostoli ergo viderunt oculo corporali glo- C
riam verbi incarnati, id est, magnificentiam miraculorũ ip- Mat.17.
sius, & claritatem quam habuit in transfiguratione viderunt
Petrus, Iohannes, & Iacobus, claritatem verò & excellentiã Acto.1.
eius post resurrectionem viderunt omnes Apostoli.
¶ Porrò maiestatem diuinitatis in carne latentis & beatitu-
dinem animæ Christi deo semper fruentis, viderunt apostoli Matth.7.
oculo intellectuali seu visu interiori per fidẽ, præsertim post Marc.1.
resurrectionem, & spiritus sancti missionẽ, excellentiã quo-
que eius in prædicando & operãdo viderunt, quomodo erat
docens sicut potestatẽ habens, & nouam ac propriam legem
tradens, dæmones imperiali verbo eiiciens, atque ad nutum Lucæ.11.
propria virtute miracula faciens, cordium arcana aperiens, Lucæ.24.
cuncta futura prænoscens, post resurrectionem clausis ianuis Ioan.20.

D intrans, spiritum sanctũ insufflans, in conspectu discipulorũ
Acto.1. ascendens. Et quoniã omnia ista fuerunt supra hominem, &
vltra omnem potestatẽ creatam, solique deo possibilia, ideo
subditur, *Gloriam quasi vnigeniti à patre*, id est, talem eius glo
riam vidimus, qualem decet videri & esse in vnico naturaliq;
filio patris æterni. Et ita quod ait, quasi, non denotat simili-
Matt. 13. tudinem, sed veritatem. Vnde Euangelista omnem excellen-
tiam Christi breuiter innuens, dicit, Vidimus, gloriã ei⁹ quasi
vnigeniti à patre, ac si de aliquo regẽ cũ maximo apparatu
intrante diceremus, ipse intrauit quasi rex, id est, tam clarè
Lucæ.10. atque potenter vt spectat ad regem. Propter hanc visionem
Esa.12. Christus dixit Apostolis. Beati oculi qui vident quæ vos vi-
detis. Hinc per Esaiam fuerat prophetatum, Simul laudabũt,
quia oculo ad oculum viderunt. Et iterum dixit Esaias, erunt
oculi tui videntes præceptorẽ tuum, & aures tuæ audient vo
Psal. 67. cem post tergum monentis. Et Psal. Viderunt ingressus tuos
E deus, ingressus dei mei, regis mei, qui est in sancto. ¶ Postre-
mo omnia etiã humana & infima quę in Christo fuerunt, glo
ria & honore ornantur, imò supernaturalibus magnificẽtiis
Galat.4. decorantur, diuinisq; plena fuerunt pręconiis. Nã conceptus
Canti.4. & natus est ex muliere, sed mulier ista ante partũ, in partu,
& post partum virgo permãsit, omníque macula caruit, tota
pulchra, ineffabilitérque sanctissima: & hoc vtique gloriosis-
simum fuit. Denique hanc conceptionem, ac natiuitatẽ præ-
dixerunt prophetæ ac patriarchæ, quã nuntiaruerunt & an-
geli, turpissima quoq; & acerbissima morte occisus est, sed
F tẽpore passionis sola voce omnes aduersarios suos deiecit
in terrã: & cum in cruce penderet supernaturaliter obscura-
Apoc.5. tus est sol, mota est terra, & cũ resurgente multi sancti dudũ
Iohan.18. mortui surrexerunt. Vidimus etiã eũ, *Plenũ gratia & veritate.*
Matt.27. ¶ De plenitudine gratię Christi multa possem inducere, sed
Marci.15. breuiter perstringendo sciendum, quòd secundum doctores
fuit & est in Christo triplex gratia, vtpote gratia vnionis,
gratia habitualis, & gratia capitis. Alij diuidunt sic, quod in
Christo fuit gratia vnionis, gratia singularis personæ, & gra
tia capitis: sed redit in idem, quoniã gratia singularis perso-
næ fuit habitualis, sicut & gratia capitis: ideo illi per gratiã
habitualem intelligunt gratiam illius personæ singularis ho
minis Christi, gratia autem vnionis in Christo non est quid
creatum, sed ipsemet deus, gratiose, gratis & pie vniens natu
ram

ram humanã diuinæ, vel esse personale verbi humanitati vni- A
tum. De hac gratia intelligendum est verbum Augustini, di- Augusti.
centis, ꝙ sola gratia factum est, vt homo sit deus, & quòd hu
mana natura vnita est verbo. Cũ enim vnio verbi ac hominis
sit summa & propinquissima, scilicet personalis, certum est
quòd non ſit facta per aliquam gratiam creatam ac habitua-
tualem intermediam. Gratia verò habitualis in Christo, est
donum supernaturale, personalem consequens vnionẽ, ope-
rationes Christi perficiens: quæ gratia tanta fuit in Christo
ꝙ maior gratia cõmunicari non potest creaturæ. Tota nem
pe capacitas intellectualis creaturæ vel rationalis, quantum
ad gratiæ receptionem, fuit in anima Christi repleta, erátq;
gratia ista summe perfecta atque plenissima ratione imme- B
diatæ ac hypostaticæ vnionis hominis Christi cum verbo.
Quanto enim intellectualis creatura fonti gratiarum deo
sublimi vicinius copulatur, tanto gratia ampliori perfun-
ditur. Quemadmodum ergo humanitas Christi incompara-
biliter præ cæteris omnibus vicinius vnita est verbo, sic gra
tia eius omnium electorum gratiã incõparabiliter penè, non
tamẽ simpliciter infinite excedit. ¶ Insuper quoniã Christus 1.Timo.2.
est saluator, mediator & caput totius ecclesiæ militantis ac
triumphãtis, ideo habet omnibus de sua plenitudine cõmu-
nicare spiritualem sensum, atque viuificum motum influere:
sicut & caput influit membris sensum ac motum. Idcirco po
nitur in Christo gratia capitis, hoc est, exuberãs habitus gra
tiæ, ex cuius redundãtia alij gratiã sortiuntur, gratia tamen
immediate à deo creatur: sed gratia Christi asseritur causa
gratiæ aliorum per modum causæ instrumentalis, exempla-
ris seu meritoriæ. Vnũquodq; autẽ operatur per id quod est C
in actu. Quoniam ergo Christus per gratiã habitualem seu
personalem, est in actu gratiæ perfectissimo, ideo per ean-
dem gratiam influit aliis. Vnde gratia habitualis & gratia ca
pitis non distinguntur in Christo realiter, sed gratia capitis
superaddit gratia habituali rationem superabundantiæ. Pa-
tet ergo, ꝙ gratia vnionis in Christo sit simpliciter infinita,
cum sit ipsemet deus, qui est gratia effectiue gratificans, si-
cut appellatur natura naturans. Alia gratia, cum sit quid crea
tum, nõ est simpliciter infinita in Christo. ¶ Quæritur, quid
magum est Christo, quod dicitur plenus gratia cum de Io-
hanne Baptista prædixerit angelus, Spiritu sancto replebi- ucæ.1.
tur ex

D tur ex vtero matris, Stephanus quoque plenus gratia & for-
Acto.6. titudine fuisse describitur. Et de Apostolis legitur, quòd re-
Acto.2. pleti sunt omnes spiritu sancto. Dicendum, ꝙ gratia dicitur
plena dupliciter. Primò, ex parte gratiæ, cum tanta est inten
siue ac virtualiter, ꝙ maior esse non valet: sicq; plenitudo
gratiæ est propria Christo. Secundò, ex parte subiecti, vt cũ
quis habeat gratiam tantã, quòd operationes ad quas diui-
nitus ordinatur, facile exequi potest, & ita sancti dicunẽ fuis-
se gratia pleni secundum exigẽtiam sui status ac proprie cõ-
ditionis. Tanto enim gratia dicitur plenior, quanto redun-
E dare potest in plures. Plenum autem opponitur vacuo. Vnde
quẽadmodum aliqua nuncupãtur diuersimode vacua, sic mul-
tipliciter plena dicũtur. ¶ Præterea fuerũt in Christo gratiæ
gratis datæ, quæ ordinantur ad fidei manifestationẽ & alio-
rum vtilitatem: videlicet gratia prophetiæ & miraculorum,
donum linguarum, & cætera. Dona verò spiritus sancti fue-
runt in eo excellentissimo modo: virtutes quoque morales
& intellectuales, eo modo quo secundum Plotinum magnũ
Platonicum virtutes heroicæ insunt hominibus, purgati, de-
fecatique animi. Quædam tamen virtutes imperfectionem
includunt circa obiectum: vt fides & spes, vel circa subiectũ,
vt pœnitentia. Fides nanqua includit defectum & obscurita-
tem notitiæ, spes verò absentiã, & expectationẽ boni opta-
ti. Hæ ergo virtutes nõ fuerunt in Christo, cuius anima à sue
F creationis principio vidit deum per speciem, plenámque sor
tita est fœlicitatem. Et veritatis. Verbum incarnatum pleni
fuit veritate, id est, diuinitate secundum Augustinum & Be-
Colos. 2. dam, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis cor-
poraliter, secũdum Apost. Veritas quoq; increata appropria
Hest.13. tur filio ab intellectu patris profluenti. Fuit etiam plenum
veritate, id est, omni cognitione & sapiẽtia, quia in ipso sunt
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Fuit enim
& est in Christo sapiẽtia increata, quæ realiter idẽ est quod
verbum ac diuina essentia. Item sapientia beatorum seu pa-
triæ, quoniam anima eius vidit semper deum per speciem, co
gnouitq; omnia in verbo, quæ deus cognoscit notitia visio-
nis, videlicet vniuersa præterita, presentia & futura. Est quo-
que in Christo essentia indita seu infusa, qua per species sibi
concreatas agnoscit res in propriis naturis, ordinibus atque
Gene.2. generibus quemadmodum angeli secundum Augustinum co
gnoscunt

gnoscunt res cognitione vespertina, & Adam cognouit crea A
ta in paradiso ante ruinam. Præter istas scientias ponũt quidam in Christo scientiam acquisitam, ita ꝙ intellectus possibilis animæ Christi, abstraxit ab intellectu suo agẽte species rerum sensatarũ. Nulla enim naturalis perfectio defuit Christo: vnde ad eius perfectionem pertinuit, quòd easdẽ res diuersis modis atque scientiis nouit. De hac scientia dicunt Io
qui Apostolum ad Hebræos, didicit ex his quæ passus est Heb.5.
obedientiam. Insuper Christus plenus fuit veritate vitæ, veritate doctrinæ, & veritate iustitiæ. Huic autem verbo Iohãnis, consonat illud Lucæ, Puer Iesus crescebat plenus sapien Lucæ.2.
tia, & gratia dei erat in eo: imò tam plenus fuit gratia à principio suæ conceptionis in virgine, quod nũquam profecit in gratia habituali, sicut nec in sapientia, nisi ponamus in eo sapientiam acquisitam. Vnde quod Lucas dicit, profecisse gra- B
tia & sapientia apud deum & homines, intelligendũ est quã tum ad manifestationem, sicut post resurrectionem dicitur ei data omnis potestas in cælo & in terra, vel quantũ ad vsum.
¶ Postremo dicit Christus plenus veritate, quoniam im-
pleuit, & verificauit ea quæ scripta erant de ipso. Deinceps Mat. 28.
Euangelista confirmat quæ dixit de excellentia verbi incarnati, testimonio præcursoris. *Iohannes* Baptista *Testimonium perhibet de ipso*, quemadmodum dictum atque expositum est. Hic venit in testimonium, vt testimonium prehiberet de lumine, Et *clamat* magno affectu, sublimique voce, tanquam certus de veritate, nec metuens prædicare eminentiam filii dei. Dicit autem Euangelista de præcursore principaliter,
perhibet & clamat, nam quanuis verba ore Iohannis Bapti- C
stæ prolata diu transierint, tamen verba eius incessabiliter repetuntur, & ipse in Euang. indesinenter testimonium perhibet Christo & clamat. Quid ergo de Christo testetur, subiũgitur. *Hic* vnigenitus patris plenus gratia & veritate *Erat* ab æterno, quia in principio erat verbũ, & etiã nũc est, semperq; erit ille. *Quem dixi* esse regẽ Messiam, saluatorẽ mundi. Vel, quem dixi. i. futurum prænuntiaui, & de quo testificatus sum verba sequentia. *Qui post me venit.* id est, post meã prædicationem ac baprizationem. *Venturus est* in publicum, manifeste docẽdo, miracula faciendo, atque per suos discipulos baptizando. Non vtiq; loquitur Iohãnes de aduẽtu Christi in mundum, quoniam incarnatio, & natiuitas Christi hu-

D mana, iam diu fuerunt præteritæ: sed Christus qui vsq; ad tri
cesimum suæ ætatis annum latuit, post prædicationem Io-
hannis venit in publicum, *Ante me factus est*, id est, mihi præ-
positus, & prælatus seu dignior factus, etiam secundum natu
ram assumptam, cuius dignitas & gratia omnium creaturarũ
simul sumptarum, dignitatem, gratiamque excellit per hypo
staticam eius vnionẽ cũ verbo, vnde ratio prælationis, sub-
iungitur, *Quia prior me erat* secundum diuinitatem, in qua
coæternus est patri. Quoniã ergo persona verbi æterna est,
idcirco ipsa secundum naturam assumptam omni creaturæ
Psal.8. præficitur. Nec obstat illud psalmi. quod Apostolus ad He-
Hebr. 2. bræos allegat de Christo, Minuisti eum paulominus ab an-
gelis Quanuis enim Christus quantum ad corporis passibili
E tatem, & assumptæ humanitatis naturalem seu specificam di
gnitatem, minor angelis fuit, absolutè tamen loquendo, ma-
ior extitit illis secundum suam humanitatem, imò secundum
corpus & animam vt verbo vnita, omniumque gratiarũ cha-
rismatibus adimpleta. ¶ Ex hoc verbo vitali quo ait Iohan-
nes de Christo, ante me factus est: sumpsit Arrius occasionẽ
letalis erroris, asserens verbum secundum naturam verbi fa
ctum, cum certum sit, quòd Iohannes præcessit ipsum verbũ
secundum quod incarnatum: vnde verbum nõ potest dici fa-
ctum ante Iohannem, nisi secundum propriam naturam. Sed
argumentum istud facillime soluitur, quia laborat in æqui-
uocis, nõ enim iam sumitur factum esse pro productione rei
Gen.48. quantum ad esse de nõ esse, sed sicut expositum est: iuxta quẽ
F sensum Manasses primogenitus filius Ioseph patriarchæ di-
cere potuit de fratre suo Ephram. Qui post me venit, seu na
tus est, ante me factus est, quia sublimius benedictus, atque
Gen. 43. prepositus mihi à patriarcha Iacob, vt patet in Genesi. Iuxta
Baruc. hunc modum Baruch ait, Facti sumus subtus, & non supra.
Potest nihilominus exponi de Christo secundum assumptam
humanitatem, & factione proprie dicta, eritque sensus: ante
me, id est, ante generationem seu natiuitatem meam, ex vte-
ro factus est, id est, quantum ad corpus sui perfectam organi
zationem, quo ad lineamentorum distinctionem, quanuis nõ
quoad debitam quantitatem, & item ante me factus est, quo
ad animæ suæ perfectionem in omni sapientia, dono, virtu-
te & gratia spiritus sancti. Christus enim in primo suæ con-
ceptionis instanti, habuit corpus, & animam, prædictis mo-
dis

dis perfecta, & tunc Iohannes nondũ factus fuit his modis. A
¶ Porrò quæ sequuntur. *Et de plenitudine eius nos omnes acce-*
pimus, dicit Origenes esse verba Iohannis Bap. & hoc vide- Origen.
tur primo ex ordine vel serie textus, secundo ex parte cõiun
ctionis copulatiuæ, & connectentis sequentia præcedẽtibus,
tertio, quia post verba sequentia immediate subiungitur. *Et*
hoc est testimoniũ Iohannis, quãdo miserunt Iudæi ab Hierosoly-
mis sacerdotes ad eum. Secundum Hiero. verò, Augustinum & Hierony.
Bedam sunt verba Iohannis Euangelistæ redeuntis, & exe- Augstu.
quentis post introductionem testimonii Iohannis Baptistæ Beda.
quod supra dixit, & verbum caro factum est, & vidimus glo-
riam eius. Itaque secundum istos Euangelista prosequitur,
quid de Christi humanitate sentit, & quomodo apostoli vi-
derunt gloriam eius, cum dicitur, Et de plenitudine eius, id B
est, de plena & superabũdanti gratia Christi, nos omnes ac-
cipimus aliquam portionem seu particularem: quemadmo-
dum ait Apostolus, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem 1.Co.12.
spiritus. Itemque, Alii datur sermo sapientiæ, alii sermo Ephes. 4.
scientiæ, alii gratia sanitatum, &c. Et iterum, Vnicuique (in-
quit) nostrum data est gratia, secundum mensuram dona-
tionis Christi. Accepimus ergo de plenitudine eius gratiam
subsequentẽ, & bene agẽdo adeptã ac meritã pro gratia pri-
mo infusa purè gratis collata. Nemo enim primã gratiã gra-
tificãtem valet mereri, cum sine gratia nihil sit meritorium,
& tanta est dignitas gratiæ, quòd ex puris naturalibus me-
reri non potest, sed ea gratis accepta, potest homo per eam
adipisci gratiam ampliorem, imò de condigno mereri gra- G
tiæ incrementum. Quoniam ergo gratia sequens seu maior
vel aucta datur, pro actu meritorio procedente à gratia pri-
ma, ob id dicimur accipere gratiam pro gratia, Vel, accepi-
mus de plenitudine eius, id est, de sapientia, pietate & gratia
Christi, *Gratiam* noui testamenti, id est, euangelicam le-
gem & gratiam, *Pro gratia* testamenti, id est, loco Mosai-
cæ legis. Vtraque autem lex, gratia appellatur, quoniam gra
tis & misericorderiter data. Vel sic, accepimus gratiam mem-
brorum, videlicet gratiam nobis concessam, pro gratia ca-
pitis, id est, merito & efficacia gratiæ Christi, qui quolibet
vitæ suæ actu, quem habuit vt viator, ex gratia profluente
meruit nobis gratiã in præsenti, & gloriam in futuro. Sibi-
ipsi enim non meruit gratiam gratum facientem, nec beati-
ficam

D ficam visionem, sed membris suis, quæ participant gratiam
capitis per fidem, & sacramenta ecclesiæ. Secundum magi-
strum verò sententiarum, quoniam nostra merita & præmia
sunt dei dona, eo quòd ex gratia sola liberalitate dei infusa
dependant, ideo potest sic accipi, accepimus gratiam, id est,
meritum vel præmium pro gratia, quæ est causa meriti vel
mercedis. Quum ergo deus remunerat nostra merita, remu-
nerat sua dona, donatque gratiam super gratiam, iuxta illud,
Habenti dabitur, & abundabit. Augustinus quoque, & Beda
exponũt, sic accepimus iam in spe gratiam pro gratia, id est,
Psal. 51. vitam æternam pro fide. ¶ Quæritur, cum gratia Christi sit
Mat. 25. accidens quod non migrat de subiecto in subiectum, & cum
solus deus sit gratiæ dator, quomodo dicimur de plenitudi-
E ne gratiæ Christi accepisse? Rursus, quomodo gratia gratis
confertur, si datur merito Christi? Et respondendum ad pri-
mum, quòd non dicimur accepisse de plenitudine Christi,
quasi particulam gratiæ eius acceperimus, ita quòd gratia
Christi sit diuisibilis, & eadem numero sit prima in Christo,
deinde in nobis, sed quia plenitudo gratiæ Christi est cau-
sa instrumentalis, dispositiua ac meritoria, per quam singu-
lis electis hominibus, datur gratia secundum aliquem gra-
dum, sola verò diuinitas est causa efficiens gratiæ. De ple-
nitudine autem gratiæ Christi homines, præsertim Apostolo-
F li acceperunt, accipiendo gratiam non duntaxat pro habi-
Luc. 24. tu gratiæ gratum facientis, quæ ponitur in essentia animæ,
Acto. 2. sed pro quocunque dono supernaturali vel supernaturaliter
dato, quanuis sit naturale in se. Nam de plenitudine sapien-
tiæ Christi accepimus euangelicam legem: de plenitudine
verò sanctissimæ conuersationis suæ, accepimus boni ex-
empli exhibitionem, de plenitudine suæ gratiæ interio-
ris, essentiam animæ perficientis, accepimus gratiam pro
gratia, id est, gratiam habitualem deiforme esse præstan-
1. Petr. 4. tem pro gratia, secundum modos præhabitos. Maxime au-
tem de plenitudine Christi receperunt Apostoli, aliiq; cum
eis in conclaui collecti, quando in die sancto pentecostes re
ceperunt spiritum sanctum in signo visibili, repletique sunt
omnes, non solum gratia gratificante, sed & gratiis etiam
gratis datis. Nec mirum si de plenitudine Christi dicimur
accepisse, cum Petrus vniuersos fideles hortetur, dicendo,
Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ad-
mini-

ministrãtes, sicut boni dispensatores multiformis gratię dei. A
Ad secundum dicendum, quòd gratia fertur dari sine præ-
uiis meritis, quoniam datur sine præuiis meritis recipientis
non sine meritis saluatoris, vel datur sine meritis quantum
ad primam radicem, quia & Christo collata est absq; meri-
tis eius. Sola enim bonitate dei datum est humanæ naturæ
Christi, esse vnitum verbo & gratia adimpleri. Et quoniam
deus decreuit hominibus gratiam dare ex sua largitate per
meritum Christi, siue futurum, siue præsens, siue præteri-
tum: consequenter subditur causa, signum vel declaratio,
quod de plenitudine Christi accepimus. *Quia lex* veteris Exod. 23.
testamenti in qua erant præcepta moralia, iudicialia, ac cæ- Act. 7.
remonialia, *Per Moysen data est* tanquam per seruum po-
pulo Israel: data est quoque per angelos, quemadmodum in B
Actis loquitur Stephanus ad Iudæos incredulos, Accepistis
legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Vnde
ad Galatas dicit Apostolus, Lex propter transgressores po- Gal. 3.
sita est, ordinata per angelos in manu mediatoris. Ex quibus
elicitur, quòd data sit lex ministerio angelorum multorum,
quanuis communiter nõ fiat mentio nisi de angelo vno qui
frequentius apparuit Moysi. Lex ergo data est à deo princi- Exod. 20.
paliter, per angelum ministerialiter Moysi, & per Moysen
tanquam per ministrum secundarium data est populo Israel.
Gratia id est, liberatio à peccatis, iustificatio generis huma-
ni, supernaturale donum spiritus sancti perficiens animam
eamque deo acceptam, & ad promerẽdum idoneam faciens
Et veritas, id est, doctrina Euangelicæ legis, vel impletio C
legis ac prophetarum. *Per Iesum Christum facta est* Christus
nanque vt deus, causa est principalis atque efficiens gratiæ
huius: sed vt homo talis, est causa instrumẽtalis ac meritoria
eius, ipse quoque per assumptam humanitatem impleuit, &
verificauit, quæ de ipso prænunciabantur, in lege & prophe-
tis per figuras seu verba prophetica. Ipse etiam exposuit no
bis scripturas veteris legis per seipsum, quando aperuit disci
pulis sensum vt intelligerent scripturas, & quando misit eis
spiritum sanctum, prout apud Iohannem promisit, Cum ve- Luc. 24.
nerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Acto. 2.
¶ Præterea Moyses dedit legem, multa iubendo: sed nõ de- Iohan. 16.
dit gratiam, qua implerentur quę iussit. Lex quoque Mosaica
habuit vmbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem
rerum,

D rerum, vt dicit Apostolus, Christus verò præstitit gratiã ad-
Heb.10. implendi, quæ iussit, & pro vmbra legalium figurarum pro-
posuit lucem veritatis, atque imaginem rerum, id est euiden
tem similitudinem bonorum cælestium. Propter quod secun
dum Dionysium lex euangelica media est inter legem Mo-
saicam & statum beatorum in patria. Hinc tempus Christi,
nouæque legis vocatur tempus gratiæ, quoniam lex noua
dat gratiam, inquantum includit sacramẽta ecclesiæ, quæ fa-
ciunt quod designãt, & propter copiosissimam gratiam quã
Christus nobis promeruit, & item propter ineffabilẽ magni
tudinem beneficiorum dei, & pronitatem eius ad dandã gra
tiam tempore euãgelicæ legis. Vnde philosophis dicitur in-
Tit.3. notuisse diuina maiestas, Iudæis iustitia, Christianis verò mi
Tit.2. sericordia innotescit, prout ad Titum protestatur apostolus,
E Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Et
Zach. 12. alibi, Apparuit gratia saluatoris. Hoc per Zachariam legi-
tur prophetatum, cum dicitur, Et erit qui offenderit ex eis in
die illa sicut domus Dauid, & domus Dauid, quasi dei sicut
I.Iohã. 4. angelus domini, ¶ Deinde ostendit Iohãnes certitudinẽ ho
rum quæ hic recitantur, *Deum nemo vidit vnquam.* Verba
Euangelistæ Iohãnis, sicut in stylo simplicissima sunt, sic in
sensu vere profundissima extant. Sic nẽpe decuit scribi Euan
gelium humillimi atque altissimi Iesu Christi, vt esset in
stylo simplicitas summa, & in sensu profunditas maxima,
quatenus sermonis inculta simplicitas corresponderet, tam
F humilitari humanitatiq; Christi, de quo conscriptum est e-
uangelium, quàm humilitati Euangelistarum scribentium,
qui omnem curiositatem, stylique pompam vitarunt: profun
ditas verò sententiæ corresponderet tã maiestati ac diuinita-
ti Christi, quàm altæ illuminationi Euangelistarum. Ait er-
go nunc Euangelista aquilinus ac deificatus, Deum nemo vi
dit vnquam. Quid quantum ad verba simplicius? quid in sen-
su profundius? Quomodocunque enim exponatur habet in-
stantiam, & requirit idoneam respõsionem. ¶ Potest autem
exponi quatuor modis, secundum quòd quadriformis est vi-
sio, & etiam visio dei. Est enim corporalis visio dei, non ta-
Iob.18. men secundum diuinitatem, de qua ait Sanctus Iob, In carne
mea videbo deum saluatorem meum, quem visurus sum ego
ipse, & oculi mei conspecturi sunt. Ex qua authoritate osten
dit Thomas in summa cõtra Gentiles, quod beatus Iob no-
uerat

uerat deum incarnandum. Alia est visio dei imaginaria, de A
qua communiter eloquuntur prophetæ, vt Esaias, cum dicit Esa.6.
Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatũ.
Daniel quoque, Aspiciebam donec throni positi sunt, & an-
tiquus dierũ sedit. Tertia est visio dei per speciem, qua deum Dan.7.
vident sancti in patria. Quarta est visio perfectę comprehen
sionis, qua res cognoscitur totaliter tamq; perfectè, sicut ex
sua natura cognoscibilis est, qua solus deus videt seipsum. Si
ergo hæc verba exponãtur de visione corporali, occurit ob-
iectio de Iacob, qui de visione tempore vigiliæ habita, ait in
Genesi, Vidi dominum facie ad faciem. Sed hoc facile soluit- Gene.33.
tur, vt dicamus cum Augustino q̃ non vidit deum in propria
persona, sed per creaturam subiectam, hoc est, per angelum
dei præconem. Quomodo Manue pater Sampsonis viso an- B
gelo loquutus est coniugi suæ, Morte moriemur, quia vidi- Iudic.13.
mus dominum. Sed tunc occurrit obiectio de his qui Chri-
stum in carne viderunt: qui vtique diuinam personam verũq;
deum corporali visu intuiti sunt, sicut Iohannes ait, Quod
perspeximus oculis nostris, & manus nostræ tractauerũt de
verbo vitæ. Sed hoc rursus de facili soluitur, quoniã non vi
derunt deum secundum diuinitatis essentiã, sed quò ad na-
turam assumptam, diuinitatem verò non viderunt, nisi per fi 1.Iohã.1.
dem. ¶ Porrò, si verba hęc exponantur de visione imagina-
ria, certũ est, quòd prophetæ frequenter asserant se hoc mo
do deum vidisse. Si autem exponatur de visione comprehen
sionis, habet instantiam de sanctis in patria, qui deum com-
prehendere perhibentur, vnde & comprehensores dicũtur.
Si verò exponatur de cõprehensione omnino perfecta, oc- C
currit instantia de Christo, qui cum homo esset, comprehen
dit deum perfectè, quemadmodum ait Iohannes. Nemo no-
uit patrem, nisi filius. Verùm breuiter respondendo dicendũ
quòd verbum Euangelistæ his quatuor modis intelligi po-
test, Primò, sic, Deum, trinitatẽ, vel quancunque diuinam
personam, nemo vidit, videt, videbit, videréve potest vnquã
visu corporali, quantũ ad diuinitatis naturam, cum deus se-
cundum propriam essentiam sit in corporalis, incircumscri-
ptus, simplicismus atque purissimus actus. Vnde dicit Apo- 1.Tim.1.
stolus, Quem nemo hominum vidit, sed nec videre potest.
Secũdò sic, Deum in sua essentia, nemo vidit vnquã, visione
imaginaria. Quanuis enim in tali visione dicatur deus vi-
deri,

D deri, hoc tamen nõ est, nisi inquantum in sensu interiori formantur corporales similitudines ad repræsentandum deum. Tertio sic, Deum in sua essentia, seu per speciem, nemo, hoc est, nullus homo purus viator, viuens vita humana ac sensitiua vidit vnquam. Sic enim deus videri nõ potest, nisi per speciem increatã, cum omnis species, forma ac similitudo creata, in infinitum deficiat, à clara repræsentatione diuinæ essentiæ, sicut & omnis creatura in infinitum deficit, a plena repræsentatione perfectionis diuinæ. ¶ Denique cũ secundum philosophum intellectus noster se habeat ad cognitionem intelligentiarum, quemadmodum oculus noctuæ ad intuitum lucis solaris, patet quòd incomparabiliter impotentior sit ad claram ac immediatam diuinæ essentiæ visionem loquendo de statu eius in præsenti, & naturali virtute. Hoc cognouerũt atque professi sunt omnes subtiliores philosophi. Vnde Alphorabius, Auicenna. Theophrastus, alii quoq; innumerabiles dixerunt, quòd de deo melius cognoscimus quid non sit, quàm quid sit: & quod de eo solum cognoscimus, quia est, non quid est. Hoc princeps theologorum beatissimus Dionysius plenius docet, affirmans, quòd perfectissima cognitio quã habemus de deo in vita præsenti, est per puram ac meram abnegationem omniũ rerum à deo, ita vt vniamur ei tanquã prorsus ignoto, vnde tertio capitulo mysticæ theologiæ Hoc est (inquit) deum verè cognoscere supersubstantialem supersubstantialiter per omnium entium ablationem laudare, Et in Epistola ad Dorothæum, Inuisibilis est deus, propter excedentem suæ lucis claritatẽ. Lux autem diuina, immensa & increata, secundum quod inaccessibilis seu incomprehensibilis, hoc modo vocatur à Dionysio diuina caligo, de qua in Epistola sua ad Cauim monachũ cõtestatur, Diuinę tenebræ cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni visioni propter incircumscriptibilem propriæ claritatis splẽdorem. Omnia hæc in elemẽtatione theologica Procli, & in libro de causis, subtilissime inueniuntur probata. Hinc quoq; dominus ait ad Moysen, Nõ poteris videre faciem meam: Non enim videbit me homo, & viuet, Veruntamen quoniam in libro Numeri de Moyse legitur, Palam & non per ænigmata & figuras videt deum: & quoniam Paulus de seipso fatetur, quòd raptus est vsque ad tertium cœlum, audiuitque arcana verba, quæ non licet homi-

E

Diony.

F

1. Tim. 6.

Exod. 33.
Num. 12.
2. Cor. 12.

ni loqui. Propterea Augustinus in libro de videndo deũ, & Thomas dicunt, quòd Moyses Iudæorum magister, & Paulus gentium doctor, viderunt deum in hac vita per speciem: sed hoc non est contra prædicta, quia pro tunc, nõ vixerunt vita humana, nec quicquã senserũt. Quod ergo legit Moysi negatum in Exodo, postea cõcessum est ei, vt legitur in libro Numerorum. Quartò sic, Deũ nemo, hoc est, nulla creatura vidit visione perfectæ comprehensionis vnquam. Sic enim nec anima Christi videt deũ: qui sicut est infinitè actualitatis, sic est infinitæ cognoscibilitatis, propter quod perfectè atque totaliter cognosci & comprehendi non valet, nisi ab intellectu infinitæ virtutis. Hanc vltimam expositionem multi putant amplius ad propositum pertinere. Sicque Damascenus in principio sui libri disseruit, quod non solũ nullus hominum, sed nec aliquis supermundanorum animorũ deum vidit vnquam. ¶ Sed aduertendum, quòd res dicitur à cognoscente comprehendi dupliciter Primò, quoniam eius essẽtia cernitur, & sic ipsa immediate attingitur. Hoc modo sancti in patria comprehendunt deum, & comprehensores dicuntur, quoniam vident, hoc est, intelligunt & agnoscunt deum, sicut est secundum Iohãnem, seu faciem ad faciem iuxta Paulum. Secundò res dicitur comprehendi, quia in tantum cognoscitur, sicut ex sua natura cognoscibilis est, ita q̃ nil eius latet, sed quasi infra certos terminos continetur in animo cognoscentis. Hoc modo infinitum à finito comprendi non potest: sicque Apostolus loquitur, Quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritu eius. Præter modos cõmemoratos, videmus deum tripliciter, per fidem, per naturalem rationẽ, per anagogicam illustrationem. ¶ Consequenter pandit Euangelista, Quis nos instruxit de inuisibilibus dei, *Vnigenitus filius* patri consubstantialis, consempiternus & coæqualis, *Qui est* inuariabiliter ab æterno, *In sinu patris*, id est, patri intime atque affectuosissime inseparabiliterque cõiunctus, *Ipse enarrauit*, i. Euangelio docuit, quid de diuinitatis vnitate, & personarum trinitate, quid de creatoris prouidentia, omnipotentia, cæterisque secretis diuinis, & ad salutem pertinẽtibus, sentire debemus? Hinc infra loquitur, Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Et vt ait Iohannes, Scimus, quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deũ verum, Hoc vtique

A

Exod. 33.
Num. 12.

Damasc.
B

C

1. Iohã. 3.

1. Cor. 13.

Iohan. 17.
1. Iohã. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

D vtique inseparabiliter ac ineffabiliter roborat fidē nostram quòd à filio dei vnigenito vero deo sumus edocti. Itaque ꝓ ait, filium esse in sinu patris, non est materialiter intelligendum, sed per signum intelligitur cor paternum, in quo verbum æternaliter manet. Loquitur tamen Euangelista more humano quatenus per existentiam filij in sinu patris, insinuet super dulcem affectum, amorosissimamq; vniomē patris ac filij, sicut apud nos parentes ponunt filios in sinu ex magno affectu. Quoniam ergo fides & lex Christiana ab vnigenito filio dei pronūciata, ac data est nobis, idcirco gra uius est non credere & obedire Euangelio, quàm olim fuit non credere ac parere Pentateuco & scripturis veteris testa menti, ad quod insinuandum dicit Apostolus ad Hebreos, Si illi (Puta Iudæi) non effugerūt recusantes eum, qui super terrā loquebatur, puta Moysen, multomagis nos qui de cœlis loquentem nobis aduertimus scilicet filium dei, non effugiemus. De hac sua enarratione Christus ait apud Esaiam, Ad anunciandum mansuetis misit me. ¶ Deinde Euangelista prosequitur plenius testificationem Iohannis de Christo: ostendens locum & tempus, vbi & quando perhibuit testimonium Christo. Et *hoc est testimonium Iohannis*, id est, verba Iohannis Baptistæ iam introducta sunt, quæ testificādo dixit de Christo. Aliqui referunt hoc ad verba sequentia in quibus præcursor testatur veritatem de Christo, *Quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis* vrbe sacerdotali ac regia atq; metropoli in Iudæa, in qua studium prophetarum ac legis vigebat, sacrificia quoque fiebāt, & principes Iudeorum demorabantur. *Sacerdotes & leuitas*, videlicet nuntios solennes & eruditos, qui magis videbantur zelare pro lege ac diuino hore, *Ad eum, vt interrogarent eū Tu quis es?* id est, quæ vel qualis persona, cuius authoritatis aut dignitatis? Vnde moti fuerūt Iudæi ad hanc legationem & interrogationem Iohannis? Nisi enim putassent eum esse aliquem magnum, non misissent ad eū tales legatos nec tam magna petissent ab ipso. Et respondendum, quòd Iudæi baptizante Iohanne, magnam æstimationem habebant quòd Messias venisset in mundum ex causis diuersis, videlicet propter testimonium pastorū, Annæ prophetissæ & iusti Symeonis, triū quoque magorum & propter occisionem infantum, quorū testimoniorum memoria adhuc in Iudeis permansit. Item quia

Hebr.13.
E
Esa.6.
F
Iohan.4.
Lucæ.2.
Matt.2.

quia viderunt sibi regnū ablatum, & alienigenæ traditum, quod Iacob dedit eis pro signo aduentus Christi, & quia viderūt hebdomadas illas impletas, de quibus cecinit Daniel quòd intra illas Christus veniret. Istud de hebdomadibus dicit quidam, quod non videtur certum, vel multum probabile, quia apud Matthæum Christus improperat pharisæis, ꝓ ex vaticinio Danielis prædicto, nō aduerterunt tempus aduentus Messiæ instare Faciem (inquit) cœli iudicare nostis, signa autem temporum nō potestis. Et in Luca planius ait, Hypochritæ, faciem cœlis & terræ nostis probare, hoc autē tempus quomodo non probatis? Quoniam itaque æstimabant tempus Messiæ, adesse, opinati sunt Iohannē esse Christum propter miraculosam eius natiuitatem, quæ super omnia montana Iudææ diuulgabatur. Itē propter vitæ suæ abstractionē, rigorem, ac sanctitatem, genealogię nobilitatem. Cum enim fuerit natus de tribu sacerdotali, probabile est, quòd etiam fuit de tribu regali vel Iudæ, quoniā hæ duæ tribus pene semper contraxerunt ad inuicem. Querēdo autem, Tu qui es, non intendebant scisitari vel certificari de nomine & origine. Hęc enim sciebāt, sed de dignitate & gratia. Et *confessus est* Iohannes veritatem, tanquam veritatis præco, amicus & paranymphus, Et *non negauit* eam. Os enim quod mentitur occidit animam. Et psalmista ait deo, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quanuis nanque sepe sit licitum veritatem silere, propter audientium improbitatem, vel propriam pacem, seu aliam piam seu rationabilem causam, iuxta illud Psalmistæ, Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus & silui à bonis: nunquam tamen licet veritatem negare, quanuis possit aliquando pia cautela abscondi. Et *confessus est, quia* id est, ꝓ *Non sum ego Christus* non iudex, non sponsus, non saluator, non vnigenitus filius dei, sed Christi minister, Iudicis præco, spōsi paranymphus, saluatoris præcursor, filij dei minister. Sacerdotes ergo primo quæsierūt explicite vel saltem implicitæ, à Iohanne, an esset Christus, idcirco Iohannes respondit vel ad verba, vel ad mētem eorum. Et *interrogauerunt eum, Quid ergo es?* & quid restat *Helias es tu?* Putabant autem Iudæi Iohannē esse aliquem valde magnū. Cum ergo audissent, quod non esset Christus, scisitati sunt an esset Helias, qui fuit vnus de maximis sanctis veteris testamen-

A
Matt.26.
Dan.9.
Lucæ.12.
Lucæ.1.
B
Marci.1.
Sapien.1.
Psal.5.
Psal.38.
C
d

D stamenti. ¶ Multa verò induxerunt sacerdotes, atq; Iudæos
ad oppinandũ ꝙ Iohãnes esset Helias scilicet solitaria vita,
Mat.14. duritia vestiũ, zelus iustitiæ contra Herodem, Omnia enim
Matt.6. hæc in Helia fuerunt. Itẽ quoniam aduentus Heliæ fuit Iu-
Malà.4. dæis promissus per Malachiam, propter quod discipuli dixe
Matt.17. runt Christo apud Matthæum, Quomodo dicunt pharisæi,
ꝙ Heliã oportet prius venire? Sed quoniã isti Iudæi sciebãt
Iohannem esse Zachariæ filiũ atque Elizabeth, circa trigin-
ta annos habentẽ, intra quos ex infante creuit in virũ: mirũ
est, quomodo interrogauerũt, an Iohãnes esset Helias, qui
per tot centenos annos, translatus fuit in paradisũ, & redi-
turus est in forma ac statu virili. Et respondendum, ꝙ mul-
ti Iudæorum, tunc sicut & nũc, posuerunt animas transcor-
porari, sicq; æstimare poterant, quòd Iohannes esset Helias
E in alio corpore, sicut & multi eorum dixerunt, quòd Helias
esset Phinees propter zelum vtriusque contra iniquos. Vel
4.Reg. 2. sic, sicut quidã dixerunt Iesum esse Heliã, aliiq; Hieremiam
aut vnũ ex prophetis, sic isti æstimabant de Iohanne. *Et di-*
Num.25. *xit Non sum.* Helias in persona, quia non idem homo. Io-
hannes tamen dici potest Helias propter similitudinẽ ope-
rationis, parilitatem officij, conformitatem conuersationis,
Mat.14. sanctitatis & gratiæ cũ Helia. Precessit enim primum Chri-
Marc.6. sti aduentum, sicut ille præcedet secundum redarguit Hero
Mat.17. dem & Herodiadẽ, Sicut ille Achab & Iesabel, vterque ere-
Lucæ.1. mita, vt in aliis multis conueniunt, propter quod ait Chri-
stus discipulis, Helias iam venit, & si vultis scire, Iohãnes ip-
F se est Helias. Hinc gabriel de Iohanne prædixit, Ipse præce
det ante illum in spiritu & virtute Heliæ. Tertiò quæsierũt,
Propheta es tu? Aliqui dicunt, quòd sacerdotes isti per pro-
phetam intellexerunt non simplicem vatem, sed prophetam
quendam præcipuum, illum videlicet, de quo Moyses scri-
psit in Deuteronomio, Prophetam suscitabit vobis domin⁹
de fratribus vestris tanquam me, & dicunt quòd Iudæi per
istum prophetam intellexerunt non ipsum Christum, sed e-
ius præcursorem. Hoc autem non videtur rationabiliter di-
ctum, Iohannes enim respondendo dicit se non esse prophe
Deut.18. tam illum, de quo ipsi loquuntur. Si igitur ipsi nomine pro-
phetæ intelligunt prophetã illum præcipuum Christi præ-
cessorem, negaret esse quod veraciter erat. Et si quis dicat
quòd negat se esse illum prophetã, de quo preallegata scri-
ptura

ptura loquitur, quæ ad literam intelligenda est de Christo, A
tunc responsio Iohannis non absolueret quæstionem inter-
rogantium, imò ipse & illi laborarent in ęquiuocis. Illi enim
secundũ istos quæsierunt an esset præcipuus propheta, Chri-
stum præcessurus, & ipse secundũ istos respondit, se non esse
prophetam, de quo Moyses loquitur secundum veritatẽ, sci-
licet ꝙ non esset Christus, sicq; illi per prophetam intellige
rent alium quam Iohannes, imò sic responsio ista Iohãnis nõ
differret à prima, qua se dixit non esse Christum, cum tamen
Iohannes optimè sciret, ꝙ sacerdotes in tertia quæstione no
mine prophetæ non intelligebant Christum. ¶ Denique
ex textu præsenti elici nequit, ꝙ sacerdotes intendebant
quærere de propheta illo præcipuo, de quo Moyses fuit lo-
cutus, sed potius de aliquo ꝓpheta inferiore Helia, quia pau
latim descenderant. Non est etiã consuetudo scripturę noui B
vel veteris testamenti, vt nomine prophetæ simpliciter pro-
nunciati, intelligatur ille propheta præcipuus. Melius igitur
reor vt per prophetã intelligatur quicunque propheta indi-
stinctè, eo modo quo in veteri test. communiter fit sermo de
propheta. ¶ Sed tunc dubitatio oritur, quomodo Iohannes Matt.17.
neget se esse prophetã, cum certum sit, ipsum fuisse prophe- Lucæ.1.
tam, Zacharia testanre, Tu puer propheta altissimi vocabe- Matt.11.
ris. Christus quoque vocat eum plus quàm prophetam. Dicit Lucæ.7.
enim de eo, Maior inter natos mulierum propheta Iohanne
Baptista nemo est. Ex quibus patet quòd fuit propheta. Ad
hoc respõdent Gregorius & Beda, ꝙ quia Iohãnes fuit plus
quam propheta, non solum futura de Christo prænuntiãdo,
sed etiam Christum præsentialiter ostendendo dum dixit, C
Ecce agnus dei, quantum ad id se negat prophetam, quo fuit Iohan.1.
plus quàm propheta. Aliter dici potest, ꝙ quia Iohãnes fuit
medius inter ꝓphetas & Apostolos, & quasi horizõ ac me-
dius vtriusq; testamẽti, ita ꝙ sua vltimata formalis ac pro-
pria gratia gratis data, non fuit cum prophetis veteris testa-
menti, Christum futurum in mundum prædicere, sed eum iã
demonstrare, & cum apostolis annunciare, quoniam venit,
ideo negat se esse prophetã, non quia nequaq̃ propheta fuit,
sed quoniã suum vltimatum formale ac propriũ officiũ non
fuit futura prædicere, sed Christum præcurrere, prædicãdo,
baptizando, eiusq; semitas disponendo. Vnumquodq; enim
denominationem sortitur à sua formali & propria ratione. Marc.1.

D Potest quoq; aliter dici, videlicet q̃ Iohannes dicit se nõ esse
prophetã, eo modo quo ait Amos propheta, Non sum pro-
Amos.7. pheta, & quomodo Christus dicit in Psalmo, Ego autẽ sum
Psal.21. vermis, & non homo. *Dixerunt ergo ei, Quis es?* id est, cuius
authoritatis, gratiæ vel officij. Non enim quærebant solum
quis esset per naturã siue personam, sed quis esset per gratiã
& missionem diuinam. *Vt responsum demus his qui miserunt
nos* ad te ad hunc finẽ, vt reportaremus eis certam responsio
nem de hoc quis sis, & friuolum esset nos sine absolutione
quæstionum & affirmatiua responsione reuerti. *Quid dicis
de teipso?* qui tantæ excellẽtiæ es, vt proprio testimonio tuo
Iohan.8. de teipso prolato credẽdum sit. Quãuis secundum cõmunem
2.Cor.12. legem homo non reputetur idoneus testis de seipso, nisi for
tè cum iuramento. Vnde infra Iudæi dicunt ad Christũ, Tu de
teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est ve-
rum. Hinc Paulus ad Corinthios cum sibiipsi & propriẽ gra-
tiæ testimonium perhibuisset, propria bona describendo, ad-
iecit, Factus sum insipiens, vos me coegistis. *Ait* Iohannes sa-
E cerdotibus & Leuitis ad se missis. *Ego vox* per proprieta-
Mar.1. tem, non per essentiam, id est, præco & vociferator, *Clama-
tis*, id est, Christi vel spiritus sancti per me loquentis, *In de-
serto*, hoc est solitudine Iudææ, in qua habitauit ac prædica-
uit Iohannes. Dicitur autem Iohannes vox secundum Gre-
Grego. gorium, quia sicut vox præcedit verbum, vt audiatur, sic Io-
hannes præcessit Christum vt cognosceretur. ¶ Sed cum
verbum & vox sint idem realiter, quomodo vox dicitur ver-
bum præcedere? ¶ Dicendum quod Christus est verbũ in-
tellectuale, Quemadmodum ergo in nobis vox oris præce-
dit verbum mentis, vt audiatur, sic Iohannes Christum præ-
cessit. Vel dicẽdum, quod licet verbum oris & vox idem sint,
vox tamen præcedit hoc verbum, secũdum rationem, eo mo-
F do quo secundum authorem libri causarum, genus præcedit
speciem. Secundo. Iohãnes baptista appellatur vox Christi,
quoniam sicut vox rem ipsam significat, sic Iohãnes Christũ
ostendit. Tertio, propter efficaciam suę prædicationis, altam
atque tubalem, qua Christo testimonium perhibebat. Vnde
vocatur non solum prænuntiator, sed etiam vox Christi, si-
cut de homine multum dilecto dicimus amor meus. Quid au
tem Christus clamauerit per Iohannem subiungitur, *Diri-
gite viam domini*, id est, recte & verè exercete opera bona, &
sancta

sancta desideria in vobis habete, per quæ deus ingreditur cor A
humanum, hoc est, vitiorum obliquitates fugite, vosipsos ad
gratiam præparate, atque ad Christi prædicationem ac fidem
mentes vestras disponite, *Sicut dixit* hoc est, de me prophe- Esa.40.
tauit *Esaias propheta*, qui prædixit de me, quòd essem futu-
rus vox clamantis, &c. prædicationem istam Iohannis Bapti Mat.3.
stæ Euangelista Iohannes non prosequitur, quæ Matthæus Marc.1.
& Lucas plenius prosequuntur. *Et qui missi fuerant*, id est, Lucæ.5.
prædicti sacerdotes atque Leuitæ, *Erant ex pharisæis*, hoc est,
de numero pharisæorum, imo & pharisæi, ex quo patet quòd
erant solennissimi nuntii. Triplici quippe existente secta in-
ter Iudæos, videlicet Essæorum, qui rigorosissimam, castam
& sobriam vitam duxerunt, Sadducæorum, qui dixerunt ani- B
mas hominum esse mortales, & nec angelum, nec spiritum,
nec resurrectionem esse. Ac Pharisæorum, qui posuerunt ani Acto.26.
mas immortales, & futuram esse resurrectionem vniuersa-
lem, & spirituales esse substantias. Secta Pharisæorum, de
qua & Paulus se fuisse testatur, erat famosior. Videbantur e-
nim specialem zelum legis habere, & religiose incedere.
Aliqui autem sacerdotes, leuitæ, ac scribæ fuerant pharisæi,
sicut nunc multi sacerdotes, clerici & doctores, sunt claustra-
les seu religiosi. ¶ Præterea aduertendum, quòd secundum Grego.
sanctos doctores communiter, Gregorium, Chrysostomum, Chryso.
Bedam, & alios, nuncij isti insidianter ac malitiosè interroga- Beda.
uerunt Iohannem, quærentes occasionem aduersus eum, ad
quod insinuandum, asserunt nunc dixisse Euangelistam. Et
qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Pharisæi nanque quan- C
uis foris sanctitatem prætenderunt, intus tamen repleban-
tur hypocrisi, ambitione atque inuidia. Origenes verò dixit, Origen.
quod simplici animo quæsierunt, optantes veritatem agno-
scere. Primo, quoniam dictum est nunc quod ex dubitatione
moti sunt ad interrogandum. Secundo, quoniam tam magni-
fice senserunt de Iohanne, quod suspicabãtur eum esse Chri-
stum. Tertio, quoniam maximam reuerentiam ei exhibue- Luc.3.
runt in ipso interrogationis processu. Quarto, quia Iudæi cõ
muniter primo multum bene senserunt de Iohanne, scientes
mirabilem eius natiuitatem, atque sanctissimam vitam. Vn-
de & apud Marcum habetur, q̃ exibat ad eum omnis Iudææ Marc.1.
regio, & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabãtur ab eo. Sed Mat.3.
& in Matthæo legitur, quod multi pharisæorum veniebant
d iij ad ba-

D ad baptismum Iohannis. Postremò, quia Iohannes fuit de genere sacerdotali, & magni sacerdotis filius, non apparet, ꝙ sacerdotes prima facie insidiati sint ei, imò si Iohannes dixisset se esse Christum, aliud nihil videtur nisi quod credidissent sic esse. Quod ergo ait Euãgelista, Et qui missi fuerant, additum est ad innuendum solennitatem ac idoneitatem nunciorum. Et *interrogauerunt eum, Quid ergo baptizas?* id est, homines in aquis Iordanis lauas, *Si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta?* id est, cur nouum ritum præsumis inducere, si non es aliquis horum? Nullus enim ante Iohannem ausus est baptizare, vnde Iudæi videntes Iohannem aliquid noui inducere, voluerunt scire, qua authoritate hoc faceret, & nunc quia se dixit non esse Christum, neque Heliam, neque prophetam, incipiunt eum de præsumptione notare. *Respondit ei Iohannes, dicens, Ego baptizo in aqua;*
E id est, exterius lauo corpora vestra, non intus purgo à cupla, nec gratiam præsto: *Medius autem vestrum stetit* id est, inter vos apparere, cõuersari, & communiter viuere dignatus est, *Quem vos non scitis*, id est, non cognoscitis esse CHRISTVM filium dei, quamuis fortè sciatis, quod sit filius Mariæ. Non enim agnouerant CHRISTVM secundum suam diuinitatem, nec etiam secundum suam humanitatem, per comparationem ad vnionem cum verbo, atque ad cætera spiritus sancti charismata.

¶ Quæritur, quomodo Christus stetit medius horum, vel inter hos medius fuit, qui forsitan nunquam fuit inter nuncios istos sacerdotes, & leuitas. Dicendum, ꝙ Christus secundum suam deitatem stat, id est, firmiter, inuariabilitérq; subsistit, medius omnium, quia in omnibus est. Dicitur enim stare, iuxta illud in Psalmo: Deus stetit in synagoga deorum. Et
Psal.81. Esaias ait, Stat ad iudicandum dominus. ¶ Porrò secundum
Esa.3. humanitatem, stetit Christus medius horum dupliciter. Primo, quia in terra & populo eorum communiter vixit. Secundo, quia singulis annis ascendit Hierosolymã in solennitate paschali secundum legem, intrauitq; templum, & ibi inter sacerdotes & alios stetit in templo. Nam & cum esset annorum duodecim, inuentus est in templo in medio doctorum. Sed nõ videtur Iesus corporaliter affuisse, & inter istos stetisse, quando locutus est hæc verba Iohannes. *Ipse quem vos nõ scitis*, videlicet Christus *Est qui post me vẽturus est, qui ante me factus*

me factus est. Hoc iam pauloante expositum est, *Cuius ego nõ* A
sum dignus, id est, cuius præsentia & famulatu dignus non Matth.3.
sum in minimis rebus, videlicet, *Vt soluam eius corrigiam cal-* Marci.1.
ciamenti, id est, in rebus corporalibus & vilibus ei deseruiã.
Improportionabiliter nanque fuit Christus maior Iohanne Matth.3.
Baptista, multominus dignus sum ipsum contingere, vel eius Lucæ.3.
nomine appellari seu æstimari, quod ego sim ille, videlicet Christus. Matthæus & Lucas plenius recitant verba Iohannis Baptistæ. Nam præinductis verbis suis, adiecit de Christo, Ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni, quæ verba apud Matthæum prout dominus dedit, diligenter exposui.

¶ Prædictis itaque verbis Iohannes Baptista, satisfecit quęstioni Iudæorum. Dicens enim se esse vocem domini, quem- B
admodum Esaias pronuntiauit, & quòd dominus, cuius ipse vox fuit, tantum excelleret eum, quòd non esset dignus solu- Esa.40.
ere corrigiam calciamenti eius, fassus est se etiam Christi præcursorem. Item dicendo, quòd baptizaret in aqua duntaxat, ostendit insufficientiam sui baptismi, ita quòd sicut prædicando disponebat homines ad Christi prædicationem salubriter audiendam, sic baptizando disponebat ad suscipiendum Christi baptisma. Primò, quoniam susceptio baptismi Iohannis, fuit quædam professio credendi in Christum. Baptizauit nanque in nomine Christi vẽturi. Secundò, quoniã qui baptizabantur à Iohanne, cõfitebantur sua peccata, sicq; Actor.9.
aptabãtur ad fidem & gratiã Christi. Tertiò, quia Iohannes Matth.3.
baptizando congregauit populum multum, & ita potuit plu- C
ribus annuntiare Christi aduentum. Hanc rationem ipsemet Ibidem.
sanctus Baptista post pauca commemorat, sicut patebit. Marc.1.

¶ Patet ergo, ꝙ Iohannes baptizando, nõ vsurpauit indebi- Lucæ.3.
tum sibi officium, sed eius inspiratione hoc fecit, quem præcurrebat. ¶ Deniq; quòd ait Iohãnes se esse indignũ ad solu-
endum cingulum calciamentorum Christi, non est sic intel Acto.1.
ligendum, quòd Christus tulerit calciamenta. Ipse enim cœ- Matt.10.
pit facere & docere. Ipse verò discipulis iussit, ne calceis vterentur, vt legitur in Matthæo: sed Iohannes cõformat se cõmuni modo loquẽdi, quo aliquis volens se multum humiliare sub alio, asserit se indignum ad soluendum ligaturã calceorum ipsius ¶ Sed quomodo Iohannes fuit indignus ad hoc, qui dignus fuit Christũ baptizare, & cum homo existens in gratia mereatur de cõdigno vitã æternã, hoc est, clarã & im-

D mediatam diuinæ essentiæ visionem, ita quòd dignus sit diuinitati fruendo vniri, quomodo Iohannes non fuit dignus Christo in corporalibus ministrare? Et respondendum dupliciter. Primò, quòd loquendo de Iohãne, secundum sua naturalia tantum non fuit dignus Christũ baptizare, vel ei in minimo ministrare, propter infinitam dignitatẽ Christi, secundum suam deitatem, & propter plenitudinẽ gratiæ suæ humanitatis. Et sic loquitur de se Iohannes. Vel loquitur de se, secundum quod aliquo modo fuit peccator, quãtum ad venialia minutissima. Iuxta quẽ modum Paulus, Non sum (inquit)
1.Cor.II. dignus vocari Apostolus. Loquendo autẽ de Iohanne, secundum magnitudinem gratiæ sibi collatæ, dignus fuit ad hæc, præsertim, ob suam profundissimam humilitatẽ. Secundo di-
E cendũ, ꝙ aliquis dicitur dignus per comprobationẽ ad Christũ, dupliciter. Primò, simpliciter, Sic Iohannes extitit. Secũdò iuxta modũ humanæ conditionis, ac possibilitatis, sic Iohannes dignus erat ad ista, imò sic homo dignus est corpus Christi cõsecrare & mãducare. Aliter omnes damnaremur, dicente Apostolo, Quicunque manducauerit corpus domini indigne, iudicium sibi manducat, & reus erit corporis domini. Hoc modo virgo benedicta digna fuit filiũ dei concipere & lactare. Sic quoque iustus, dignus est vita æterna. Et videtur dignitas ista fundari in quadam beneuola acceptione voluntatis diuinæ, quæ liberè voluit homines taliter dignificari per gratiam. In omnibus commendatur, & imitanda relinquitur nobis eximia humilitas sancti Iohannis, qui cũ tantæ
F sanctitatis, reputationisque esset, vt Christus putaretur, seipsum profundissime humiliauit. Nouerat enim scriptũ, Quantò maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiã coram
Eccle. 3. deo & hominibus. Nouerat quòd homo tãto sit coram deo sublimior, quanto in oculis propriis fuerit vilior atq; decliuior. Et Iohãnes reputauit se indignum soluere corrigiã calciamẽtorũ Christi, cum esset amicus, paranymphusq; sponsi, consanguineus domini, & breuiter talis ac tãtus, ꝙ inter na-
Mat. 11. tos mulierum non fuerit maior eo, quomodo nos pusilli tam
1.Pet.5. irreuerenter, & intimorate, & inaffectuose accedimus vene
Lucæ. 17. randum dei altare, & Christũ consecramus aut sumimus? Humiliemur igitur sub potenti manu dei, & faciamus quicquid præceptum est nobis, & quicquid valemus: tuncque ex corde dicamus, Serui inutiles sumus: & Christi sacramẽtis cum omni

omni puritate ac reuerẽtia propinquemus, præstet hoc mihi A
& cæteris indigentibus Christus. ¶ Mystice per calciamenta, intelligitur Christi humanitas, à verbo induta: per pedẽ, diuinitas humanitate tecta quodammodo, & velata: per corrigiam verò, vnio vtriusque. Iohannes ergo non fuit dignus corrigiam calciamentorum pedis Christi dissoluere, quia nõ potuit perfectè mysterium incarnationis, seu modum hypostaticæ vnionis humanæ naturæ, cum verbo explicare. Imò hoc excedit intellectum, non solum omnium viatorum, sed & angelicorum spirituum. Hæc scilicet interrogatio Iudæorum, & responsio, testificatioq; Iohannis de Christo. *In Bethania facta sunt trans Iordanem*, Hoc est, in illa Bathania, quæ
est vltra Iordanem, in terra duarũ tribuum, ac mediæ. Estque B
Bethania illa supra Iordanem sita, *Vbi erat Iohannes baptizans* non in Bethania, sed in aquis propè currentibus. Hoc Iohan.1.
dicitur ad differentiam alterius Bethaniæ citra Iordanem, in Origen.
qua Martha, Maria, & Lazarus commorati sunt. Veruntamen secundum Origenem, textus vitio scriptorum corruptus est, quia vt asserit, sic textus haberet, Hæc in Bethabora facta sunt.

¶ Elucidatio huius capituli ab eo loco.

Altera die, vt vidit Iohannes Iesum venientem ad se.

ARTICVLVS. VI.

Einde ostendit Euangelista lucidius, quomodo
D pręcursor testimoniũ perhibuit Christo, in pręsentia Christi & turbæ. *Altera die vidit Iohannes*
Iesum venientẽ ad se. Verba hæc à diuersis, diuersimode expo C
nuntur. Quod enim hic dicitur, altera die referunt aliqui, ad ea quæ immediate Euangelista narrauit, de missione sacerdotum ac leuitarum ad Iohannem. Et sic quod subiungitur de accessu Christi ad Iohannem, intelligi posset de illo aduentu, quo Iesus venit ad præcursorẽ, vt baptizaretur ab eo, Iuxta illud dictum Lucæ, Venit Iesus à Galilæa in Iordanem Lucæ.3.
ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Missio enim nunciorũ illorum ad Iohãnẽ, communiter ponitur præcessisse baptismum Christi à Iohanne. Alii dicunt, ꝙ iam nõ est sermo de aduentu Christi ad baptismũ, quia in baptismo Christi, vidit Mat.3.
Iohannes spiritũ sanctum in specie columbæ, super Christũ descendere, vt est apud Matthęũ. Nunc verò post pauca subiungitur, *Testimonium perhibuit Iohannes, dicens, Quia vidi spiritum*

D *ritum descendentem de cælo* quasi columbam, *Et mansit super eum*. Ergo hæc dixit post Christi baptismũ. Isti itaq; sic exponunt, Altero die, id est, alio quodam die, non tamẽ immediate postquã facta sunt, quæ Euangelista modo de missione sacerdotum descripsit, sed postquã Iesus reuersus est à deserto. Mox enim vt baptizatus est, expulit eum spiritus in deser
Marci. i. tum, vt legitur apud Marcũ. Vel, vt quidam dicunt. Christus baptizatus, aliquãto tẽpore commoratus est iuxta Iordanẽ, & tunc quodam die accessit Iohãnem. Prima verò expositio videtur rationabilior, & textui magis consona. Vnde ad argumentum aliorum facillimè diceretur, quòd Iohannes Baptista, non dixit omnia verba sequentia simul, sed quædã ante Christi baptismũ, & alia postmodum, sicut patebit. Euan-
E gelista tamen recitat ea, sub vno contextu, quia omittit, quæ nouit ab aliis tribus Euãgelistis descripta, videlicet, quomodo Iohannes Christũ baptizauit, & refert quę illi omiserũt, puta verba Iohannis, quorum aliqua dixit Christo ad baptizandum propinquante, alia verò eo iam baptizato. Vidit, ergo Iohannes Iesum venientem ad se, videlicet, dominum ad ministrum, creatorem ad creaturam, redemptorem ad redimendum, sanctum sanctorum ad hominem venialibus nõ carentem. Cum ergo Iohannes vidisset altissimum, tam humiliter inter populares veniẽtem, expauit, & tacere nõ potuit, sed humiliantẽ se exaltauit, & ait astantibus, *Ecce agnus dei*, hoc est, immaculata hostia, per agnum paschalem prę figurata, quã deus pater, seu trinitas pro mũdo ordinauit, sibi im-
F molandam, quemadmodum ait Apostolus, Pro omnibus nobis tradidit illum. Et Christus in passione. Calicem (inquit)
Rom. 8. Iohan. 18. quem dedit mihi pater, non bibam illum? Christus itaque di-
Act. 4. citur agnus per proprietatem, non per naturam, sicut dicitur
Apoca. 5. lapis angularis, leo, vitis. Dicitur autẽ agnus, Primò, propter
Iohan. 15. innocẽtiam. Secundò, propter mansuetudinem. Tertiò, pro-
Esaiæ. 53. pter vtilitatem, quoniã spiritualiter vestit & alit nos. Quarto, propter modum suæ occisionis. Quoniam Esaia testante, sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus corã tondente obmutuit. Quinto, quoniam sicut filii Israel liberabantur à tyrannide de Pharaonis per agni immolationẽ, sic liberati sumus à potestate dæmonis per Christi oblationẽ. *Ecce qui tollit peccata mundi*. Christus secundum quod deus abstulit peccata hominum, tanquã causa purgationis effectiua ac principalis.

principalis. Quia peccata dimittere, gratiamq; mundantem A
ac iustificantem infundere, deo secũdum propriam naturam est propriũ, prout sanctus Iob protestatur, Quis potest face- Iob. 13.
re mundum de immundo, nonne tu qui solus es? Sed in quantum homo abstulit peccata, tanquam causa meritoria instrumentalis & mediatiua, sic tamẽ quòd idoneitas auferendi peccata competebat Christo homini, propter vnionẽ sue humanitatis cum verbo, ex qua vnione habuit dignitatẽ & efficaciam quodammodo infinitam. Propter quòd, totius mundi vniuersa peccata potuit tollere, omnibus gratiam in præsenti & gloriã in futuro merẽri, quod nulli competit puræ creaturæ. Primò, quia peccatum est quodammodo infinitæ graui
tatis, in quantum est contra dominum immensæ maiestatis.
Secundò, quoniã natura humana in infinitum cõmunicabilis B
est, ideo totam redimere nõ potuit, nisi Saluator infinitæ dignitatis. Tertiò, quoniam beatitudo ad quam ordinatur redemptio à peccato, est etiã quodammodo dignitatis immensæ, cũ sit immediata fruitio boni simpliciter infiniti. Has rationes ponunt Anselmus, Thomas, & Bonauentura. Abstulit Anselmus
autem Christus omnia peccata mundi. Originale videlicet, Thomas.
actuale seu personale, quia pro omnibus satisfecit. Speciali- Bonauen.
ter tamen ordinabatur passio Christi, contra originale, quia pro illo nemo satisfacere potuit, sed omnes quantumcũque sancti, vsq; ad Christi passionẽ, descenderunt in lymbũ. Originale quippe peccatum, corrupit atq; infecit naturam cõmuniter, quoniam erat priuatio originalis iustitię debitę inesse Anselmus
secundum Anselmũ. Vnde sibi debebatur pro pœna, carentiã C
visionis diuinæ. Totam verò naturã, vel ipsam naturã redintegrare, sanare, reformare, seu ad originalis iustitiæ conformitatem ac statum reducere, non cõueniebat nisi vniuersali redemptori gratiarũ plenitudinẽ continenti. Hoc enim fieri non valebat per gratiam particularẽ. Abstulit ergo Christus vniuersa peccata, sed oportet vt meritũ Christi, hominibus per sacramenta, vel fidem, & charitatẽ applicetur, si eius affectum consequentur. Hinc apud Esaiam legitur, Dominus po- Esaiæ. 53.
suit in eo iniquitatem omnium nostrum. Et rursus, Ipse autẽ vulneratus est, propter iniquitates nostras, attritus est pro- Lucæ. 19.
pter scelera nostra. Et ipse de se ait in Euãgelio, Venit filius 1. Petr. 1.
hominis querere, & saluũ facere quod perierat, hoc est, quod Petrus ait, Nõ corruptibilibus, auro vel argento redẽpti estis de vana

D de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine agni immaculati. Prædictis insuper verbis, declarat Iohannes Baptista, duplicem Christi naturam, puta humanam, dicendo, Ecce agnus dei. Et diuinam subdendo, qui tollit peccata mundi. Dicitur quoque Christus agnus dei per excellentiam, tanquam penitus immaculatus & innocens. Et licet aliqui innocentes, mites, ac pii possint per imitationem, quodammodo dici agni dei, quemadmodum infra Christus ad Petrum ait,
Iohã. 21. Pasce agnos meos, de nullo tamẽ illorum dicere fas est, qui tollit peccata mundi. *Hic* id est, ista persona ad me veniens scilicet Christus. Vel, hic, id est, in loco, nunc præsentialiter *Est* per corporalem præsentiam, quem sciui vẽturum ad me, *De quo dixi*, antequam ad me veniret, *Post me venit vir*, id
E est, homo vigore animi plenus natus est post me. Vel, venit, id est, ad publicum exit, & se hominibus manifestare incipit, post me, qui incepi predicare, ac baptizare ante eum. De hoc
Zacha. 6. viro dictum fuit apud Zachariam, Ecce vir oriens nomen e-
Acto. 17. ius. De quo Paulus dicit in Actibus, Deus iudicaturus est mũdum, in viro quem statuit, *Qui ante me factus est, quia prior me erat*. Hoc supra expositum est, articulo quarto. Et *ego nesciebam eum*. Hæc sunt verba, de quibus Augustinus super
August. Iohannem, magnam facit difficultatem. ¶ Si enim Iohãnes nesciuit Christum, quomodo testis eius fuit? & quomodo
Lucæ. 1. alios ad eius agnitionem induxit? & quomodo nescit eum,
Galat. 4. quem nouerat clausus in vtero? Sed ad hoc dici potest, quòd nouit eum, notitia intellectuali, sciens quòd esset deus, &
F homo, Saluator mundi, & natus de virgine, cito quoque venturus in publicum, prædicaturus, & baptizaturus, atque pro omnibus moriturus: sed non sciuit vel nouit eum notitia faciali, sciendo per exteriorem physiognomiam, quæ esset illa persona, quia non habuit memoriter in virtute imaginatiua certum phantasma seu idolum de dispositione vultus ac corporis Christi. Sed huic obuiare videtur, quod infra ait Iohãnes, Et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Ex quo certissime constat, quòd descensus columbæ in Christum fuit Iohanni datus pro signo cognoscendi Christum, Ideo nanque adiecit, Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei, Si ergo loqueretur Iohãnes de notitia faciali, Christus fuisset

set ei hoc modo ignotus vsque post baptismum, quia secũdũ A
tres Euangelistas Christo ascendẽte de aqua, aperti sunt cœli, & descendit super eum spiritus sanctus. Vnde in Luca legi
tur, Factum est autem Iesu baptizato, & orante, apertum est Mat. 3.
cœlum, &c Sed hoc dici non licet. Nam Christo ad Iohan- Marci. 1.
nem accedente, dixit Iohãnes, Ego à te debeo baptizari, & Lucæ. 3.
tu venis ad me? Ergo tunc nouit eum secundũ faciem. ¶ Ad
hanc difficultatem est triplex responsio. Vna Chrysostomi, Chryso.
quæ tacta est nũc, scilicet, quòd nouit eum facialiter, vsq; ad horam baptismi. Hanc respõsionem sequitur Thomas, adiiciens, quod Iohannes tempore pueritiæ suæ nouit Christũ puerum postmodum verò diu in solitudine cõuersatus, oblitus fuit dispositionis vultus Christi: & forte quanuis non
fuisset oblitus qualiter erat in pueritia dispositus, tamen ob B
hoc non nouisset eum cum iam creuit in staturam virilẽ. Ad instantiam verò nunc factam, sequentes hanc viam, respondent quòd deus reuelauit Iohanni dupliciter Iesum. Primò in ipso accessu domini Iesu ad Iohãnem, antequam baptizaretur. Secundò, post baptismum per descensum columbæ, &
de hoc signo facit mentionem Iohannes, quia solennis fuit, Chryso.
& primo sibi promissum seu intimatũ. Vnde secundũ Chrysostomum, Iohannes dicit se Iesum nesciisse, nõ quia penitus eum non nouit, sed vt ostenderet testimoniũ suum de Christo non debere esse suspectum, eo quod esset cõsanguineus
eius. Ideo dicit, nesciebam eum, quia non nouit eum tunc, ni C
si ex reualatiõe diuina, ex quo innotescit, quod testimoniũ Iohannis de Christo non fuit humanæ amicitiæ, sed ordinationis diuinæ. ¶ Alia est responsio Bedæ, quod ideo dicit se Beda.
Iohannes Christum nesciisse, quia non nouit eũ tam profunde ac plene ante descẽsum spiritus sancti, vt postea. Alia est August.
responsio Augustini, quod Iohannes ideo dicit se Christum nesciisse, sed per columbã didicisse, quia non sciuit ante descensum columbæ, quòd Christus sibi soli seruaret, & nulli ministrorum suorum communicaret potestatem baptizãdi, hoc est, potestatem excellentiæ in baptismo, quæ secundum Thomam, & alios cõsistit in quatuor. Primũ est quod solus Christus baptismum instituit. Secundum, quòd effectum baptismi sine baptismo conferre potest. Tertium est, q̃ baptismus à merito passionis Christi efficaciam habet. Quartum, quòd baptismus interdum in nomine Christi datus est. Hec itaque

D itaque didicit Iohãnes esse futura, descendente super Christum colũba. ¶ Porrò potestas baptizandi & excellentia eius authoritatiue nõ cõuenit nisi deo trinitati. Deinde præcursor pandit vnam rationem sui baptismi, *Sed vt manifestaretur in Israel*, id est, vt Christus agnoscatur à populo Israel, *Propterea veni ego* (deo iubente) *in aqua baptizans* id est, corpora lauans, non mentes sanctificans. Totum enim Iohannis officium in prædicando, & baptizando, ordinatum fuit ad hoc, vt homines inducerentur ad fidem, amorem atq; notitiam Christi sicut ostensum est plenius. De hac materia & baptismo dixi plura super Matth. Deniq; quæ sequuntur Iohannes non dixit nisi Christo baptizato. *Et testimoniũ perhibuit Iohãnes dicens, quia vidi spiritũ sanctũ descendentẽ, quasi*
E *columbam de cœlo*, id est spiritum sanctum in forma columbæ visibili. Non quod spiritus sanctus qui est verus, incircũscriptus, inuariabilis atque immobilis deus essentialiter moueatur siue descẽdat, sed quoniã signum visibile, in quo apparet, descendit, sicque spiritus ratione sui effectus descẽdere perhibetur. Dum enim creatura subiecta apparet in per-
Num.12. sona dei, eum repræsentans, vel in eius persona loquens aut operãs, hoc quãdoque ascribitur deo, quod facit huiusmodi creatura. Quemadmodũ deus dicitur ore ad os loquutus ad Moysen. Conuenienter quoque spiritus sanctus, cui bonitas appropriatur, apparuit in forma colũbæ, quæ est animal felle carẽs, simplex & innocẽs: & vt insinuaret spiritus sanctus q̃ nemo possit eius donis impleri, nisi columbinã simplicita-
F tem studuerit imitari. Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Et dominus protegit gradientes simpli-
Prou.10. citer. In columbarum etiã osculis, crebris ac mutuis patet,
Prou.12. quòd spiritus sanctus in specie columbæ, rite apparuit, quoniam charitas appropriatur spiritũ sancto, & illi spiritu sancto merentur repleri, qui satagunt charitatiue atque pacifice conuersari. Non enim est deus dissensionis, sed pacis secũdum Apostolum. *Et mansit super eum* id est, columba ista repræsentans spiritum sanctum, eiusque habitationem in anima Christi ad tempus sedit super caput Christi, ad insinuãdũ quòd indesignenter, semperque actualiter, & eque perfe-
1.Cor.14. cte requiesceret spiritus sanctus in Christo homine iuxta il-
Esaiæ.11. lud dictum Esaiæ, Requiescet super eum spiritus dñi. Sic aũt nõ manet spiritus sanctus in aliis, quia mortali peccato per-

dere possunt spiritum sanctum, & venialibus culpis, incur- A
runt quotidie quandam debilitationem gratiæ spiritus sancti, quantis quotidie per opera sancta magis proficiant, quàm decrescant. In Christo quoq; mansit spiritus sanctus, ita quòd Christus indesinenter potens fuit ad exercenda omnia opera, tam gratiæ, gratum facientis quàm gratiæ gratis datæ in vniuersis signis, virtutibus atque prodigiis. Hoc 4.Re.5.
autem nulli competit aliorum. Vnde & Helisæus sentiẽs si- 4.Re.7.
bi abesse spiritum prophetalem, iussit adduci psalten. Nathan quoque putauit se loqui prophetico spiritu, quãdo cõsuluit regi Dauid ædificare templum. Omnia (inquiens) quæ sunt in corde tuo fac, sed nocte sequenti instructus est à spiritu sancto, persuadere oppositum. Postremò putandum nõ
est quòd in descensu columbæ sit gratia aliqua infusa, vel au B
cta in anima Christi, qui ab instanti conceptionis plenus fuit simpliciter omni gratia spiritus sancti: sed descẽsus manifestoque columbæ in Christo, designauit perfectionẽ & efficaciam gratiæ Christi, *Et ego nesciebam eum*, secundum sensus prætactos, quia vt dictum est, hoc tripliciter intelligi potest. Expositio tamen Augustini & Bedæ concurrit in idem.
Sed qui misit me baptizare in aqua, id est, deus qui mihi hoc August.
iussit, occulta inspiratione, vel manifesta atque sensibili ap- Beda.
paritione angelica *Ille mihi dixit* per inspirationem interna, siue angelicam alloquutionem, *Super quem videris spiritum descendentem*, id est, spiritum sanctum in forma columbæ venientem *Et manentem super eum* ad tempus in tali signo visibili, sicut expositum est. *Hic est qui baptizat in spiritu*
sancto hoc est, intus purgando à vitiis, præstando gratiã spi- C
ritus sancti In baptismate enim quod Christus instituit, datur spiritus sanctus. Christus autem baptizabat efficiẽter, & principaliter, sacerdos verò ministerialiter *Et ego vidi* corporalibus oculis spiritum sanctum, in forma columbæ descendentem modo præfato, quæ columba secundũ quosdam doctores fuit vera columba, angelico famulatu subito tunc formata, completoque suo ministerio inpræiacentẽ materiam resoluta. Aliqui tamen dubitant an hoc angelus posset quod relinquo disputantibus. *Et testimonium perhibui* (coram turba) *quia hic est filius dei* naturalis & vnicus nõ adoptiuus. Itaq; quod dicitur super quem videris spiritũ descẽdentem, dictum est Iohanni secundum Augustinum ad agnoscẽdum August.
quòd

D quòd Christo competeret potestas excellentiæ in baptismo
Chryso. Secundum Chrysostomum verò ad cognoscendum determinate, quòd illa persona esset Christus in spiritu sancto baptizans *Altera die*, id est, vna die sequente diem prædictum, mediate vel immediate, *Iterum stabat Iohãnes* ad fluẽta Iordanis tanquam paratus exequi officium sibi commissum in prædicando, baptizando & testificando de Christo. Spiritualiter quoque stabat in culmine perfectionis, in apice contẽplationis, in stabilitate virtutum, Optimum est enim gratia
Heb.13. stabiliri cor, secundũ Apostolũ.
Eccle. 27. Et sapiens in sapientia permanet vt sol, stultus verò mutatur vt luna, *Et ex discipulis eius duo* conformantes se suo magistro *Et respiciẽs Iesum ambulantem* scilicet circa Iordanem. Christus nanque suscepto
E baptismo, ad tempus commoratus est in locis illis, & cũ Iohanne conuersatus, tamen non diu, mansit enim vt Iohãnes frequenter testaretur de ipso, & eum ostenderet, quatenus electi Iudæi crederent, reprobi verò atq; increduli inexcusa-
Esa.53. biles fierent *Dicit: ecce agnus dei* qui vt in Esaia scribitur,
Hie.11. peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Qui etiam loquitur per Hieremiam, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. *Et audierunt duo discipuli Iohannis*
1.Cor.12. *loquentem*, id est, Iohannem hæc de Christo testantem, *Et*
Psal.72. *secuti sunt Iesum* vt eius doctrina instruerentur, quem didicerunt maiorem esse Iohanne, Cupiebant enim sortiri charismata meliora, & optimo adherere magistro. Per quod ĩstruimur, vt applicemus nos his, quos videmus in sapientia & vir
F tutibus præpollere. *Conuersus autem Iesus*, hoc est, vultum suum dulcissimũ ad illos conuertens, imò & pietatis suæ affectum super eos expandens, *Et videns eos sequentes se* corporis gressu, & mente fideli, desiderio quoq; proficiendi, *Dicit eis, Quid queritis?* id est, quare venitis post me? Non quasi ignorans quærit, sed vt illorum responsioni cõuenienter respondeat, atque vt illi suum desideriũ exprimendo amplius incalescant, & gratiæ præparatiores reddantur Simili modo si nos cœperimus sequi, & quærere Christũ, conuertet oculum pietatis suæ ad nos, & imbecillitatem nostram iuuabit ac perducet ad thronum gratiæ suæ, si tamẽ cõstanter quæ-
Psal.104. ramus. Ideo monet Psalmista, Letetur cor querentiũ domi-
Psal.33. num, quærite dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper. Et denuo, Accedite ad eũ, & illuminamini. *Qui dixit*

dixerunt ei Rabbi. quod autem subditur, non est sermo eorũ A
sed verbum euangelistæ exponentis, quid significet verbum Hebraicum Rabbi. *Quod dicitur interpretatũ*, idest est, latinè expositum vocatur, *Magister vbi habitas* quasi in alieno, non quasi in propria domo. Christus enim non habuit propriam domum quantum ad vsum, quãuis ipsius esset terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Pro
pter quod ait apud Matthæum, Vulpes foueas habẽt, & vo- Psal.23.
lucres cœli nidos: filius autem hominis, non habet vbi caput Mat.8.
reclinet. Hoc Hieremias prænoscens, & vehementer admi- Lucæ.9.
rans ait, Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? quare venturus es, velut vir vagus? Quæ fierunt autem vbi Iesus habitaret, quoniam secũ
pernoctare optabant, quatenus eius colloquio, præsentia, & Hier.14.
familiaritate fruerentur Per quo simpliciter Christo respon B
derunt, quid quærerent, querebant enim instructionem salutarem, & gratiam Saluatoris, scientes magistrum suum Iohannẽ non mentiri, à quo audierunt, quod Iesus esset agnus dei, tollens peccata mundi, baptizans in spiritu sancto, & filius dei. Tota equidem vita Christi, fuit satisfactoria pro piaculis mundi, & meritoria gratiæ, cũctis hominibus, quãuis satisfactio illa & meritum, terminabatur, & consummabatur in passione & morte Christi. Propter quod Iesus pendens in cruce, & morti iam proximus, dixit, Consummatum Iohan.19.
est. Ideo Iohannes non dixit, Ecce agnus dei qui tollet, videlicet in passione, sed qui tollit continuo peccata mundi. C
Pariformiter, & nos cũ sponsa quæramus vbi habitet Christus, dicentes illud in Canticis, Indica mihi quem diligit a- Cantic.1.
nima mea vbi pascas, vbi cubes in meridie. Studeamusq; stabiliter Christo vniri, imò & actualiter ei quantum possibile
est adhærere, exemplo dicentis, Vnam petij à domino hanc Psal.26.
requiram, vt inhabitem in domo domini. Et item, adhæsit Psal.62.
anima mea post te. Rursusque, Benedicã dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, *Dicit eis Iesus, Venite* (post me) *& videte vbi habitem*. Psal.33.
Moraliter secundum Originem, Venite, bene agendo ac Origen.
de virtute in virtutem proficiendo, & videte deum deorũ Psal.83.
suauiter contemplando. Quia in vita actiua, & via purgatiua bene exercitati, ad vitam comtemplatiuam, seu viam illuminatiuam, vnitiuamque cum deo perfectionẽ, sunt adepti. Psal.81.

e Vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

D Vnde & illustrissimus pater noster Iohannes Cassianus,
Cassianus Oportet ethicam seu moralem præire theoricam *venerunt* duo isti Iohannis discipuli, Et *viderunt* (vbi maneret Iesus) *& apud illum manserunt die illo* id est, ab illa hora diei, qua cũ Iesu domum intrabant, vsque ad mane diei sequentis. Intrauerunt tamen cum Iesu circa occasum solis. Sicut subiungitur, H*ora autem erat quasi decima*, scilicet circa vesperam. Sic & nos si venimus bene agendo, & videmus fideliter cõtemplando, vbi habitet Christus, manebimus cum illo in die æternitatis. E*rat autẽ Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus* (discipulis) *qui audierunt ab Iohanne* testimonium de Iesu videlicet, Ecce agnus dei, Et *secuti fuerant eum*, vtpote Iesum. Quidam affirmant, quòd aliter fuit Iohannes Euangeli
E sta, sed nomen suum subticuit, quoniam cõsuetudo scipturæ est, vt scriptores eius propriũ nomen non exprimant, vt frequenter. Vel exprimit nomẽ Andreæ, quoniam principalior extitit alio I*nuenit hic* (Andreas) *primum fratrem suũ Simonẽ*, Hoc quod ait, primum, intelligi potest, dupliciter Primò sic primum, id est, primo. Secundò, sic, primum, id est, maiorem & seniorem fratrem suum, Simonem Petrũ, qui fuit Andrea antiquior. Et *dicit ei Andreas*, I*nuenimus Messiam* quid autem hoc significet, subdit Euangelista, Q*uod* (nomen Messiæ) *est interpretatum Christus*, Messias quippe est nomẽ Hebraicum quod grecè dicitur Christus, & latinè vnctus, & cõpetit Saluatori, qui vnctus fuit oleo spirituali, tanquam rex sumus. & sacerdos æternus, non oleo corporali. Vnde psalmista, Di
F lexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te deus
Psal.44. deus tuus, oleo lætitiæ. Et Christus per Esaiam, Spiritus (in-
Esa.61. quit) domini super me, eò quòd vnxerit me. Quemadmodũ autẽ Andreas inuenit Iesum non casualiter, sed eum diligẽter, secundo, sic inuenit Simon fratrem suum, non fortuitu, sed post inquisitionem solicitam. Sentiẽs enim Andreas fructum & gratiam Christi, desiderauit fratrẽ suum carnalem, quẽ spiritualiter diligebat, participem facere gratiæ si bi concessæ, vt essent fratres nõ duntaxat carnis propagine
Christiana frater nitas. sed fide quoque & religione. Et hæc est bona fraternitas naturæ, quam perficit gratia. & in qua spiritualis dilectio carnalem amorem extinguit, naturalemque affectionẽ vincit ac ordinat Et *adducit eum* videlicet Andreas Simonem Ad I*esum*. Sic & nos soliciti esse debemus, secundum exigentiã nostræ

nostræ vocationis & veræ charitatis de salute confratrum & A
proximorum nostrorum, præcipue parentum, fratrum, soro- 1.Pet.4.
rum, & cognatorũ. Sicut & Petrus admonet, Vnusquuisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illã administrantes, quatenus spiritualis dilectio, naturalẽ informet & dirigat. Istud maxime pertinet ad prælatos, quibus quasi vicariis suis dicit Christus, quod Ioseph dixit fratribus suis in Genesi, Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum ad- Gene. 43.
duxeritis ad me, videlicet faciendo pro eius saluatione, quod in vobis est, & ad quod tenemini ratione officij. I*ntuitus autem eum* (scilicet Simonem) I*esus*, nõ solum oculis carnis, sed pietatis & charitatis, respectu interno, sciens quatenus esset futurus & pro Christo facturus atq; passurus, *Dixit, tu es Simon*. Non solũ nomine, sed nominis interpretatione, ac pro B
prietate. Simon enim obediẽs dicitur. Et Petrus obediẽs fuit Acto.10.
deo, quia nunquam manducauit omne commune & immundum, iuniorique fratri consensit veniendo ad Christum, & Mat.4.
postea Christo vocante cuncta reliquit, & ei adhæsit. F*ilius Iohãnæ*, sic enim dictus est pater Petri. Iohanna verò interpretatur gratia dei, & Petrus filiꝰ fuit gratiæ Saluatoris T*u vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus* Cephas idẽ est quod caput vel capitaneꝰ, & idẽ significat Petrus vno modo. Alio modo Petrus dicitur quasi firmus, à Petra. Dicit ergo Saluator, ℣ Simon iste vocabitur Cephas, quia futurus fuit prin- Mat.10.
ceps apostolorum. Postmodum verò cum dixit Petrus ad Iesum, Tu es Christus filius dei viui: audiuit à Christo. Tu es Marci.3.
Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam ¶ Ve Lucæ.6.
rum quoniã apud Marcum Lucã scribitur, Iesus Simonẽ fratrem Andreæ vocasse Petrum in electione apostolorũ, ideo C
aliqui dubitant, an Christus hac vici imposuit Simoni nomẽ istud vel imponẽdum prædixit, & dicunt quòd si modo imposuit, tunc posterior impositio fuisset cõfirmatio præcedentis. Videtur autem dici posse, quod nunc imposuit sibi nomẽ Cephæ, & per consequens nomen Petri, secundum vnam significationem nominis Petri, & postea secundum aliã. Vel nunc propter gratiam futuram, postea propter gratiam tunc præsentem. Hæc enim mutatio nominũ, variationem status, & proprietatem gratiæ designauit I*n crastinum autem* id est, die sequenti post collocutionem Iesu & Andreæ ac Petri. V*oluit Iesus exire* à loco prope Iordanem, I*n Galilæam*

D redeundo ad matrẽ suam in Nazareth, Et *inuenit Philippum* non illum de quo in actibus Apostolorum multa leguntur, qui & Simonem Magum cõuertit, & vnus fuit de septẽ diaconis, sed Philippum qui postea factus fuit Apostolus. Inuenit autẽ eum non improuise aut casualiter, sed sic iter suum direxit, sicque Philippum ad sibi obuiandum induxit, quod electum in Apostolum sanctum Philippum cito inuenit. Et *dicit ei Iesus, sequere me* fide, affectu & opere ac corporis gressu. Non mirum, si verba seu sermo Christi tãtæ virtutis erant ꝙ exterioribus sensibus immutatis, etiam animas poterant immutare atque attrahere. Qui enim foris sonabat, intus mouebat, & quoniam deus verus fuit, in voluntatẽ aliorum potuit agere immediate, illam pro libitu afficiendo ac immutando. Hinc est quod quidam Apostolorum ad vnam vocem Christi, ipsum sequuti sunt. Ex quibus patet insania Porphyrij ac Iuliani redarguentium apostolos de animi leuitate, ꝙ Christo vocante eum sequuti sunt: quasi liceret quĕlibet vocantem imitari. E *rat autem Philippus* (oriundus) *à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri* i. de qua hi duo nati fuerũt. Bethsaida autem fuit vrbs Galilææ. *Inuenit Philippus Nathanael fratrem suum* carnalem, quemadmodum dictum est de Andrea, quòd Christo audito, accensus zelo salutis fraternæ, quæsiuit & repperit Petrum, eumque adduxit ad Iesum, ita nunc legitur de Philippo. Et *dicit Philippus ei*, videlicet Nathanaeli.

De discipulorum sequela Christi.

E

¶ Quæritur si Philippus continuò sequebatur Iesum, vbi vel quomodo quæsiuit ac repperit fratrem suum? Ad hoc facile est respondere, fortè enim repperit eum nõ longe à via, qua iuit cum Iesu vel alio die. *Quem scripsit Moses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph* (putatiuum natũ) *à Nazareth* ex parte matris, & quia conceptus fuit in Nazareth, quauuis sit natus in Bethlehem. Hæc verba Philippi plena sunt sensu. Itaque ait, quem scripsit in lege, id est, eum, de quo Moses scripsit in Pentateuco, & de quo scripserunt prophetæ, inuenimus ego aliique discipuli Iohannis Baptistæ. Fertur enim quod Petrus quoque & Philippus fuerunt Iohannis discipuli Iesum hunc inuenerunt, non vtique à casu, nec propria industria vel virtute, sed Iohanne Baptista monstrante, & Christo se eis ostendente. Porrò Moses inscripsit de Christo dupliciter. Vno modo verba aliorum narrando, quemadmodum in Genesi prædixit Iacob, Non auferetur

F

Deut. 18.

Gene. 49.

retur (inquit) sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Et iterum, Salutare tuum expectabo domine. Alibi quoque scribit deum dixisse ad Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Secundo, de ipso Christo prophetando, vt quum ait in Deuteronomio, Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris tanquam me ipsum audietis. Quod autem prophetæ scripserunt de Christo non oportet speciali testimonio comprobare, quum certum sit etiam secundum Iudæorum magistros, quod omnes prophetæ loquuti sint super dies Messiæ. Propter quod in Actis Apostolorum Petrus testatur, Omnes prophetæ à Samuel & deinceps, annunciauerunt dies istos, videlicet tempus gratiæ Christi. Hinc Christus dicit in Luca, Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me, in lege & prophetis & psalmis. Præterea si Philippus fuit discipulus Iohannis, vel eruditus in prophetis, vel satis illustratus à spiritu sancto, tunc nouit Iesum, quem credidit Christum, non esse filium Ioseph sponsi Mariæ, sed loquebatur secundũ opinionem vulgi. Probabile enim est, ꝙ præcursor docuit suos discipulos, Iesum Christum esse virginis filium. Si verò nondum illuminatus fuit, aliquo horum modorum, putauit sicut & cæteri, quòd Iesus esset conceptus de viro. Nec mirum si ignorasset Christum esse filium virginis, cum Iohannes Euãgelista vsque post resurrectionẽ Christi nesciret, quod Christus resurrecturus fuit à mortuis, imò apostoli cõmuniter ignorauerunt, quod occidendus esset ab impiis, quum tamen prophetæ hoc apertissimè prænunciauerint. Et *dixit ei Nathanael, à Nazareth potest aliqui boni esse?* Non est certum an verba ista loquuutus sit Nathanael, asserendo, vel dubitano, vel abnegando. Augustinus enim sentit, quod dixit hæc verba assertiue, tanquam diceret, vtique à Nazareth Christum venisse, non est incredibile, aliter secundum Augustinum, Christus non commodasset Nathanaelem, dicendo, Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Et ad hoc potest adduci, quod Nathanael fuit excellens doctor in lege, & ergo nouit Esaiã dixisse, quoniã Nazaræus vocabitur. Vbi enim nostra translatio habet in Esaia, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, hebraica veritas continet, Egredietur virga de radice Iesse, & nazaræus de radice eius ascẽdet. Chrysostomus verò tenet oppositum, dicens, quod Na-

A

Gen. 49.

Gene. 22.

Deut. 18.

Acto. 3.

Luc. 24.

B

Iohã. 20.

Luc. 18.

C

August.

Esa. 11.

Chrysost.

D thanael dixit hæc negatiue, quoniam sciuit scriptum in Mi-
Mich.5. chæa quòd nasceretur in Bethleem. Alij dicunt, quòd protu-
lit verba ista dubitatiue, habẽs argumẽta pro parte vtraque.
Puto autẽ quod dixit hæc cum quadam admiratione, cupiens
plenius certificari, tanquam diceret, Mirum est de ciuitate il
la, tam vili & modica, ortus sit Christus rex Israel, Ideo sub-
ditur. *Dicit ei Philippus, veni & vide*, i. nolo vt meis verbis
nudis fidem adhibeas absolute, sed accede ad Iesum, & tunc
experieris qualis & quãtus sit, sciesq; me vera dixisse. *Vidit
Iesus Nathanael venientem ad se*, cum Philippo qui eum addu-
xit, *Et dicit* astantibus de eo, audiente ipso Nathanael, qui
tantæ perfectionis fuit quòd Christus nouit sibi non obesse,
quod laudaret ipsum in sua præsentia. Pronis verò ad vanita-
tem, non expedit laus. *Ecce vere Israelita*, hoc est, non solum
nomine sed re, seu proprietate & gratia filius Israelis. i. Ia-
E cob patriarchæ, qui alio nomine appellatus est Israel, hoc est
Gene.32. Nathanael iste non solum est filius Iacob secundum carnem
& nuncupationem, sed etiam secundum fidem, sapiẽtiam, &
virtutum sublimitatem. Israel, interpretatur vir videns deum
Quoniam ergo Nathanael imitatus est beatissimum patriar-
cham Iacob, deum fideliter contemplando, mysteria Christi
sapienter intelligendo, & conuersationem virtuosam ducen-
do, meritò dicitur verè & verus Israelita. Est autem & alius
Israelita secundum carnis originem solum, vel secundum li-
2.Cor.3. teram quæ occidit, de quo dicit Apostolus, Videte Israel secũ
2.Cor.10. dum carnem. De vero autem & spirituali Israelita disseruit,
F Pax super illos, & super Israel dei. Denique sicut iuxta do-
Galat. 6. ctrinam apostoli ad Romanos & Galatas, quidam sunt filij
Rom.9. Abrahæ secundum carnem, qui non reputantur in semine,
Gal.4. qui non sunt digni vocari filij Abrahæ. quod verum est de
filiis secundum carnem duntaxat, puta Iudæis incredulis &
peruersis. Alij verò sunt filij Abrahæ, spirituales, per fidei
imitationem, qui dicuntur verè filij Abrahæ seu Abrahelitæ,
quales sunt omnes gentiles, electi tempore gratiæ. Sic qui-
dam sunt filij Israel secundum carnem tantummodo, qui non
sunt verè Israelitæ. Alij autem secundum fidem & gratiam,
qui sunt verè Israelitæ, videlicet omnes electi, deum fide for
mata ac lucida intuentes. Electi quoq; Iudæi sunt filij Abra-
hæ, & Iacob seu Israel, secũdum carnem & spiritualem imi-
tationẽ. Inter quos vnus de præcipuis fuit fœlix iste Natha-
nael,

nael, cui tam singulare atque magnificum testimonium per- A
hibuit filius dei. Vnde & subditur, *In quo dolus non est*. De
Christo testati sunt, Esaias & Petrus, Quod non est inuen- Esa.53.
tus dolus in ore eius. Quãtus ergo fuit iste Nathanael, quẽ 1.Pet.2.
Christus eisdem verbis laudauit, quibus ipse prophetico fuit
ore laudatus, apostolicoq; laudãdus? Non itaque fuit fraus,
simulatio, hypocrisis, circunuentio in isto Nathanael, sicut Iob.36.
communiter in aliis scribis. Nouerat quippe sanctus Natha- Esa. 32.
nael, quòd simulatores & callidi pronocant iram dei. Et ꝙ Mala.1.
teste Esaia, fraudulẽti vasa sint pessima: imò quod iuxta Ma- Psal.5.
lachiam prophetam, Maledictus dolosus. Siquidem virum
sanguinum & dolosum abominabitur dominus. *Et dicit ei
Nathanael, Vnde me nosti?* Non solum secundum faciem, sed B
insuper secundum interiora mea, & secũdum cordis mei sim
plicitatem, atque propositũ. Fortè Nathanael putauit se nũ-
quam visum à Iesu, corporali intuitu, & forsa sic erat. Ve-
rùm audiens Christum de sua interiori dispositione ea asse-
rere, de quibus ipse conscius sibi fuit, miratus est, dicens, Vn-
de me nosti, id est, quis tibi hæc reuelauit de me? Nam quis
scit quid agatur in homine, nisi spiritus eius, & deus & illu-
minatus à deo? *Respondit Iesus & dixit ei, Priusquam te Phi-
lippus vocaret*, vt venires ad me, *Cum esses sub ficu*, vbi te
Philippus inuenit alloquutusque fuit, dicendo me esse Mes- 1.Cor.2.
siam, à Mose & prophetis prænunciatum, *Vidi*, id est, co-
gnoui te, & secreta cordis tui perspexi. *Respõdit ei Nathanael
& ait, Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel*, id est, ex istis si-
gnis agnosco, quòd sis Christus rex Israeliticæ plebis. Nam C
cordium secreta & absentium verba nullo narrante cogno-
scere, eos quoque & facta eorũ spiritualiter cernere tã per-
fectè qui corporaliter non videntur, deo est proprium. Idcir
co profiteor te filium dei, & regem Israel, id est, deum & ho
minem. Sciuit nanque Nathanael quod Christus non vidit
eum sub ficu oculo corporali, nec verba eius atque Philippi
audiuit auribus corporis: sciuit quoque quòd nemo nuncia-
uit ea CHRISTO, idcirco auditis verbis Christi, confes-
sus est quòd esset filius dei. Quidam dicit quòd iste Natha-
nael, dicẽdo Iesum esse filiũ dei, intellexit hoc de filiatione
adoptiua per gratiã excellentẽ, ita quòd diuinitatem Christi
non videtur intellexisse. Item quòd dicẽdo, Tu es rex Israel,
existimauit eum tẽporaliter regnaturũ, sicut cõmuniter opi-

D nantur Iudæi. Sed si Nathanael tam inconuenienter, imò & falsè sensisset de Christo, nequaquā meruisset audire à Christo, Ecce verè Israelita in quo dolus non est, tunc enim fuisset carnalis Israelita, aliosque decipiens, docendo de Christo futuro, quòd esset purus homo, & rex tēporaliter regnaturus. Fuit enim legis doctor. Denique cum fuerit valens legis doctor, atque eximius secundum Bedam, scrutabatur scripturas de Christo. Quoniam ergo prophetæ manifestè describunt Christi diuinitatem, vt cum ait Hieremias, Hoc est nomen, quod vocabunt eum, dominus iustus noster. In Hebræo autem habetur nomen domini tetragrammaton, quod non conuenit nisi vero deo. Et Esaias, Vocabitur (inquit) nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Describunt quoque primum Christi aduentum ab omnimoda paupertate, dicente Zacharia, Ecce rex tuus venit tibi māsuetus, ipse pauper. Et Hieremia, Quare quasi colonus venturus es in terra? Hinc igitur nō est verisimile, ꝙ Nathanael existimauit Messiam purum hominem, atque temporaliter regnaturum, sicut nunc somniant obtenebrati Iudæi. Argumentum autem illius quo arguit, quòd si Nathanael credidisset eum esse filium dei naturalem non dixisset, Tu es rex Israel, sed totius mundi, non conuincit nec apparētiam habet: præsertim cum in Esaia etiam deus secundum naturam deitatis frequēter dicatur rex Iacob seu Israel. Vnde in Esaia dicitur in persona Israelitici populi, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Quod ad literam dictum est de Christo filio dei. ¶ Quanuis enim sit omnium rex, tamen specialiter appellatur rex Israel. Primò, quoniam ex semine regum Israel natus. Secundò quia populo illi specialiter promissus ac missus: quemadmodum ait, Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Ideo in Zacharia habetur, Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus: non ait, rex totius mundi, sed rex tuus. Et quid est, rex, tuus, nisi rex Israel? *Respondit Iesus & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu,* secundum sensum iam explanatum. *Credis* me filium dei, & regem Israel. *Maius his*, id est, signum euidentius meæ diuinitatis, *Videbis*, quàm sint duo signa prædicta, videlicet, quòd te vocaui verè Israelitam dolo carentem: & quod dixi me te vidisse sub ficu. Nam cæteris prophetis sæpe concessum

Beda.
Hier. 35.
Esa. 9.
E
Zacha. 9.
Hier. 14.
Esa. 33.
F
Zach. 9.
Mat. 15.

A gessum est deo illustrante, quòd interiorem hominum dispositionem, actusque exteriores, certitudinaliter cognouerūt. Discipuli autem postea viderunt signa diuinitatis CHRISTI, multo maiora, vt erat suscitatio mortuorum, obscuratio solis tempore passionis, ingressus Christi in conclaue ianuis clausis, ascensio Saluatoris, & missio spiritus sancti. Specialiter verò subiungitur, de vno signo maiori. *Et dixit ei Iesus, Amen amen dico vobis*, videlicet tibi Nathanael & fratri tuo Philippo. *Videbetis cælum apertum*, non per scissuram aut diuisionem, vel aliquam corruptionem, cum corpora celestia sint naturaliter incorruptibilia, sed per aliquam refulgentiam lucis, ob quam cælum, quasi apertum apparet, vt in choruscatione: vel dicitur cælum apertum, propter exitum ciuium supernorum. *Et angelos dei ascendentes & descendentes* in corporibus assumptis, in quibus videri dicuntur, cum in propria natura incorporei, inuisibilesque consistant *Supra filium hominis*, quasi ad eius famulatū parati. Sed vbi viderunt istud discipuli? Dicendum in ascensione, quando cum Christo multi angeli ascenderunt, quorum duo astiterunt discipulis, dicentes, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Multa quoque fecit Christus miracula, & diuersæ circa ipsum visiones apparuerunt, quæ non sunt ab aliquo euangelistarum descripta. Circa præinducta monemur aduertere dispensationem sapientiæ dei in electione apostolorū, quomodo Christus sapientia patris, attingens à fine vsque in finem fortiter, & disponens vniuersa suauiter, potius elegit Petrum, Andream, Philippum, & alios idiotas in apostolos, quàm Nicodemū & Nathanael, qui erant doctores & legisperiti: ne prædicatio euangelicæ legis, videretur virtute humanæ sapientiæ, seu authoritate magnatum inualuisse. Nam teste apostolo, quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes. Item ne propter excellentiam suam viderētur ad gratiam apostolatus promoti.

Mat. 9.
Marci. 5.
Lucæ. 7.
Iohan. 11.
Mat. 27.
Lucæ. 24.
Mar. 16.
Act. 1.
Acto. 2.
B
Acto. 1.
C
1. Cor. 1.
Sapien. 8.
1. Cor. 1.

¶ Explanatio secundi capituli.

Et tertia die nuptiæ factæ sunt.

ARTICVLVS VII.

Christi

D Hristi miraculum subinde describitur, quo conuertit aquam in vinum. *Et tertia die nuptiæ factæ sunt in Chana* (villa) *Galilææ*. Qui
C dam exponunt hanc tertiã diem, de die sequente vocationẽ Philippi & Nathanaelis.
Sed obuiat, quòd secũdum patres sanctos communiter credi
Mat.4. tur, quòd Christus eodem die quo baptizatus est, cõuertit a-
Marci.1. quam in vinum, anno vno elapso. Vocatio autem prædicto-
Lucæ. 4. rum discipulorum facta est statim post reditum Christi à deserto, in quod fuit ingressus statim suscepto baptismo. Propterea alii sic exponunt, Tertia die, id est, die qui post dies prædictos tertio loco exprimitur. *Et erat mater Iesu ibi*, vi-
Hiero. delicet, inuitata atq; profecta ad nuptias istas. Hieronymus
E enim sentit quòd sponsus fuit Iohãnes Euangelista, filius sororis beatissimæ virginis, genitricisque Christi. Sicque mater Iesu iuit ad nuptias sui nepotis, *Vocatus est autem* id est, reuerenter inuitatus, *Et Iesus & discipuli eius*, qui iam cœperant eius magisterio adherere, partim propter testimoniũ Iohannis Baptistæ, & partim propter sapientiam & sanctitatem, efficaciamque verborum domini Iesu. Itemque propter signa eius occulta, quemadmodum in præcedẽti capitulo dictum est de Nathanael quòd credidit Iesum esse Christum filium dei, quoniam arcana sui cordis, & gesta, ac verba sua, in absentia Christi parata ac dicta, ipse Christus manifestauit ipsi Nathanael. *Ad nuptias* quibus Christus interesse di-
Iohan.1. gnatus est. Primò, vt laudabilem consuetudinem, quæ habet
F vim legis, qua cõsanguinei & vicini tendũt ad nuptias cognatorum, ac vicinorum suorum approbaret. Secũdò, vt demonstrat nuptias esse licitas atq; diuinitus institutas, cuius contrariũ Tatianus & Martianus hæretici, affirmabãt, dicentes, quòd essent malæ, & à diabolo traditæ. Tertiò, vt occasione futuri defectus operaretur miraculum, ad proprię maiestatis declarationem, & discipulorum suorum confirmationem. Quarto (vt dicitur) quatenus nepotem suum Iohanné à statu coniugali, ad statum sublimiorem vocaret: vnde & pro lege seruatur, vt vterque cõiugum liberè possit religionem intrate, matrimonio nondum consummato, videlicet ante cõiunctionem maritalem. *Et deficiente vino* vel quia totum fuerat epotatum, vel quia parum remansit, ita quod mox vinum omnino deesset, & sponsus de inopia cõfundẽdus existeret.

Dixit

Dixit mater Iesu ad eum, Vinum non habent ad sufficientiã spõ A
sus & sponsa, ad erogandum, & alii ad bibendum. Compassa est enim verecundiæ sponsi ac sponsæ, atque penurię, seu indigentiæ conuescentium, piissima, affectuosissima atque dulcissima virgo, & si illorum corporali inopiæ condolebat & succurrebat, etiam non rogata, quãto magis nostrę spirituali indigentiæ compatietur, auxiliumque præbebit, si fuerit fideliter inuocata? quod vtique facit vbertim nondum petita. Porrò, cum pudicissima, ac prudentissima esset, paucissimis vsa est verbis, & in voluntate filii, ac domini sui relinquens, quid agere vellet. De cuius bonitate & charitate eatenus cõ fidebat, quòd sciuit desiderium suum, ac precem non ab illo repelli posse. Quo docemur, causam & indigẽtiam nostram, B
superioribus nostris simpliciter atque modestè insinuare, & in eorum potestate quid faciendum sit relinquere. *Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier?* Quoniam dura videtur ista responsio, Manichæus dixit, quòd CHRISTVS non fuit verus filius Mariæ, nec habens corpus verum, sed phantasticum. Quod si ita se haberet, non subderet Euangelista. Dicit mater eius ministris. Cur ergo loquitur ita? Nunquid, quoniam verba Mariæ reprehensibilia erant, quam scimus nec mortaliter, nec venialiter vnquam peccasse. Non vtique. Denique si reprehensibiliter est locuta, cur filius eius mox fecit, quòd ipsa petiuit? Sed loquitur sic docens nos, ne habeamus affectum nimis carnalem, & mollem ad carnales parentes. Exponitur autem locus iste dupliciter. C
Primò, secundum Augustinum hoc modo, Quid mihi & ti- August.
bi est mulier, id est, nihil commune est mihi & tibi, cuius virtute conueniat mihi miracula facere, quia istud conuenit mihi ratione diuinæ naturæ, quàm non sumpsi ex te. Ideo quantum ad hoc, videlicet ad facienda opera supernaturalia, non teneor tibi parere. *Nondum venit hora mea*, id Iohan.16.
est, tempus persecutionis & passionis, in quo agam & patiar, quæ mihi conuenunt ratione naturæ ex te sumptæ, & tunc ero solicitus de te, committendo te discipulo prædilecto. Sed ista expositio videtur satis obscura. Secundò ergo exponitur secundum Chrysostomum, Quid mihi & tibi est Chryso.
mulier, id est, in isto quod petis à me fieri, non conuenis mecum quantum ad determinatam horam faciendi miraculum, nec est tibi mecum commune scire horam huiusmodi.

Nondum

Universidad de Deusto Biblioteca

D Nondum venit hora mea, id est, adhuc non est tempus facié di miraculum, mutationis aquæ in vinum, seu alio modo supernaturaliter prouidendi de vino sufficienti. Virgo nanque beata secundum Chrysostomũ, timens de futuro defectu vini & verecundia sponsi, optauit vt Iesus prouideret de vino sufficienti antequam vinũ residuum ebiberetur. Christus verò sciuit hoc nõ expedire, quia tunc miraculum fuisset minus notum & gratum. Quoniam ergo voluit suam diuinitatem ostẽdere, discipulorumq; fidẽ roborare, expectauit quousq; nihil de vino permãsit: quo facto, miraculum prouisionis de vino fuit magis gratum vescẽtibus, magis quoq; manifestum præsentibus. Hæc expositio videtur aliquid ambiguitatis cõtinere. Maria enim absolute dixit ad Iesum, vinũ non habẽt.
E Vnde dubium est, si aliquid vini superfuit. Propter q̃ videtur & sic exponi posse. Expositiones tamen prætactas nequaquã redarguo. Quid mihi & tibi est mulier. i. quid ad nos duos, qui pauperes sumus, & temporalium rerum solicitudinẽ non habemus, intãtum pertinet prouidere istis de vino? Nondum venit hora mea, id est, necdum impletum est tempus vt manifestè, ac passim agam miracula. Quanuis enim Christus ante incarcerationẽ Iohannis Baptistę prædicauit, baptizauit saltem suos apostolos, & alios per illos, atq; miracula aliqua fecit: hoc tamen non fecit vbertim, manifestè & passim, sed raro & coram paucis. Propter quod Matthæus, Marcus & Lucas talia omiserũt, incipientes ab operibus Christi, & doctrinis post incarcerationem Iohannis inceptis, prout manifestè
F patet in Matthęo, & Marco & Lucą. *Dicit mater eius ministris*
Mat. 4. qui potũ præbebant edẽtibus. *Quodcunq; dixerit vobis* (filius
Marci. 1. meus Iesus) *facite* Certissima equidẽ fuit amabilissima virgo,
Lucæ. 3. se tantũ amari, ac honorari ab vnico pignore ventris sui, à dilecto suo, à dilecto vteri sui, à dilecto votorũ suorum, à quo nunquam aliquid austeritatis, vel repulsæ fuit experta, quod incunstanter ageret id, quod ipsa suggessit. Non enim accepit verba eius quasi increpatorie dicta, quia & quod ait, Mulier, non sonat dure secundum idioma Hebræum, in quo omnis persona fœminei sexus mulier appellatur. *Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ*, id est, vrnæ seu vasa pro receptione aquæ apta. *Secundum purificationem Iudæorum*, id est, secundum consuetudinem, ritum seu obseruationem, quã habebant Iudæi in purificando, seu lauando seipsos & vtensilia sua: quoniam aliquam

A aliquam immunditiam incurrebant secundum legem, vel secundum seniorum suorum traditionem. Habebant enim cõsuetudinem ex traditione seniorum frequenter lauandi manus, & vasa, ac cætera multa. Propter quod positæ erant ibi hydriæ, vt haberent aquã in promptu. Vnde apud Marcum Marc. 7. legitur, Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus non manducant, tenẽtes traditionẽ seniorum. Et à foro nisi baptizentur nõ commedunt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum, & æramentorum & lectorum, *Capientes singulæ*, id est, quælibet hydria capiebat, *Metretas*, id est, mensuras decem sextariorum *Binas vel ternas* Secundum Isidorũ metreta est mensura continens decẽ sextarios. Sextarius verò cõtinet duas Isidorus. libras. *Dicit eis* (puta ministris) *Iesus implete hydrias aqua* Fortasis aliquid aquæ erat in hydriis, sed nõ erãt repletæ, quia B fortassis aliquid inde fuit sublatũ, pro lotione vasorũ discũbentium. *Et impleuerunt eas vsque ad summum* earum ita q̃ plus capere non valebant, *Et dicit eis Iesus, haurite*, id est, vinum de hydriis sumite *Nunc* quoniam diuina virtute, iam in instanti, conuersa est aqua in vinum *Et ferte*, id est, de vino isto portate. *Architriclino* Triclinium est locus, seu domus sublimata, secundum Bedam, trino discumbentiũ ordine distincta, videlicet in quo sunt tres ordines mensarũ: Architriclinus verò nominatur principalis inter conuiuas vel Beda. dispensator, ac ordinator conuiuij. Iuxta Chrysostomũ, voluit Christus vt ei primo vinum istud præberetur gustandũ. Primò, quia vnusquisq; honorandus est secundum exigẽtiam C gradus atq; officij sui. Secundò, quoniam Architriclini iudicio, magis credebatur ab omnib⁹. Tertiò, quia fortassis Architriclinus propter curã suam in dispositione conuiuij, parum comedit ac bibit, sicq; propter sobrietatẽ suam, aptior fuit aliis ad iudicandum de valore vini. *Et tulerunt* ministri vinum ad Architriclinum. *Vt autem*, id est, postq̃ *Gustauit Architriclinus aquã vinũ factum* i. vinũ in quod aqua fuit conuersa: ex aqua enim fuerat factũ hoc vinũ, quasi ex causa materiali, forma aquæ corrupta *Et non sciebat* Architriclinus *Vnde esset* i. à quo adductũ esset tam nobile vinum, *Ministri autem sciebãt* (vnde esset) *qui hauserant aquam* in hydrias fusam atque in vinum mutatã. *Vocat sponsum Architriclinus* (vt arguat eum) & *dicit, Omnis homo primũ vinum bonũ ponit, &*

cum

D *cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est.* Distributio ista non intelligenda simpliciter, de vniuersis hominibus, quia nec omnis homo habet vinũ, nec omnis homo habens vinũ ponit illud ante alios, nec omnis qui ponit ante alios vinum bonum, ponit bibẽtibus, inebriatis vinum deterius. Est ergo distributio accommoda & sermo secundũ consuetudinẽ loquẽs, vt sit sensus. Omnis homo ponẽs vinũ ante alios, primum, id est, in principio potationis, & antequam aliud vinum ponat, bonum vinum ponit dummodo humanè, prudẽter & rationabiliter agat, id est, saporosum, & clarum vinũ ponit coram bibentibus, ne reprehẽdatur ab illis de malitia vini: in principio enim epulationis, sunt homines apti ad di-
E scernendum de vini valore. Et cũ inebriati fuerint, conuiuãtes, tunc omnis homo ponit id quod deterius est, id est, villũ vinum. Quia sensus gustus est viuacior in sobrio, q̃ in ebrio. Si autem quis ponat vinũ deterius ante inebriatos, vt inordinatum lucrũ sectetur, ebriosq̃ decipiat, sumendo tantã pecuniã pro vino deteriori, sicut pro meliori, non excusaret à culpa. Si verò sic faciat ad præcauendum ampliorem bibẽtium ebrietatem, nec quærat superfluum preciũ ꝓ vino, non facit male. *Tu autem seruasti bonũ vinũ vsque adhuc*, hoc est, contra laudabilem consuetudinẽ hoc fecisti, & meruisti re-
Deu.32. dargui. Sic enim putauit Architriclinus. Vnde perpenditur quòd vinum istud peroptimum fuit. Opera quippe Christi
F erant perfecta. Nam quos sanauit corporalier, sanauit & spiritualiter. Et in cæteris actibus Christi fuit eminentia quædam, ita ꝓ terminabantur ad aliquid perfectius, quàm possit natura producere. Propterea hæc supernaturalis mutatio aquæ, terminabatur ad vinum præualidum. *Hoc fecit initium signorum Iesus*, id est, prædicta mutatio aquæ in vinum fuit primum miraculum Christi, quod fecit in carne factumque est. In *Chana* quæ est villa Galilææ, Et *manifestauit*, id est, aliis notificauit *Gloriam suam*, id est excellentiam, vel omnipotentiã, seu diuinitatẽ suam in carne latentẽ. ¶ Quæri-
Lucæ. 2. tur an mutatio aquę in vinum fuit primum miraculum facto
Matt.2. à saluatore. Et apparet primo, quòd nõ per ea quæ in Euangelio Nazaræorum, & in libro de infanitia saluatoris scribitur. Secundò, Nam Christus miraculose exiuit de vtero virginis. Dicitur quoq; apparuisse tribus Magis in somnis, admonuisseq; eos vt per aliam viam reuerterẽtur in terrã suã.

Denique

Denique in præcedẽti capitulo patuit, quod prædixit Petro A
prophetice, Tu vocaberis Cephas. Philippum quoq; super- Iohan.1.
naturaliter intus attraxit vt sequeretur se. Et Nathanael cõfessus est Iesum esse filiũ dei, propter duo signa. Primo, quoniam secreta cordis sui cognouit. Secundò, quoniã absentis verba cognouit & dixit, Antequam Philippus vocaret te, cũ esses sub arbore fici, vidi te: eiq; prophetãdo prædixit, Videbitis angelos dei ascendentes & descendentes super filiũ hominis quæ omnia erant supra naturam, & secundum Apostolum prophetiæ in signum sunt infidelibus. Ieiunauit quoq; 1.Cor.14.
Saluator quadraginta diebus & noctibus, nihil prorsus mãducans Sed & in Luca habetur, quòd Iesus cũ esset annorũ Matt.4.
duodecim sedit in medio doctorũ interrogans illos & au- Lucæ.4.
diens, cũ tamen literas non didicerit. Et tam sapienter respõdit, vt asserit Euangelista, vt stuperent omnes super prudentia, & responsis eius. Ad hanc quæstionem dicendũ, ꝓ pote B
stas faciẽdi miracula inerat Christo à principio suę incarnationis. Cum autem asserit Euangelista Iohannes, prædictum opus fuisse initium signorum domini Iesu, non est sic intelligendum quòd Christus non habuit, nec egit aliquẽ actum supernaturalẽ ante hoc signum: sed quod non fecit in aliis rebus opera supernaturalia, per seipsum immediate, quibus ratio miraculi proprie sumpti conueniat, videlicet prout miraculum dicit quid manifestatiuum. Miraculum quippe sic debet esse opus euidens, valens ad fidei cõfirmationẽ Propterquod patet ad argumenta solutio. Liber autẽ de infantia saluatoris reprobatur in decreto Gelasij papæ, tanquã ab hæ- C
reticis editus & confictus, Similiter. Euãgelium Nazaræorũ inter falsa à doctoribus cõputatur. ¶ Circa moralisationẽ Euangelij huius multa pulcherrima posuit Augustinus, nec tanta dicta sunt, quin plura dici possint. Fit enim mentio in scripturis de multiplicib⁹ nuptiis, scilicet carnalibus, quę dũ legitime fiunt, sacramẽtales dicuntur & in ecclesia celebrãtur. Secundò, de nuptiis spiritualibus, quæ duplices sunt, vi- August.
delicet verbi cum humana natura, quæ dicuntur nuptiæ incarnationis, celebratæq; in vtero virginis, Vnde & dicitur, Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Et item Christi cum militanti ecclesia. quæ secundum apostolum est Psal.18.
Christi spõsa, quæ dicuntur nuptiæ spiritualis coniunctio- Ephesi.5.
nis, celebranturq; in cubili conscientiæ purioris. Tertio, de

nuptiis

D nuptiis beatificæ fruitionis, quæ dicunt æternales, & celebrantur in palatio maiestatis. Vnde habetur in Apocalypsi,
Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt. Celebremus ergo spirituales nuptias in conscientia nostra, vniẽdo & intime copulando animas nostras verbo, seu filio dei, spõso animarum sanctarum qui ait per Oseam, Sponsabo te mihi in
Osee. 2. fide: vt animæ nostræ fœcundentur & impregnẽtur cœlesti semine, id est, lumine gratiæ copiosæ, quatenꝰ indesignẽter producant fructus spirituales, seu actus virtuosos. Si hoc faci mus, celebramus nuptias in Chana Galilææ, hoc est, in zelo transmigrationis, seu desiderio eundi, ac peruenienti ad nuptias æternales. Chana enim zelus, Galilæa autẽ trasmigra-
E tio interpretatur. Debemus igitur zelum feruentem habere transmigrandi de via ad patriã, de exilio isto ad paradisum cœlestem. ¶ Porrò celebrãdo has nuptias, aderit mater Iesu dulcis & mitis Maria, tunc vocabimus magno feruore potius quàm oris clamore Iesum, non quasi absentem cum ipse sit sponsus, sed quasi nondum perfectè præsentem, atq; per specie apparentẽ Rogabimus itaq; eũ vt de his nuptiis imperfectis, interruptis & suspiriosis, perducat nos ad nuptias consummatas, continuas, gaudio plenas. Vbi non est desiderium boni futuri quoad præmium essentiale, sed perfectissimus amor præsentis. O quã libenter & quàm superlibẽter celebrat Christꝰ modo in anima deuota nuptias spirituales.
Prou. 8. Ipse nempe est qui ait per Salomonẽ in Prouerbiis, Delitiæ
Prouer. 3. meæ esse cum filiis hominum. Et in Apocalypsi, Ego sto ad
F ostiũ & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cũ
Cantic. 5. illo, & ipse mecum. Dicat ergo anima nostra Christo spõso
Canti. 7. cœlesti, illud Canticorum, Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorũ suorum. Et illud Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Poma ista sunt sancta desideria patriæ, feruidi motus in deum, cõtẽplationes syncereæ cœlestium, quibus certum est Christum præcipue delectari. Quemadmodum autẽ in nuptiis illis corporalibus, deficiente vino dixit mater Iesu ad eum, vinũ nõ habẽt: sic in præmemoratis animæ nuptiis, deficiẽte vino, hoc est, spirituali cõsolatione, deuotionis sapore, mystico intellectu, perfectionisq; gratia, aduocata, ac domina nostra intercedat pro nobis ad Christum, vt desideratam dulcedinis suæ præsentiam, consolationẽ internam, solidum cibum, stabilẽ puri-

puritatem nobis cõferre dignetur. Si autem fecerimus quod A
dixit virgo beata ministris, quodcunque inquiens dixerit vobis facite, tũc Iesus faciet nobis, quicquid mater eius pro nobis rogauerit. Per sex quoque lapideas hydrias, intelligo sex principales animæ vires, quarũ tres sunt in parte intellectiua, videlicet ratio, memoria, & voluntas. Et tres in parte sensitiua, scilicet appetitus cõcupiscibilis, irascibilis, & virtus cogitatiua, quæ dicitur à philosopho intellectus passiuus & ratio particularis. Iste quippe potentiæ sunt subiecta scientiæ, Aristote.
seu virtutum, idcirco implendæ sunt aquis scientiæ salutaris, & humore, ac rore virtutũ, vt omnes in suis actionibus ordinate se habeant, rationis censuram sequendo ne passiones appetitus concupiscibilis & irascibilis rationi repugnent & B
præualeant, sed sensualitas rationis imperio semper subiaceat. Tunc Christus conuertet has aquas in vinum, infundendo animæ septem dona spiritus sancti, cum exuberãtia quadam, ita vt ratio & voluntas quæ sunt subiecta septẽ donorum, sint prompte ac delectabiliter mobiles à spiritu sancto, præsertim in actibus theologicarum virtutum, in ordine ad vltimum finem, qui est beatitudo supernaturalis. Tunc per donum sapientiæ sortietur anima dulcem gustum in contẽplatione diuinorum & impellente eam amoris sancti feruo Cantic. 12
re, faciet corde prõptissimo, quicquid nouerit creatori placere, & pro eius reuerẽtia esse. Sic animalis homo fit spiri- Psal. 144.
tualis, introductus in cellam vinariam, atq; inebriatus vino Psal. 30.
spiritus sancti, ita vt memoriã abundantiæ suauitatis dei eructet, dicẽs, quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. C
Postremò post descriptionẽ miraculi preinducti, subdit Euãgelista. Et *crediderunt in eũ* puta in Iesum, *discipuli eius* qui secũ fuerunt vocati ad nuptias. Sed quoniã teste philosopho addiscẽtẽ oportet credere, & Esaias testatur, Nisi credideri Aristote.
tis non intelligetis constat ꝙ isti discipuli crediderũt Christo. sed non tã perfectè vt postea, viso tanto miraculo. Firmiter nãq; tunc crediderũt, quod missus esset à deo, & verã doctrinã, ac salutarẽ ꝓponeret, atq; diuina virtute operaretur in omnibus. An tamẽ credebãt explicite ꝙ esset deus verus Esaiæ. 7.
vnigenitus patris certũ nõ arbitror. *Post hæc*, videlicet post nuptiarũ in Chana factarũ, & prædicti miraculi perpetratio nẽ. *Descẽdit Capharnaũ* vrbẽ Galilææ metropolim atq; maritimã. *Ipse & mater eius, & frater eius* hoc est, consanguinei

f &

D & affines ex parte virgineę genitricis. Non enim fuerũt fi-
lij Mariæ, vt dixit infœlicissimus ille Heluidius hæreticus,
Iohan. 19. asserens Christo nato, matrem eius cogitam esse a Ioseph.
Aliqui verò dixerunt ꝙ erant filij Ioseph ex alia coniuge,
sed ꝓbabilius est quòd etiã Ioseph virgo fuit. Quia nõ de-
cuit tantam virginẽ, nisi à sponso virgine, à pudicissimo arq;
castissimo viro custoditi. Et iterũ, cũ Christus in cruce ere-
ctus, non commendauit matrẽ suã iam prouectę ætatis, nisi
discipulo virgini, verisimile est, quod iuuenculam non com-
misit custodiendam, nisi virgineo viro. Dicuntur itaque fra-
tres iuxta cõsuetudinem sacræ scripturæ, quæ sæpissime ho-
Gene. 13. mines eiusdem genealogię nominat fratres Sicut in Genesi
Gene. 29. Loth dicitur frater Abrahæ. Et Iacob dicitur frater Laban.
Gene. 25. Ismael quoque coram cunctis fratribus suis fertur obisse. Et
E Ioab dixit ad Amasam, salue mi frater Et *discipuli eius ibi*
2. Re. 20. *manserunt nõ multis diebus*, Causa huius habitationis insinua-
Mat. 4. tur in Matthęo quo scribitur, relicta ciuitate sua Nazareth,
Esaiæ. 9. venit & habitauit in ciuitate Capharnaum in finibus Zabu-
lon & Neptalim, vt impleretur quod dictum est per Esaiam
prophetam, Populus qui ambulat in tenebris vidit lucem
magnam, &c. Voluit quippe saluator maiestatẽ suam, paula-
tim manifestare, ideirco accessit ad vrbẽ suæ prouinciæ prin
cipalem, vbi à pluribus audiretur ac noscereturr. Et *prope e-
rat pascha* id est, paschalis solennitas, *Iudæorum, & ascendit
Hierosolymam Iesus* Non dubium quin secum ascenderũt, qui
Exod. 23. cum eo Capharnaum intrauerunt, videlicet mater eius, fra-
F tres atque discipuli. Cur ascendit Hierusalem? primo vt le-
gem impleret. Fuit enim præceptum in Exodo, vt omne ma
sculinum Iudæorum ter in anno appareret corã domino, in
loco quo licuit sacrificia fieri, scilicet in festo Paschæ, Pẽte-
costes, & tabernaculorum. Et licet interdum dispensabatur
cum longe habitantibus, quãtum ad vltimo duo festa, tamẽ
in festiuitate paschali maximè tenebãtur Iudæi legis præce-
ptum seruare. Secũdò, vt dicit Beda, vt sacrificia offerret, &
orationum vota persolueret, quemadmodum lex præcepit.
Beda. Tertio, vt futurorum hæreticorum dicentium legem Mosai
Leuit. 25. cam à diabolo traditam, errorem destrueret. Quarto, vt no-
Deut. 16. bis exemplum daret cum omni vigilantia cordis & reuerẽ-
tia, obediendi diuinis præceptis. Hoc ipsum quod Christus
filius dei deus incarnatus cum cęteris Hierosolymam tẽde-
ret in

ret in solennitate Paschali prædictum fuit per Zachariã di- A
centem, Hæc dicit dominus exercituũ. Vsquequo veniam po
puli, & vadant habitatores, vnusquisq; ad alterum dicentes,
Eamus & deprecemur faciem domini, vadã etiam ego & ve
nient populi multi, ad quærendum dominum exercituum in
Hierusalem. Hoc quod dicitur hic, vadam etiam ego nõ di-
citur in persona Zacharię prophetę, sed dei per ipsum loquẽ
tis, vt patet diligenter intuenti seriem textus. Ire autem non
cõpetit deo nisi ratione naturę assumptæ, ideo in his verbis
innuebat se dominus exercituũ incarnandum. Et quoniam
scripturæ veteris testamẽti loquũtur de deo mittẽte, & Chri
sto mittendo seu misso, quasi de distinctis personis, patet ꝙ
Moyses & prophetæ insinuauerũt personalem esse distincto- Matt. 21.
nem, in simplici deitate Et *inuenit Iesus in templo*, hoc est, in B
quodam anteriori atrio templi, vbi vulgus orabat, & doctio-
res docebant. Nõ in atrio sacerdotum continente altare ho Marc. 13.
locaustorum. *Vendentes boues & oues & columbas.* Sacerdotes Lucæ. 19.
enim cum essent auari, posuerunt in templo ministros suos,
vel alios, qui animalia immolatitia venderẽt, ne de longe ve
niẽtes possent se excusare ab immolatione animalium, pro-
pter difficultatem adducendi ea secũ ob prolixitatem itine
ris. Inuenit quoque Et *nummularios*, id est, campsores quos-
dam sedentes in templo. Ne enim pauperes se excusarẽt per
hoc, quod non haberent pecuniã ad emenda animalia requi
sitam: posuerunt sacerdotes in templo campsores, qui ęgenis
sub cautione accommodarẽt pecuniam. Et *cum fecissent quasi
flagellum de funiculis, omnes* (venditores præfatos) *eiecit ex
tẽplo* C
minando & expellendo eos cũ tali flagello. *Oues quoq;
& boues eiecit, & nummulariorum effundit æs*, id est, pecuniam
& mensas (super quas ponebantur pecuniæ) subuertit. Et *his
qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista* (animalia) *hinc, &
nolite facere domum patris mei* cœlestis ac naturalis *Domum
negotiationis* vendendo ibi animalia ista, quæ in foro solent
venundari. ¶ Satis mirandum videtur, quomodo Christo
hæc faciente, qui nondum miraculis multis coruscauit, ne-
que fama magna innotuit, nullus Iudæorum præsumpsit re-
sistere, Et respondendum, quod Iesus diuina sua virtute, po-
tuit corda eorum terrere quos alloquebatur. Potuit quo-
que ex vultu & oculis suis igneum splendidumque ac dei-
formem fulgorem, seu radios luciformes emittere, quo om-

D nes videntes eum, timore concussi sunt. Corpus enim suum fuit animæ suæ omnino subiectũ, ita ꝙ qualificabatur in vultu & corpore secundum imperium animæ. Sed & humanitas Christi erat instrumentum animatũ, coniunctum, ac propriũ deitatis vnitæ, quæ operabatur per illam vt voluit. Et quid miramur, si nunc nondum capiendus & occidendus, eiecit omnes flagello, qui postmodum mox capiendus & crucifigẽdus, solo verbo vniuersam cohortem armatam & ministros furentes, ac gladijs cinctos, prostrauit in terram. Nihilominus secũdum Origenem eiectio ista fuit magis miraculosa, quàm cõuersio aquæ in vinum. Quoniam ibi inanimata subseruit materia, hic verò tot milium compescuntur ingenia.

Ioan.18.
Origen.

Psal.86. E *Recordati sunt verò discipuli eius, quia scriptũ est* (in Psalmo in persona Christi) *Zelus domus tuæ*, id est, magna affectio honorandi templum tuum, ô pater *Comedit* (id est, spiritualiter absorbuit) *me* Et etiã zelus iste fuit occasio occisionis Christi, & ita comedit, id est, consumpsit, seu interfecit eum. Per hunc etenim zelum bis eiecit vendentes de templo. Semel in primo anno suæ prædicationis, vnde nunc sermo. Et in die Palmarum vt patet in Luca, per quod maximè offendit, odiumque incurrit sacerdotum, qui eum ex inuidia occiderunt. Zelus proprie sumptus est feruor quidam, seu intensa affectio ex amore procedẽs, per quem zelum homo conatur ea excludere quæ consecutionem boni optati impediũt.

Lucæ.19.

¶ Quemadmodum autẽ amor est duplex puta carnalis & spiritualis: sic duplez est zelus, videlicet, carnalis de quo dicit Apostolus, Cum sit inter vos zelus & cõtentio, nõne carnales estis vos? Et Psal. Neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. Alter est zelus spiritualis, diuin⁹, & charitatiuus, & quo nititur homo ea excludere, quæ diuino honori aut proximorũ cõtrariantur saluti. De quo Helias, Zelo (inquit) zelatus sum pro domino exercituũ. Hoc zelo zelat⁹ est Phinees, pugione perfodiens Zambri & Cosbi concũbentes pro quo meruit pactũ sacerdotii sempiterni. Hoc zelo accendi debemus, dei honorẽ, proximorum correctionẽ, iustitiæ obseruationẽ cordialiter affectantes, atque impedimenta eorum pro viribus dissipantes, Sed omnino oportet vt incipiat homo à semetipso totis præcordiis deum amans, & omni posse honorans, & tunc idem optet, ac procuret ab aliis fieri. Nam & zelus animarum est sacrificium acceptissimum deo.

F

1.Cor.3.
Psal.36.
3.Re.19.
Num.25.

¶ Præterea

¶ Præterea secundũ glosam zelus iste est feruor animi, quo mens abiecto humano timore, ꝑ defensione veritatis accenditur. Et secundum Augustinũ, Ille zelo domus dei comeditur, qui vniuersa mala quæ videt in ea, studet corrigere: quod si non potest, tolerat & gemit. Dum ergo discipuli viderũt Christum exercuisse hũc zelum pro honore patris sui, & emundatione domus suæ, ac populi correctione, attenderunt præfatam scripturam, intellexeruntq; eam in hoc facto Christi impletam. *Respõderunt ergo Iudæi* (incorrigibiles & superbi) *& dixerunt, Quod signũ* quale diuinum miraculum *Ostendis* (nobis) *quia hæc facis*, id est, per quod sciamus tibi licitum esse, hæc facere tanquam dicerẽt, Eiectio ista non spectat ad te, nec tuum est corrigere nos, & facta sacerdotum cùm non habeas authoritatem, nec sis sacerdos, neque propheta. Et si dicis quod imò tuum sit hoc. Ostende signum, quo sciamus, tibi diuinitus commissam potestatem. Respondit Iesus & dixit eis, *Soluite templum hoc*, id est, mortẽ violentam mihi inferendo, soluetis, occidetis, dissipabitis, & à naturalibus iunctuis separabitis corpus meum, quod est templum verbi in eo habitãtis. In passione enim solutum est corpus Christi ab anima eius, & sanguis à corpore, vniuersaq; membrorũ cõpago præ nimia corporis distẽtione soluta est. Propter quod ait in Psal. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Et rursus, Dinumerauerũt omnia ossa mea. Porrò quòd ait Saluator, soluite, nõ dicit exhortãdo & licentiãdo, quasi rem bonam ex parte facientium, quia maximum erat peccatum: sed prænunciando, quomodo dixit ad Iudam in cœna, Quod facis, fac citius. Dicitur autem corpus Christi & anima eius, seu tota sua humanitas templum verbi, & vnitæ deitatis. Primo, quoniam verbum fuit in eis per immediatã, personalemq; vnionem, vnde secundum Apostolum in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Secundo, quoniam habitauit in eis, per excellentissimam gratiã. Tertio, quoniam habitauit in anima Christi, per fruitionem claram, ac beatificam. Quarto, quia sicut in templo materiali orationes domino offeruntur, & ab ipso exaudiuntur, sic preces ecclesiæ porriguntur deo in Christo, & per Christũ, per quem etiã exaudiuntur. *Et in tribus diebus*, id est, intra tres dies naturales, videlicet tertia die repente, *Excitabo* (id est, à morte suscitabo) *illud* animam ei reuniendo. Diuinitas enim

A
August.
B
Psal.21.
Ibidem.
C
Ioan.13.
Colos. 2.

D mansit semper vnita corpori & animæ Christi. His verbis ostẽdit se Christus esse deum omnipotentẽ, cui omnia licent. Nam seipsum resuscitare à morte, non cõpetit, nisi deo mortali natura induto. Merito autẽ peruersis, induratis incredulisq; Iudæis, datur signũ obscurum, rememoratiuũ præteriti, sicut & regi Achas eiusq; populo, datum est signum futuræ
Esaiæ.7. incarnationis, vt in Esaia habetur, Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum, Ecce virgo concipiet & pariet filium. *Dicebant ergo Iudæi* irridentes & redarguere cupiẽtes verba
3.Esdr.2. Christi, quæ carnaliter intellexerunt de templo illo lapideo inanimato & manufacto. *Quadraginta & sex annis ædificatũ*
Aggæi *est templum hoc* secũdum à Neemia atq; Zorobabel, prophe-
Zacha.9. tantibus Aggæo & Zacharia. Templum verò primum à Sa-
3.Reg.7. lomone constructum intra septem annos fuit cõpletum. Ver
E ba verò prætacta non sunt sic intelligenda, quòd Iudæi quadraginta & sex annis cõtinuè fabricauerunt hoc templũ, sed quia à tempore quo cœperũt vsq; ad templi cõsummationẽ, fluxerunt tot anni. Sed interim frequenter retardabantur, & sæpe cessabãt ad tẽpus, ab ædificatione incepta, propter gen
1.Esd.4. tiles vicinos, & prohibitionem regis, vt patet in libro Esdre. A primo siquidẽ anno Cyri regis Persarum, qui dedit Iudæis licentiã à Babylonia reuertendi, & templum ædificãdi, vsq; ad sextum annum Darij regis, quando cõsummatum est templum, leguntur. 46. fluxisse, & tamen non est magna vis verificandi hæc verba Iudæorum, qui multa falsa dixerunt arguendo contra Christum *Et tu in tribus diebus excitabis* solu-
F tum, seu dissipatum reparabis, *Illud?* quasi dicant, hoc tibi impossibile esset, cũ domus hæc sit tanto tẽpore fabricata. Certum est, si Christus apertè dixisset, in tribus diebus resurgã, vel resuscitabo corpus meũ, quod nõ credidissent, sed derisissent. *Ille autẽ dicebat*, id est, Iesus prædicta verba intellexit, *De tẽplo corporis sui*, id est, de corpore proprio, quod fuit templum diuinitatis. Quod igitur ait Euãgelista de tẽplo corpo
Colos.2. ris sui, sumendũ est intrãsitiue, sicut ad colossenses dicit Apostolus in expoliatiõe corporis carnis, hoc est, corporis quod est caro. Hęc verba domini Iesu, tenuerũt Iudæi memoriter, tanquam falsa prolata. Vnde & in nocte passionis, surgentes duo falsi testes dixerũt. Nos audiuimus eũ dicentem: Possum
Matt.26. destruere templum dei, & in tribus diebus reædificare illud.
Marc.14. *Cũ ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius*, quia hoc

hoc dicebat Iesus de futura solutione, passione, & resuscitatio A
ne corporis sui. Recordati autem sunt discipuli verborũ isto rum, non statim post resurrectionẽ, quia nec statim credebãt eum resurrexisse, sed postquã apparuit eis, & aperuit eis sensum vt intelligerẽt scripturas. Vnde etiã constat ꝙ discipuli non intellexerunt verba Christi, quę ait, soluite templũ hoc, &c. tunc quando protulit ea, sed post resurrectionẽ, vt dictũ
est. *Et crediderunt scripturæ* prophetarum loquenti de Chri- Luc.24.
sti passione & resurrectione, *Et sermoni* (præmemorato) *quẽ dixit Iesus* videlicet soluite templum hoc. Quanuis discipuli ante resurrectionem non intellexerũt hæc verba, nec prophetarũ eloquia, tamẽ credebãt ea vera esse, sed post resurrectionem idem credebant magis perfectè tanquam notitiam verborum sortiti. *Quum autẽ esset Hierosolymis in pascha* vi- B
delicet in die festo paschali. Non solum de vno seu vltimo festiuitatis paschalis quæ septem durauit diebus, sed fortè toto tempore illo, vel pluribus diebus ibi fuit, *Multi crediderunt in nomine eius*, id est, in ipso per nomen nominans designato, credentes quod esset Christus, vel saltem vir sanctus atque propheta, non tamen crediderunt, nec suspicabantur quod esset filius dei naturalis, verusque deus, nisi fortè ante agnouissent per scripturas, quod Christus in lege promissus esset deus. Causa credulitatis subiungitur, *Videntes signa eius quæ faciebat*, tempore isto quæ non sunt in speciali descripta, nisi quod eiecit vendentes in templo, &c. Fecit
tamen magna miracula, propter quod Nicodemus dixit ad Iohan.3.
eum, Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi deus C
fuerit cum eo. Supernaturalis quippe doctrina, supernaturalibus argumentis seu diuinis miraculis fuerat comprobanda, vt tam certa sit fidei veritas, quàm certum est, deum falsitatis non esse confirmatorem, cooperatorem vel assertorem. *Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis*. Hoc quo- Ioh. 7.
ad superficiem literæ sonat, ac si Iesus dominus virtutũ, cui Iohã.10.
potestatem omnis carnis dedit pater, timuisset aliquid mali sibi posse ab istis inferri. Sed certum est, quod non timuit hoc, nec eos qui corpus occidunt. Augustinus ergo & Beda August.
exponunt hoc modo. Quod ideo Iesus nõ credidit eis, quo- Beda.
niam nondum baptizati, & plena fide imbuti fuerunt, gerentes formã cathecumenorũ, quibus Christus dicitur seipsum non credere, quia nõ datur eis sacramentũ corporis Christi,

D Hæc autem expositio videtur tendere ad moralitatē, & posset aliquis ei obiicere, quòd discipuli Iesu, nec dum fuerant
Iohan.3. baptizati, vt patet in sequenti capitulo, nec plene credentes saltem explicite. Lyra verò exponit, affirmàs, quòd Iesus nō sē credat eis, quia non reuelauit eis altiora mysteria fidei, eo quod essent incapaces. Verùm nec discipuli capaces iam fue
Iohan.16. rāt, mysteriorū sublimium, quibus infra ait Saluator, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Et tamē Iesus credebat se eis. Apparet igitur quòd posit literaliter sic exponi, Iesus non credebat, id est, non cōmittebat semet ipsum eis tanquàm fidelibus, constantibusque amicis, nec voluit conuersari inter eos quasi inter veros discipulos, quia nō bene sensit de eis. Nec ipsi habuerunt fidem formatā, aut sta
E bilem, ideo non credebat se eis, non quia verebatur circūueniri vel pati ab eis, sed quoniam sciuit, quòd non adhærerent sibi constanter, & nec cor eorum rectū fuerat cum ipso. Isti enim sic credebant in Iesum, quemadmodum illi de quibus
Psal. 77. infra habetur. Ex principibus multi crediderunt in eum, sed
Iohan. 12. propter pharisæos non confitebantur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Tales autem non
Iohan.3. credunt verè atque salubriter. Sicut ait Saluator, Quomodo potestis vos credere, qui gloriam abinuicem quæritis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis. Loquitur ergo Euangelista, secundum communem modum loquendi, quo aliquis dicitur seipsum alteri credere, quoniam fidei illius se cōmittit, certus de fidelitate, vel amicitia eius. Si verò sumatur cre
F dere, prout est actus fidei, quæ est virtus theologica, sic Christus non credidit, nec aliquis debet sic in purum hominē credere. ¶ Denique huic expositioni concordant sequentia, in quibus tangitur ratio quare Christus non credebat se illis. *Eo quod ipse nosset omnes* id est, certitudinaliter cognosceret omnium corda, & per consequens corda istorum, sciens quā ta esset eorum interna defectio, *Et quia opus*, id est, necesse
Sapien. 1. *Ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine*, quocunque ad manifestandum Christo aliquid, prius ei ignotū. *Ipse enim sciebat* præsertim per scientiam increatam, secundum quod deus & item per scientiā infusam, vt homo, vel in verbo. *Quid esset in homine*, hoc est, omnia interiora secretaque hominis cuiuscunque, videlicet, desideria, cogitationes, intē tiones. Per quod innuit Euāgelista, diuinitatem Saluatoris, quia

quia scripturæ testantur deo proprium esse, vniuersorū cor- A
dium scire arcana. Nam licet Christus sciuerit illa, etiam vt homo per scientiam concreatam, vt dictū est, hoctamen non fuit, nisi secundum quod homo talis, vtpote habēs humanitatem verbo hypostatica vnione coniunctam. Hinc in libris 3. Reg. 8.
Regum Salomon loquitur, Tu domine solus nosti corda Apoc. 2.
omnium hominum. Et in Apocalypsi dominus protestatur, Psal. 7.
Scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutās corda & renes.
¶ Nunc aliquid de moralitate huius Euangelicæ lectionis tractandum est. Instante festo paschali Iudæorum, ascendit Iesus Hierosolymā. Sic & nos appropinquante pascha Christianorum, qui sumus veri Iudæi, non carne & litera, sed spiritu confitentes, Ascendere debemus ecclesiam, toto tempo
re quadragesimali, præparando nos ad deuotam paschalis se B
stiuitatis celebrationem, per opera pœnitentiæ, & exercitia deuotionis, atque compūctionis internæ. Quotidie quoque 1. Tim. 3.
visitat Christus ecclesiam, quæ per Hierusalem designatur, 2. Tim. 2.
& inuenit ibi vendentes oues, & boues, id est, clericos tēpo Esa. 33.
ralibus negotiis implicatos, sacerdotes, religiosos, atq; pre- Mat. 10.
latos, auaritiæ deditos, propria lucra, non Christi honorem, & gregis dominici salutem quærentes. Quo contradicit Apostolus, Nemo militans deo, implicat se secularibus negotiis. Demùm columbas vendunt, qui spiritualia bona pro tēporalibus exhibent, qui non excutiunt manus suas ab omni munere. Contra quos ait Saluator, Gratis accepistis, gratis date. Omnes tales eiicit Christus de tēplo, id est, à corpore suo mystico, à consortio electorum separat eos, nunc voto C
ac merito. Postea verò separabit istos ab illis, loco & præmio, sicut segregat pastor oues ab hœdis, quando hi ibunt in Mat. 25.
ignem æternum. Illi verò in paradisum cælestem. Eiicit autem, flagellat, & punit eos Christus, flagello facto de funiculis, id est, pœna quam merentur propriis vitiis, quæ sunt funes, seu vincula, quibus impius irretitur, ligatur, atque constringitur, ne deum sequatur, ne viam vitæ proficiscatur, sed dēmonis potestati, iugo & obsequio subditus maneat, prout ad Timotheum ait Apostolus, Resipiscant à laqueis diaboli, 2. Tim. 2.
à quo captiui tenētur, ad ipsius voluntatem. De talibus nem- Prou. 5.
pe funiculis Salomō loquitur in Prouerbiis, Iniquitates suæ Eccle. 3.
capient impium, & funibus peccatorum suorum constringe Psal. 73.
tur. Talibus funiculis se constringunt, & restem infernalis suspen-

D suspensionis sibimet texunt, quicunque in vitiis perseuerant,
Esa. 5. qui adiiciunt ad peccandum, quorum iniquitates sicut onus
graue grauantur super eos, qui nō eleuant oculos suos vt vi-
Ephes. 3. deant cælum. Quibus dictum est per Esaiam, Væ qui trahi-
tis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi funiculū plau-
stri peccatum. ¶ Possumus insuper per templum intelligere
1. Cor. 1. animam rationalem, quæ capax est dei per cognitionem, ac
Sapien. 7. dilectionem, in qua habitat deus per fidem, charitatē & gra-
Apoc. 3. tiam. Hanc visitat Christus sapientia patris, quæ in animas
Psal. 48. sanctas se transfert, statque ad ostium cordis, & pulsat: sed
2. Petr. 2. dum anima concupiscentiis superatur, dum iumentis insipiē-
tibus comparatur bestiales motus sequēdo, peccatis & pas-
sionibus seruiendo (à quo enim quis victus est, huius & ser-
E uus est) tunc vendit oues & boues, videlicet stultos, ac irra-
tionabiles motus, diabolo, cui talia seruiendo impendit, vt
per hæc voluptates consequatur, quas velut preciū pro fine
intendit, Sed vtinam Christus faciat nunc flagellum pater-
næ correctionis. Omnesq; huiusmodi motus, & vitia expel-
Luc. 14. lat ab anima nostra, corripiendo nos temporaliter, vt resipi-
Psal. 113. scamus nec æternaliter pereamus. Quidam enim non corri-
Acto. 9. guntur nisi flagellis seu aduersitatibus, qui quodāmodo com
pelluntur intrare & dicere possunt, Castigans castigauit me
dominus, & morti non tradidit me. Sic conuersus est Paulus.
Præterea non faciamus domum dei puta Ecclesiam materia-
lem, nec animam propriam, domum negotiationis, confabu
lationis, distractionis, secularia in eis tractando, sed potius
F emundemus nos ab omni inquinamento animæ & spiritus,
vt mente quieta, tranquilla ac pura Christum suscipere, reti-
nere, & possidere mereamur. Ipse etenim dicit, Super quem
requiescet spiritus meus, nisi super quietum, & humilem?
2. Cor. 7. Quemadmodum autem Iudæi à Christo correpti dixerunt,
quod signum ostendis quia hæc facis, Quasi dicant, Quis te
Esa. 66. constituit principem aut iudicem super nos? Sic multi impa-
tientes, & inuerecundi, duri atque rebelles, & animosi, dum
fraternaliter admonētur, vel paternaliter arguuntur, aut iu-
stè corriguntur, indignando, seu murmurando respondent,
Exod. 2. Quod signum ostendis, id est, quid ad te petinet, & nunquid
ego tibi commissus sum, corrige temetipsum, nec ingeras te
factis aut sermonibus meis. Tales verò miserrimi sunt obte-
nebrati, & vitiosi. Vnde in Prouerbiis loquitur Salomō, Vi-
ro,

ro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei A
superueniet interitus: & alibi, Qui abiicit disciplinam, despi Prou. 26.
cit animam suam, Qui autem acquiescit increpationibus, Prou. 15.
possessor est cordis.

¶ Expositio Capitis. III.

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine.

ARTICVLVS VIII.

Vangelista post hæc plenius prosequitur atque de-
E scribit doctrinā & prodigia saluatoris, ea presertim
quæ ab aliis Euangelistis erant omissa. Et quia in fi-
ne præcedentis cap. dixit multos Iudæorum credidisse in no Iohan. 2.
mine Iesu, nūc specialiter tractat de vno illorum. *Erat homo* B
rationabiliter agens, dignus nomine hominis, tanquā ratio-
nis iudicium, non sensualitatis impetum sequens. Optimum
enim hominis est esse secūdum rationem, iuxta Dionysium, Diony.
Ex Pharisæis, i. de secta & numero pharisæorum, quorum se-
cta fuit solennior: eratque homo iste. *Nicodemus nomine*, re
& nomine Pharisæus, hoc est, ab aliis diuisus, tanquam vera-
citer religiosus in anima, sicut nomē & habitus eius exterior
prætendebant, sicut nūc aliquis dicitur veraciter monachus,
qui soli deo & sibiipsi digne intendit, atq; synceriter vacat.
Cæteri verò pharisæorum, vt cōmuniter, erāt solo nomine,
habitu & apparēti sanctitate, seu simulata æquitate pharisæi,
sicut nūc sunt multi claustrales solo nomine, apparatu & ha- G
-bitu monachi, religiosi, ac spirituales, *Princeps Iudæorum*, id
est, vnus de principalibus doctoribus atq; rectoribus Iudaicę
plebis, quæ primo regebatur per iudices, deinde per reges,
vsq; ad captiuitatē Babylonicam: exinde per doctores & sa-
cerdotes, quorū multi fuerant pharisæi. Non tamen fuit hic
Nicodemus summus princeps vel pontifex Iudæorū. *Hic ve-
nit ad Iesum*, cuius iam signa vidit, & documenta audiuit, &
ex vtroq; perpendit aliquid magnæ excellentiæ esse in Iesu,
cuius tantā potestatē & sapientiā, tantā demū iustitiā, imper
territamq; constantiā fuit expertus, ita vt neminem metuēs,
& pro deo zelans, omnes vēdentes in tēplo expelleret, suā-
que doctrinā confirmaret miraculis. Hinc Nicodemus, zelo
agnoscendæ veritatis, & spiritualis profectus accensus, ve-
nit

D nit ad Iesum, vt plenius doceretur ab eo. Venit autem .No-
Iohan.2. *cte*, vel quia aliorum pharisæorum, ac sacerdotum offensam
Iudic.6. incurrere formidauit. Quemadmodũ Gedeon nocte confre-
git statuam Baal, timens suos conciues, & hic timor fuit im-
perfectionis, quẽ plena dilectio mittit foras, vel quia cũ esset
nominatus doctor, ac magister in Israel, aliqualiter erubesce
bat, publicè se submittere informationi Iesu, qui sciebatur li
1.Iohã. 4. teras nõ didicisse. Et hoc fuisset alicuius elationis, vel vt se-
Iohan.7. crete, siléter, ac liberè loqueretur cũ Iesu. Conuenit quoque
tempus cum mysterio, nam quia in tenebris mentis quodam
modo fuit, imperfectè credẽdo in Christum, & spiritualium
mysteriorum notitiam non habendo rectè asseritur nocte
E venisse: quemadmodũ Maria Magdalena venit ad monumẽ-
tum cũ adhuc tenebræ essent, putans Christum non resurre-
Iohan.2. xisse. Et *dixit ei, Rabbi, scimus quia à deo venisti*, id est, diui-
Osee.10. nitus missus es in mundum, *Magister* veritatis, de quo ma-
Iohelis.2. gistro dicitur in Oseæ, Tempus requirendi dominum cum
venerit, perdocebit nos iustitiam. Et in Iohele, Exultate
in domino deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ.
Psal.71. Per quod verò Nicodemus id sciebat, subditur, *Nemo enim po-*
Iohan.9. *test hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo* coope-
Mat.9. rando, & gratiam miraculorum præstando. Solus quippe o-
Marc.5. mnipotens deus facit miracula propriè dicta tanquam prin-
Lucæ.7. cipalis effector. Serui autem ipsius faciunt ea solum ministe-
Iohan. 11. rialiter: iuxta illud in Psalmo, Benedictus dominus deus Is-
Lucæ.23. rael, qui facit mirabilia solus. Porrò, miraculum proprie di-
F ctum est effectus totam virtutem & legẽ naturæ creatæ ex-
Iohan. 15. cedens. Et talia erant aliqua Christi miracula, vt illuminatio
cæci nati, suscitatio mortuorum, eclipsis solis in plenilunio
tempore passionis. Et ista miracula sunt certa, ac sufficientia
argumenta, quòd actor eorum sit vera docens, & diuina vir-
tute agens. Vnde ait infra. Si opera non fecissem in eis, quæ
nullus alius fecit, peccatum non haberent. Aliqua verò mi-
2.Thes. 2. racula fieri possunt cooperatione diaboli, sicut de Antichri-
Exod. 7. sto dicit Apostolus, Cuius aduentus est secundum operatio-
nem Satanæ in omni seductione, virtute, in signis & prodi-
giis: quanuis autem talia sint miracula quantum ad modum
agendi, non tamen excedunt facultatem totius naturæ crea-
tæ, sed per occultas naturaliũ rerum virtutes agũtur: quem-
admodum magi Pharaonis, Iamnes & Mambres proiece-
runt

runt virgas suas, quę mox in dracones conuersæ sunt. Pro- A
duxerunt etiam ranas, & maleficiis suis conuerterunt aquã Exod.8.
in sanguinem, vt legitur in Exodo Talia verò miracula etiã Psal.114.
multa fecit Christus, conuertendo aquam in vinum, quod Iohan.2.
facit natura paulatim in vitibus, & illuminãdo cæcos, quod
interdum fit arte medicinæ. & ista non sunt sufficientia ar-
guméta fidei & cooperationis diuinæ, cũ sint bonis, malisq;
cõmunia. Veruntamen eo modo quo à Christo, & eius mini
stris peracta sunt, sunt vtique sufficientia fidei argumenta.
Christus enim fecit ea imperialiter & instãti. Fideles quo
que faciunt ea per inuocationẽ nominis dei, cum execra-
tione omnis cõmunionis diaboli. Facit præterea deus quã-
doq; signa per reprobos, seu iniustos, quæ licet non probẽt
quod operatores huiusmodi sint boni, & deo accepti, pbãt B
tamen q; vera sit fides, qua inuocant deum, & vera doctrina
ad cuius cõfirmationẽ efficit deus talia signa. Propter quod
dicit saluator apud Matthæum, Multi dicẽt mihi in die illa.
Domine, domine, nõne in nomine tuo prophetauim⁹, & in
nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus Mat.7.
& tunc cõfitebor illis, quia nunquam noui vos. Et quoniã
Christus nouit intentionem, ac desiderium Nicodemi, qui
venit vt instrueretur, idcirco incipit eum Christus instruere
Et primo instruit eum de primo sacramento nouæ legis ma
ximè necessario, videlicet de baptismo, q; est spiritualis re-
generatio, porta vitæ. *Respondit Iesus, & dixit ei, Amen Amẽ*
dico tibi, repetitio, confirmationis indictum est, & prouo-
catio adũtentiæ diligẽtis, *Nisi quis natus fuerit denuo*, id est C
regeneratus, videlicet per spiritualem generationem esse
gratiæ charitatis & fidei, puta esse supernaturale, ac deiforme adeptus: *Non potest videre* oculis cordis clare, per spe-
ciem, *Regnum dei* id est, patriã beatorũ, seu deum regnan-
tem in cœlis. Cũ enim vltimus finis hominis, seu ipsa fœlici-
tas, quæ est visio dei per speciẽ, sit supernaturalis, nullus po-
test ad eam pertingere per pura naturalia, sed oportet natu-
ram adiuuari, ac perfici: per fidem & gratiam, cæteraque do
na spiritus sancti. Quemadmodum autẽ dicitur homo primo
nasci, quãdo per generationem carnalem, ac naturalem pa-
rentũ producitur in esse naturali specifico, contrahendo à
parentibus esse naturæ. sic dicitur nasci denuo vel renasci,
quãdo per operationem diuinam acquirit esse gratiæ, quod
est

D est esse diuinum supernaturle & meritorium. Quia vt dicit Dionysius, Sicut intellectualis creatura ponitur in esse specifico per naturã, per quam est apta, ac potens ad operationes naturales, sic per gratiã ponitur in esse diuino, per quod est idoneus ad operandum opera meritoria. Si sic accipimus nasci denuo, tunc nunquam potuit aliquis saluari, nisi rursus nascendo. Omnes nanque nati sunt filij iræ contrahendo peccatum originale, secundum communem legem sicq; oportebat eos intus renasci, recipiendo gratiam reformantem & cõferentem esse diuinũ. Verùm quia Saluator ad literã loquitur de regeneratione baptismatis, vt patet in subditis, idcirco quod dicit de regeneratione ista, intelligendum est pro tẽpore noui testamẽti. Temporibus verò legis naturæ, & legis scriptæ fuerunt alia contra originale peccatum remedia, scilicet circuncisio & fide parentum, *Dicit ad eum Nicodemus*, arguens contra verbum Christi, quæ malè atque carnaliter intellexit, quia in lege assuetus nõ fuit spiritualibus modis loquendi, *Quomodo potest homo nasci, cum sit* (id est, quando est) *senex*. Christus non dixit simpliciter, nisi quis natus fuerit, non potest videre regnũ dei, sed, nisi quis natus fuerit denuo. Sed quia renasci includit nasci, & Nicodemus non nouit nisi vnam natiuitatem, ideo sic resumit. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Quod nõ est sic intelligẽdum, quasi secundum intentionem Nicodemi infans vel iuuenis possit renasci, sed quoniã de seipso solicitus fuit, & ipse iam vetulus extitit, idcirco sic fatur. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Exprobrat quòd nõ possit. *Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci?* Præsertim cum matres communiter mortuæ sint tẽpore senectutis natorum. *Respondit Iesus* soluendo instantiam Nicodemi, & exponendo verba quæ dixit, *Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit*, id est, spiritualiter regeneratus in fonte baptismatis, *Ex aqua*, quæ est materiale elementum, corpus lauãs, & dispositiuè regenerans, *Et spiritu sancto*, qui est inuisibilis actor intus mentem purificans, & efficienter regenerãs gratiam influendo, quæ est res sacramenti, & causa formalis intrinseca huius regenerationis. *Non potest introire in regnum dei*, quod est triumphans ecclesia, vita æterna, seu patria electorum. Quod intelligendum est dummodo adsit facultas recipiẽdi sacramentum baptismi

Ephes.2.

E

F

mi, alias sufficeret baptismus flaminis, id est, interior mundatio sancti spiritus, & baptismus sanguinis, puta martyriũ cum voto, seu desiderio baptismi fluminis In baptismo quippe confirmamur Christo, & ei incorporamur, quemadmodum ad Romanos testatur Apostolus, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo resurrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita nos in nouitate vitæ ambulemus. Sed cũ baptismus detur in nomine sanctæ trinitatis, à qua est effectus baptismi, seu gratia sacramentalis, cur potius dicit saluator, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, quàm ex aqua & patre, vel ex aqua & filio? Dicendum, q̃ baptismus est effectus præcipuæ liberalitatis, ac pietatis diuinæ. Liberalitas verò & pietas appropriantur spititui sancto, qemadmodũ amor & bonitas. Deinde, Christus ostendit ordinem spiritualis regenerationis, eamque à carnali generatione distinguit. *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est.* Verba hæc iptricata & difficilia sunt, & multipliciter intelligi possunt. Primò sic, quod natum est ex carne, id est, corpus filij propagatum ac natum ex semine patris, caro est: & quod natum est ex spiritu id est, anima rationalis creata à deo, qui spiritus appellatur, spiritus est, id est, spiritualis substantia. Hoc tamen non sic accipiendũ, quasi corporalia nõ sint immediate creata à deo: sed in homine sunt duæ partes quarum vna est caro, à patre carnali contracta, alia est spiritus à patre spirituali producta. Iuxta hunc sensum dicit apostolus ad Hebræos, Patres carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos: nõ multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus? Secũdò sic, quod natũ est ex carne, id est, à carnali parente, caro est, id est, rex carnalis nõ habens nisi esse carnale ac naturale, virtute generationis carnalis, vnde talis non potest saluari. Et quod natum est ex spiritu, id est, spiritualiter regeneratũ, ac positũ in esse spirituali, vitaque gratiæ, ex aqua & spiritu sancto in baptismatis lauacro, spiritus est, id est, spirituale efficit, scilicet homo inuisibiliter intus renatus & deo coniunctus, cum quo secundum apostolum vnus est spiritus. Ex quo patet, q̃ ista regeneratio non sit impossibilis, sed necessaria, & à carnali generatione distincta, de qua ait Iohannes in sua canonica,

A

Rom.6.

B

C

Iohan.4.

Hebr.12.

Omne

D Omne quod natum est ex deo, vincit mundum. Hinc subdit
1. Cor. 6. Saluator, *Ne mireris* eo modo quo hucusque miratus es, vi-
1. Iohan. 5. videlicet admiratione incredulitatis, vel ex malo intellectu
ꝓcedentis, vel animum opprimentis, ac tædio afficientis. Sic
enim mirabatur Nicodemus, quasi sermo Christi impossibi-
litatem contineret. Potest tamẽ de doctrina Christi admira
Psal. 118. tio ordinata haberi, cum dicat Psalmista, Mirabilia testimo-
nia tua. Non ergo inordinate mireris, *Quia dixi tibi, oportet*
necessitate conditionata, non absoluta, videlicet si debeatis
saluari, *Vos nasci denuo* secundum modum nunc præosten-
sum: insuper Christus ostẽdit ordinem spiritualis regenera
tionis per simile *Spiritus* (vtputa spiritussanctus) *vbi vult spi-*
rat, id est, potestatiue, ac liberè gratiam præstat, cui placue-
E rit, sicut fatetur apostolus, Omnia operatur vnus atque idẽ
1. Cor. 12. spiritus, diuidens singulis prout vult. Deus nanque operatur
Ephes. 1. in creaturis, non necessitate naturæ, sed liberrima volũtate,
prout ad Ephesios ait apostolus, Qui omnia operatur secũ-
dum propositum voluntatis suæ, *Et vocem eius audis*, id est,
verba sacræ scripturæ diuinitus reuelatæ. Vel vocem eius, id
est internã allocutionẽ audis, eo modo quo ait Psalmogra-
Oseæ. 2. phus, Audiam qui loquatur in me dominus deus. Est enim
auditus interior, quo diuinitus instinctus percipitur, dũ sen-
tit se homo interius tangi, doceri, accẽdi, rapi, resolui, & ab
sorberi, Vnde ait dominus per Oseam, Ducã eum in solitu
dinem & loquar ad cor eius. Nunquam Nicodemus salubri-
F ter venisset ad Iesum, nisi hanc vocem spiritus sancti inter-
nam audisset, *Sed nõ scis vnde veniat* spiritus sanctus, id est,
Iob. 9. quomodo mẽtẽ eius vbi spirat & loquitur ingrediatur, non
percipis *Aut quo vadat* id est, qualiter recedat, ignoras. Vn-
de per Iob inducitur: Si venerit ad me, non videbo eum, & si
recesserit à me non intelligã. Imò nullus viator scit certitu
dinaliter absque reuelatione, an spiritussanctus sit in ipso ꝑ
gratiam gratum facientem, quia tunc sciret se dignum amo-
re. Ideo modo spiritussanctus imperceptibiliter venit, im-
perceptibiliterque recedit Vel sic, vocem eius audis, sed nõ
scis vnde veniat vox ista, aut quo vadat ipsa, id est, id à quo
inspirata est, scilicet principium eius, quod est spiritus san-
ctus: id quoque ad quod tendit, videlicet æterna fœlicitas,
quæ est finis in quem tendit, seu ordinatur scriptura, sunt ti-
bi ignota, quoniam sola fide tenẽtur, nec possunt in hac vita
secun-

secundum essentiam sciri, cũ tamẽ vox ista sensibiliter per- A
cipiatur *Sic est omnis qui natus est ex spiritu*, id est, in homi-
ne spiritualiter renato, est aliquid scitum, ac manifestum, vi-
delicet ipsa persona secundum se: & aliquid ignotum, quia
intus inuisibiliter reformatur, & de carnali, ac perdito spiri
tualis & filius adoptiuus efficitur imperceptibili gratiæ infu
sione. Quod enim aliquis in baptismo sic meliorat, sola fi-
de tenemus. Vel sic, Sic est omnis qui natus est ex spiritu, id
est in regenetatione hominis talis est aliquid euidens, scili-
cet aqua & forma verborum, & aliquid abditũ, puta princi-
pium effectiuũ regenerationis, quod est spiritus sanctus, &
item finis eius, quæ est beatitudo æterna. Istæ expositiones
procedunt secundum intentionem Augustini. Chrysostom⁹
verò exponit de vento, ita quòd secundũ eum Christus in- B
ducit exemplum sensibile, ad intelligentiam prædictorum.
Spiritus, id est, ventus, de quo in Psalmo, Flabit spiritus eius Psal. 147.
& fluent aquæ Et rursus, Et stetit spiritus procellæ: vbi vult, Psal. 106.
id est, in quod inclinatur, spirat, id est, flat, & vocem, id est, so
num eius audis, sed non scis vnde veniat, aut quo vadat ven-
tus, id est, certum locum vbi flare incipiat vel desistat Hæc
expositio non videtur multũ cõueniens alijs. Primò & ma-
ximè, quoniam Christus hoc loco frequenter per spiritum
intellexit spiritũ sanctum, vel spiritualem essentiam. Vnde
non est verisimile, quòd nunc in eodẽ loco nomine spiritus
designet rem materialem, seu ventũ. Secundò, quoniam vẽ-
to non competit propriæ voluntas. Tertiò quoniã vẽto pro C
prie non cõuenit vox, cũ sit res inanimata, sed sonus. Quar-
to, quoniam scimus quòd ventus venit ab aquilone vel au-
stro, & rectè procedat, nõ tendens in partem oppositã. Ve-
tuntamen, ista tria argumenta solui possent, quia scriptura
frequẽter ascribit voluntatem rebus inanimatis, vt cum di-
citur Iosue, Quid sibi volunt lapides isti? Similiter vocem: vt
cum ad Corinth. dicit Apostolus, Quę sine anima sunt vocẽ
dantia. Item nescimus determinatum principum, certũque Iosue. 3.
finem vnde incipit & vbi definit ventus flare, quanuis scia- 1. Cor. 14.
mus in generali quòd ab aliqua parte plagæ australis vel al-
terius inchoetur. *Respondit Nicodemus & dixit ei, Quomo-*
do possunt hæc quæ de spirituali regeneratione, & spiritus
libera spiratione disseruisti. *Fieri*, id est, taliter se habere
vt asseris. Nicodemus in literali sensu legis ac prophetarum
g instru-

D instructus & vsitatus, ad spiritualem, ac mysticũ intellectum erigi facile non valebit. Quoniam vsus est velut altera natura. Ideo satis audacter scisciatur, quomodo queãt hæc fieri. Christus verò qui corda cognoscit, cernés doctorem de suo magisterio aliqualiter tumidum, ad humilitatẽ eum reducit, quatenus instrui mereatur. Quemadmodum enim superbia execrationem diabolicam, sic humilitas illuminationem diuinam meretur: propter quod Salomõ protestatur. Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia. T*u es magister in Israel*, id est, doctor Iudæorum, *& hæc* de baptismo prolata *Ignoras?* quæ tamen in libris Moysi & prophetarũ figuraliter & literaliter describuntur. Ideoque cum sis legis doctor, deberes hæc scire, vel saltem facile intelligere. Doctoris quippe est, mysteria & figuras atq; difficillima loca scripturarum sanctarum cognoscere. Baptismus autem Christi qui transitu maris rubri, & per ablutiones legales præfigurabatur, dicẽte apostolo, Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Prophetæ verò ad literam locuti sunt de Christi baptismate, vt cum per Zacha. dicitur, In die illa, erit fons pãtens domui Dauid, & habitantibus Hierusalẽ in ablutionẽ peccatoris, de quo accipi potest & illud Ioelis, Fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, videlicet corda vitiosa, spinis ac tribulis spiritualibus plena. Hinc per Ezech. multa dicuntur de aquis redundantibus tẽpli, quæ de aquis baptismatis exponũtur. Quod ergo ait Saluator, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? non dicit insultando, sed potius miserendo, eumque humiliando, & ad meliora prouocando. Deinceps pandit Saluator, quàm certa sit sua doctrina, propter quod ei humiliter est credendum. *Amẽ amen dico tibi, quia quòd scimus* nos rex Messias vnigenitus filius dei, dominus vniuersorum, quod inquam scimus, i. clare cognouimus ab æterno secũdũ quod deus. Eadẽ enim est sapiẽtia, idemq; numero, intellectus patris & filij, *Loquimur* nunc vobis Iudæis de sacramentis & documentis Euãgelicæ legis, *Et quod vidimus* oculo mentis. i. certissimè nouimus, *Testamur*, id est, firmiter affirmamus, hominibus prædicando. Potest quoq; intelligi de scẽtia Christi creata, per quã omnia sciuit ab instanti incarnationis, quæ scit deus sciẽtia visionis: sicq; Christus secundũ quod homo, vidit in verbo, & itẽ per species concreatas, omnia quæ prædicauit

Prou.8.

Exod.14.
2.Cor.10.
Zach.13.
Iohelis.2.
Eze.47.
Iohan.1.

Et

Et testimonium nostrum non accipitis, rectè credendo atq; humiliter meis sermonibus consentiendo. Quanuis enim quidam Iudæorum crediderunt, illi tamen comparatione incredulorum fuerunt paucissimi. Vnde per Oseam Christus prædixit, Recesserunt à me, & ego erudiui eos, & in me cogitauerunt malitiam. *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cœlestia credetis?* Quæ sunt ista terrena quæ Christus dixit Nicodemo atque Iudæis? Secundum August. & Bedam ista terrena non sunt aliqua dicta in isto cap. sed quod supra in præcedenti cap. fertur Christus dixisse Iudæis, Soluite templũ hoc, & in tribus diebꝰ excitabo illud. Hoc enim disseruit de proprio corpore adhuc corruptibili, terreno ac mixto: tanquam dicat, Si non creditis quod possim proprium corpus diuina virtute suscitare à morte, quomodo credetis quod homines valeam ex aqua & spiritu sancto regenerare? Alij referunt ad baptismũ, qui dici potest terrenus, quoniam visibiliter exhibetur in terra, in aqua visibili, sub sensibili forma verborum. Est itaque sensus, Si terrena dixi. i de sensibilibus rebus loquutus sum vobis, videlicet de baptismo, & suscitatione corporis mei, & non creditis vera esse quæ dico, eo quòd sint supra naturalem rationem. Quod ait, & non creditis, non est referendũ ad Nicodemũ, sed ad Iudæos incredulos, quos Christus sub persona Nicodemi affatur, de quibus paulo ante loquutꝰ est, Testimoniũ nostrũ nõ acipitis, quomodo si dixero vobis cœlestia, loquẽdo de inuisibilibus dei, de vnitate trinitatis, & trinitate vnitatis, de emanatione diuinarum personarum ad intra, de immediata visione diuinæ essentiæ, de hierarchis, aliisq; secretis cœlestibus, de quibus parũ habetur in lege, ac prophetis, credetis? quasi dicat, difficulter, vel nequaquam crederetis, cum sint incomprehensibiliora & supernaturaliora prædictis terrenis, Necesse est ergo proprium intellectũ authoritati Christi subiecere, & his quæ rationem transcendunt, fidem præbere. Præsertim, cum deus per sufficientissima argumenta ostenderit Iesum esse Christum filium dei. Propterea dicit Apostolus ad Corinthios, in captiuitatẽ redigentes omnem intellectũ in obsequium Christi. Veruntamẽ quoniã quedã secreta atq; cœlestia ad Christũ pertinẽtia, cunctis fidelibus sunt scienda, videlicet vnitas personæ dei & hominis in Christo, mysteriũ dominicæ passionis, & amor dei ad genus humanum, idcircò

A

Osee.7.

B

Iohan.2.

C

2.Cor.10.

D co Christus de talibus consequenter instruit Nicodemum.
Esa.56. Et *nemo ascendit in cœlum* empyreum, quod est locus & man-
Mat.21. sio beatorum, sicut ecclesia fertur locus orantium. Nihilo-
Marc.11. minus, sicut fideles orare possunt extra materialem eccle-
Lucæ.19. siam, sic beati deum clare conspiciunt vbicunque extiterint.
Nisi qui descendit de cœlo, humanam naturam assumendo, vi-
delicet, *Filius hominis qui est in cœlo.* Verba hæc aquilina sicut
in stylo simplicia atque facilia sunt, sic in profunditate sen-
sus prorsus comprobantur altissima, difficillima, nimiũq; di-
1.Cor.5. uina. Quid enim est quod ait, Nemo ascendit in cœlum? &c.
Nónne homines sancti à pœna & culpa purgati, mox ascen-
E dunt in cœlum, dicente apostolo ad Corinth. Scimus quo-
niam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolua-
tur, quòd ædificationem habemus ex deo, domum nõ manu-
factam, æternam in cœlis. Certum est quòd nunc quidam san
ctorum hominum ascenderunt in cœlum, non solum quan-
tum ad animam, sed etiam quantum ad corpus, vt certum est
Matt.27. de virgine gloriosa, de his qui cũ Christo surrexerunt, appa-
rueruntque in sancta ciuitate quamplurimis, pie creditur à
quibusdam. Sed pensemus quando CHRISTVS verba
hæc protulit, vtique ante passionem quando loquebatur in
Hierusalem cum Nicodemo, quod autem nullus electorum
introierit regnum cœlorum ante Christi passionem, cogno
scimus. Itaque quod ait, Nemo ascendit in cœlum verum est
pro tempore illo, sumendo verbum, ascendit, vt est præteriti
temporis siue præsentis Sed tunc quæstio oritur, quomodo
F verba sequentia virificentur. Subditur enim, nisi filius homi-
nis, ascendere quippe cõpetit Christo, ratione naturæ assum
ptæ, secundũ quã pro tunc nondum ascendit. Nõ ergo exce-
pisset seipsum, si prædicto modo sumpsisset hoc verbũ ascen
dit. Quæstio ista dupliciter soluitur. Primo, vt solus filius ho
minis ascendisse dicatur, quoniã solus propria potestate iu-
re, ac merito ascẽdebat. Alij verò virtute & merito Christi,
cuius passione fuerunt ab originalis peccati absoluti reatu.
Secundo, vt nomine Christi intelligatur, non solum Christi
persona, sed & mysticũ corpus ipsius, puta ecclesia patrum,
quæ detinebatur in lymbo, cæteriqúe electi omnino munda
Ioan.14. ti, de quibus specialiter ait, Veniam & assumam vos ad me-
Ioan.17. ipsum. Et iterũ, Pater, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum
Ioan.10. vt videant claritatem meam. Iuxta hunc sensum dicit Salua-

tor. Ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt, fu- A
res sunt & latrones. Sic igitur lucet quomodo nemo ascen-
dit in cœlũ, nisi qui descendit de cœlo. ¶ Sed quomodo in-
circũscriptus & incommutabilis filius dei descendisse asseri-
tur, qui locum non mutat, secundum quod deus. Responsio
plana & facilis est. Quoniam sic descendit de cœlo, quomo-
do venit in mundũ, vtpote non locum mutando, aut seipsum
mouendo, sed nostram naturam induendo, ac visibiliter ap-
parendo. Mansit ergo vnde descendit. Portò, quod subditur,
filius hominis qui est in cœlo, maiorem habet difficultatem.
Si enim filius hominis descendit de cœlo, videtur ante incar
nationẽ fuisse in cœlo, sed filius hominis est homo, ergo ho
mo ante incarnationẽ fuisset in cœlo. Item si ita est, videtur
quod Christus secũ portauit corpus de cœlo. Adhuc autem B
quando Christus dixit verba hæc, erat cum Nicodemo in ter
ra, quomodo ergo pro tunc fuit filius hominis in cœlo, ita vt
diceret de se stante in terra, filius hominis qui est in cœlo?
Et respondendum, quòd Christus hæc dixit, ad insinuandum
vnitatem personæ vtriusq; naturæ in ipso. Tanta est enim
vnio diuinæ naturæ, seu verbi atque humanæ in Christo, vt
humana deo & diuina homini verè conueniant. Sed pensan
dum quid propter quid dicatur. Dicendum ergo, quòd Chri
stus seu filius hominis, fuit ante incarnationem in cœlo, secũ
dum naturam diuinam, descenditq; de cœlo, non corpus cœ
leste secum ferendo, vt dixit Valentinus hæresiarcha, sed
quia eadem est persona dei & hominis in Chtisto. In talibus
enim locutionibus Iesus, seu Christus vel filius hominis, sem C
per supponit personam diuinã, increatam hypostasim, vtpo-
te verbũ æternum, ideo istę sunt veræ, Iesus est ęternus, im-
mensus, omnia implens, Christus est verus deus immortalis,
omnipotens. Deus est passus, occisus, sepultus. Causa verita-
tis harum atque similium locutionum, est vnitas personalis
præfata, & suppositio increatæ hypostasis. Idcirco de puero
qui natus est nobis, & filio qui datus est nobis. Esaias prædi-
xit, ꝙ vocaretur deus fortis, pater futuri seculi, &c. Vnde de Esa.9.
puero Iesu existente in vtero, iacente in præsepio, pendente
ad verba, verum fuit dicere. Iste puer creauit cœlum & ter- Lucæ.2.
ram, & vbiq; est per essentiam, præsentiam atq; potentiam.
Ad quod insinuandum dicit Apostolus, Iesus Christus heri
& hodie, ipse & in secula. Iudas quoq; apostolus in sua epi-

D stola, Iesus (inquit) populum suum saluans de Aegypto, se-
Hebr.13. cundo eos qui non crediderunt perdidit. ¶ Porrò, de Chri-
Iudæ.1. sti ascensione prophetæ sufficienter loquuti sunt, vt est illud
Num.14. in Psalmo, Psallite deo qui ascendit super cœlũ cœli ad orié-
Psal.67. tem. Et illud, Ascendit deus in iubilo. Itemque, Ascendisti in
Psal.46. altum, cœpisti captiuitatem. Prædictis consonat illud Apo-
Psal.67. stoli, Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos.
Ephes.4. ¶ Deinceps prædicit Saluator suam passionem in lege per
serpentem æneum præfiguratam. Et *sicut Moyses exaltauit*,
id est, in loco alto erexit, ac posuit serpentem æneum, id est,
similitudinem serpentis factam de ære. *In deserto* Aegypti.
Quomodo factum sit hoc, scriptum est in libro Numero-
Num.21. rum, Cum enim tædere cœpisset populum Israël itineris, ac
E laboris murmurantesque contra dominum, ac Moysen dixis-
sent, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, misit
dominus in populum serpentes ignitos, à quibus cum multi
occisi vel læsi fuissent, pœnituit populus, dixitque dominus
Moysi, Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui
percussus aspexerit eum, viuet, *Ita exaltari, id est, in cruce leua-
ri oportet* necessitate conditionata, non absoluta: vel opor-
ter, id est, decens & vtile est. Christus enim oblatus est quia
voluit, nõ quia necessitate fuit astrictus, oportuit tamẽ quin
Esaiæ.53. præordinatum à deo, & vt implerentur scripturæ, *Filium ho-*
Matt.8. *minis*. Sæpius nominat se Christus filium hominis quàm fi-
Matt.20. lium dei, vt humilitatis præstaret exemplum. Ratio quoque
Matt.24. finalis exaltationis CHRISTI in cruce, & fructus domi-
& 26. nicæ passionis subiungitur, Vt *omnis qui credit in eum*, fide
F formata, ac operatoria, id est, charitati vnita & procedente
in opus, dummodo operandi opportunitas adsit. Charitas
nanque est forma, seu decor, atque perfectio fidei, propter
quod fides charitati coniuncta vocatur formata. *Non
pereat*, incurrendo mortem spiritualem damnationemque
perpetuam. Sed quia non sufficit liberari à malo, sed indige-
mus apprehendere bonum, subiungitur. *Sed habeat vitam æ-
ternam*, id est, ad beatificam dei visionem pertingat, quæ nũc
habetur in spe, sed post habetur in re, ab puram mentem ha-
Marc.14. bentibus, vt apud Matthæum promittitur, Beati mundo cor
Lucæ.6.9. de, quoniam ipsi deum videbunt: de qua infra habetur, Hæc
Luc.12. est vita æterna, vt cognoscant te verum deum. ¶ Elucef-
Psal.26. cit igitur quòd serpẽs ille fuit figura Christi, & hoc propter
causas

causas diuersas. Primò, quoniam sicut serpẽs ille habuit figu- A
ram serpentis, & similitudinem venenati, non autem naturã Lucæ.18.
serpentis, nec veritatem veneni, sic Christus habuit similitu 21.&.22.
dinem carnis peccati, & inter peccatores cõmunitur vixit, Mat.5.
non tamen habuit culpam, nec communionem peccati cum Iohan.17.
impiis. Secundò quoniam erectio illius serpẽtis figurauit su-
spensionem Christi in ligno. Tertiò, quia quemadmodum
Iudæi corporaliter læsi intuendo illum serpentem sanaban-
tur à morsu ignitorum serpentium, sic fideles fide intuendo
Christi passionem, seu Christum in cruce expansum, sanan-
tur ab omni ardore incentiui peccati, ab omni tẽtatione dia-
boli, ab omni pigritia. Animatur quoque ad fortiter prælian
dum, ad patientiam veram, ad omnem virtutem, optãtes se-
qui vestigia Christi. Vnde ad Hebræos monet Apostolus, B
Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in au- Baruc. 3.
thorem fidei & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gau Esaiæ. 53.
dio sustinuit crucem, confusione contempta. Tanto præter-
ea dignior, fructuosiorque consistit erectio Christi in cruce,
quàm serpentis illius: quanto melius est liberari à vulneribus
animæ quàm corporis, & adipisci vitam æternam quàm tẽ-
poralẽ. ¶ Postremò passio Christi vocatur exaltatio. Pri- Mat. 27.
mò, quia in aere eleuatus est Christus. Secundò, quia per suã Philip.2.
passionem maximè honorauit deũ patrem, obediẽdo ei vsq;
ad mortem Propter quod ait, Ego nõ quæro gloriam meã,
sed honorifico patrem meum. Tertiò, quia per suam passio-
nem exaltauit genus humanum, reducendo illud ad regnum C
cælorum. Quartò, quoniam sua passione meruit sibiipsi ac-
cidentale præmium, omnis videlicet creaturæ prælationem Iohan. 8.
& corporis sui glorificationem: secundum quod dicit Apo- Hebr. 2.
stolus ad Hebræos, Videmus Iesum propter passionem mor Philip.2.
tis, gloria & honore coronatum. Et alibi, Humiliauit semet 4.Re.18.
ipsum factus obediens vsque ad mortem: propter quod deus
exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est super omne no-
men. In libris Regum scriptum est, quòd Ezechias fregit
serpentem æneum, quem fecit Moyses, quod fecit Ezechias
zelo diuini honoris ad vitandam omnem speciem idololatri-
æ, quia (vt illic subiungitur) filii Israel vsque ad illud tem-
pus adolebant ei incensum.

D ¶ Prosecutio præsentis capituli, ab eo,
Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

ARTICVLVS. IX.

Vcusque descripta sunt verba Christi ad Nicodemum, sed an verba sequētia vsque ad id, Post hæc
H venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terrā, sunt verba Christi ad Nicodemū, vel potius verba Iohannis Euāgelistæ, exponentis & declarantis præinducta eloquia saluatoris, certū non habeo: veruntamen quomodocūque dicatur ad hoc, sensus est idem. Dixit quippe Saluator in verbis immediate præhabitis, atque in articulo præcedenti expositis,
E q̄ exaltari oportuerit filium hominis, hoc est, mori pro mūdi salute, nūc ostendit causam beneficii tanti, quæ nō est meritum nostrum, sed gratuita dei dilectio. *Sic enim deus dilexit mundum*, id est, tam ardenter deus pater dilexit genus hu-
1.Iohā. 4. manum, presertim homines predestinatos, *Vt filiū suum vnigenitum*, non adoptiuū, sed naturalem, consubstantialem, & vnicum, *Daret* hominibus, in filii sui incarnatione, ac passio-
Esaiæ. 9. ne. Dedit enim eū nobis, quemadmodū cecinit Esaias, Puer
Rom. 8. natus est nobis, filius datus est nobis. Et Apostolus, Proprio (inquit) filio suo nō pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Dedit ergo eū nobis, in incarnatione faciens eum filiū
F nostre sororis videlicet sacratissime virginis, fratrem nostrū mediatorem, ac socium nostrum. Qui enim ante incarnationem erat deus & dominus noster, per incarnationem factus frater & socius noster. Dedit quoq; eum nobis in tota cōuersatione eius in seculo isto. Nā quicquid Christus fecit, predicauit, & pertulit, ordinauit pater & etiam filius ad nostrā salutē & nobis meritoriū fuit, non ipsi Christo, quantū ad premium essentiale; quia hoc habuit anima Christi à primo suæ creationis instanti. Dedit etiā eum nobis in sacramento alta-
Iohan 6. ris, quemadmodum infra testatur, Pater meus dat vobis panē verū. Postremò dedit eum nobis in passione, exponēs filium suū dilectū tantis tormentis pro nostra salute: quemadmodū
Esa 53. Esaias prenūciauit, Propter scelus populi mei percussit eum.
Iohan. 8. Et filius tēpore passionis. Calicem (ait) quē dedit mihi pater, nō bibā illum? In passione enim creator noster, factus est saluator

uator nostri: iudex noster, factus est recōciliator noster, ad- A
uocatus, ac mediator noster. ¶ Sed quid retribuem⁹ deo patri pro omnibus quę retribuit nobis? Benedic anima mea do- Psal. 115.
mino, & noli obliuisci omnes retributiones ei⁹. Quid enim, Psal. 102.
quale vel quantū bonum dedit nobis? Nónne filium suū charissimū, sibi coæqualē & commensum, quē ex proprio corde æternaliter genuit, quē ex sua substātia peperit, quem nō minus diligit, quā seipsum. ¶ Porro, secundum philosophū. Di- Roma. 8.
ligere est alicui bonum velle. Vehemēter ergo nos amat pater, quibus dedit hoc bonum immensum. Quomodo etiā nō omnia nobis cum illo donauit. Quid negabit petētibus, qui
non petentibus dedit vnigenitum filiū suum? Hinc ait Iohan 1.Iohā. 4.
nes in sua epistola, In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suū vnigenitum misit in mūdum, vt viuamus per eū. Et ne putemus nos propter merita nostra a deo dilectos, B
adiecit. In hoc est charitas, non quasi dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Hinc & Paulus ipse ad Ephesios disseruit, Deus qui diues est in misericordia, propter ni- Ephesi. 2.
miam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, cōuiuificauit Christo, cuius gratia estis saluati. Non ergo contemnamus, neq; negligamus, nosipsos non vilificemus animas nostras, summæ trinitatis imagine insignitas, rebus terrenis, caducis aut carnalibus inhærendo, sed intensissima mēte pensemus, quanti æstimati simus à deo nostro, quāta pro nobis fecit, & passus est filius dei, quanta nunc dedit, quāta se daturū nobis promisit, & dicamus deo corde feruēti
cum illustrissimo Esaia, Nomē tuum & memoriale tuum do C
mine in desiderio animę. Anima mea desiderauit te in nocte, Esa. 62.
sed & spiritus meus in precordiis meis. De mane vigilabo ad te. Et cū Psal. Diligā te domine fortitudo mea. Ad hoc enim Psal. 17.
deus suā nobis dilectionē manifestauit, vt eum reamaremus, 1.Iohā. 4.
eiusque amore succensi ampliora beneficia perciperemus. ¶ Quadruplex nobis causa est amandi deū. Prima, quoniam in se naturaliter bonus est. Secūda, quoniā prior dilexit nos. Tertia, quia tam multa nobis bona largitus est, videlicet bona naturæ & gratiæ. Quarta, quia maiora promisit, præparauit, & dare paratus est. Nobilis anima, quæ suū diligit creato 1.Cor. 6.
rē, & tāto nobilior, quāto in eius amore feruēcior. Illustrissima creatura quæ igne diuini amoris flāmescēs in dilectū, super omnia in deū transformatur, & vnus cū illo spiritus efficitur,

D citur Conuenientissime demum ait Euãgelista, Sic deus di-
1.Iohã.4. lexit mundum, vt filiũ suum vnigenitũ daret, ad insinuãdum
quod dilectio dei est causa fontana omnium beneficiorũ no
bis diuinitus præstitorũ. Amor nanq; secundum Theologos
est primum donũ, in quo omnia dona gratuita gratis donan-
tur. Propter quod donũ appropriatur spiritui sancto qui est
amor patris & filii. ¶ Quæritur, si deus pater sic diligit mũ-
1.Iohan.3. dũ, cur scriptũ sit in Iohãne? Nolite diligere mundũ, neq; ea
quæ in mũdo sunt, quia si quis diligit mundũ, nõ est charitas
Iaco. 4. patris in eo. Et Iacobus in sua fatetur Canonica, Si quis vo-
luerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei cõstituetur: Di-
cendũ est, ꝙ in scripturis sacris, mundus accipitur pro homi-
nibus in terra degentibus, & hoc tripliciter. Primò, pro mũ-
E danis & vitiosis hominibus, de quibus Paulus ad Galatas te-
Gala. 1. statur, Si hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. De hoc
1.Iohã.4. mundo scribit Iohannes in sua Canonica, dicens, Ipsi de mũ-
do sunt, & de mundo loquuntur & mũdus eos audit. Iste est
mũdus pertinens ad massam perditionis. Secundò, accipitur
mundus pro hominibus prædestinatis, in mũdo isto sentibili
peregrinãtibus. Huius mundi dicitur Christus esse saluator,
2.Cor.5. quemadmodũ loquitur Paulus ad Corinthios, Deus erat in
Gene. 22. Christo mundũ reconcilians sibi. De quo mundo promissum
est Abrahæ, Benedicentur in te omnes tribus terræ. Vnde se-
Roma. 4. cũdum Apostolum ad Romanos quarto capitulo, Abrahã fa
ctus est hæres mundi. Tertiò, sumitur mundus indifferenter,
pro quibuscunq; hominibus in terra viuẽtibus, electis & re-
F probis. Sic quoq; accipi potest nũc, & in verbis immediate se
quentibus dicitur, Non misit deus filium suũ in mundũ, vt iu
dicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum. Deus enim
Sapien.11. (vt dicitur Sapientiæ vndecimo capitulo) diligit omnia quæ
2. Tim. 2. fecit, quãto magis rationalẽ creaturã. Vult enim omnes ho-
mines saluos fieri, volũtate accedente: & secundũ hoc diligit
omnes, & quantum in ipso est neminẽ vult perire. Sicq; pro
vniuersorum salute misit pater filium suum, vt omnes con-
uertãtur: & pro omnibus passus est Christus, quantũ ad suffi-
ciẽtiã, sed quantũ ad efficaciã, pro solis electis sustinuit om-
1.Pet.2. nia. Ideo Christus passione instante dixit ad patrẽ, Non pro
Iohan.17. mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mundo, quia
tui erant. Hæc diuersa acceptio mundi memoriter est tenẽ-
da, quoniam ad intelligentiam dicendorum necessaria est.

¶ Denique

¶ Deniq; ad hunc finẽ dedit pater omnipotẽs filiũ, *Vt omnis* A
qui credit in eum, fide per dilectionẽ operante. Nã fides sine Iaco. 2.
operibus mortua est, *Non pereat*, hoc est, non damnetur,
Sed habeat vitam æternã quæ est visio summæ Trinitatis per-
specie. Vnde apud Marcum dicit Saluator, Qui crediderit & Marc. 16.
baptizatus fuerit, saluus erit. Et in actibus Apostolorum Pau Acto. 13.
lus ait Iudæis. Per hũc vobis remissio peccatorũ annũtiatur, Mat. 9.
ab omnibus à quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. Marci. 5.
Hinc legitur Christus in Euãgelio sæpe dixisse, Fides tua te Marci. 10.
saluum fecit. Per fidem enim primo cõiungitur anima Chri- Lucæ. 7.
sto, & ei incorporatur ad cognoscendum & rectè sentiẽdum Lucæ. 8.
de ipso, vt sit particeps meriti & gratiæ Christi. Primò siqui- Lucæ. 18.
dem vnitur homo deo per intellectũ illuminatum lumine fi- B
dei, deinde per voluntatem siue affectũ, diuina charitate for-
matum. Propter quod Abacuc in secũdo capitulo dicit, Qui Abacuc. 2.
incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso. Iustus Roma. 1.
in sua fide viuet. Credimus autẽ in Christum secũdum quod Iohan. 4.
deus est, quia obiectum fidei est veritas prima & increata.
¶ Consequenter declarat Euangelista, ꝙ missio filii Dei sit
effectus paternæ atque diuinæ dilectionis ad nos. *Non enim*
misit per incarnationem *Deus* pater, *Filium suum in mundum*,
hoc est, in terrã Iudææ, seu inter homines. Deus in hoc Euã-
gelio frequẽter accipitur personaliter, scilicet pro certa per-
sona diuina: quandoq; verò essentialiter, vt cũ dicitur, Spiri-
tus est deus. Nunc verò sumitur personaliter, *Vt* (filius) *iu-*
dicet mundum, hoc est, homines iudicio cõdemnationis, iusti C
tiam exercendo, & pœnam infligendo, *Sed vt saluetur mũdus*
per ipsum, videlicet merito conuersationis & passionis Chri-
sti, cuius virtute & merito purgamur à culpa, & gratia adim-
plemur. Propter quod Petrus in Actibus Apostolorum ait, Act. 4.
Non est (inquit) aliud nomen hominibus, in quo oporteat
eos saluos fieri. Præterea cum Iacobus & Iohãnes, cuius est
hoc Euangelium, zelantes pro Christo, contra quosdam qui
eum nõ receperunt, dixissent, Vis dicimus vt descendat ignis
de cælo & consumat eos? Christus respondit: Nescitis cuius
spiritus estis. Filius enim hominis nõ venit animas perdere, Iohan. 12.
sed saluare. ¶ Videtur autẽ huic obuiare, quod infra ait Sal- Iohan. 9.
uator, Nunc iudicium est mundi, & alibi, In iudicium ego in Esaiæ. 11.
hunc mundũ veni. Esaias quoq; ait, Non secundum visionem
oculorũ iudicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet

in æquitate

D in æquitate pro mansuetis terrę. Et sicut alii Euangelistæ testantur, Christus in primo suo aduentu dure & efficaciter redarguebat sacerdotes, scribas, ac pharisæos. Talis autem redargutio nō fit sine iudicio, præsertim cum sæpe dixerit, Væ vobis. Et denuo, Publicani & meretrices præcedēt vos in regno cælorum. Dicendum, quòd duplex est Christi aduentus, videlicet, primus, quo venit occulte, & in humilitate, vt iudicaretur, & liberaret. Secundus, erit manifestus, & in maiestate, vt iudicet atq; remuneret De quo ferturin Psalmo, Deus manifestè veniet, deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet. Iudicium quoque est duplex. Est enim iudicium discretionis, quo boni à malis secernuntur, maliq; vituperatur, & pretiosum à vili separatur voto aut merito.

Lucæ. 6.
Mat. 21.
Mat. 25.
Psal. 46.
Hier. 15.
Iob. 34.
Psal. 1.

E De quo Iob ait, Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? In hoc iudicio impii non resurgunt, qui non surgunt à ruina peccati ad gratiam, iudicando hoc modo seipsos. Istud iudicium fuit & fecit Christus in primo suo aduētu: Multipliciter enim discernit inter electos & reprobos, quosdā misericorditer vocādo ad suum discipulatum & gratiam, quosdā iustè deserendo, qui non erant ex ouibus suis: de quibus & dixit, Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Aliud verò est iudicium remunerationis & condemnationis, per pœnæ illationem. Hoc Christus non fecit in primo suo aduētu, sed in die iudicii faciet id communiter, & in morte singulorū faciet ipsum particulariter. Per has distinctiones faciliter concordantur authoritates, quæ repugnare videntur. Qui credit in eum perseueranter vsque ad finem, fide, & opere manens fidelis, Non iudicatur iudicio reprobationis, sed approbationis, de quo dicit Apostolus, Qui iudicat me, dominus est. Vnde in Apocalypsi legitur, Esto fidelis vsque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ. Qui autem nō credit, iam iudicatus est hoc est, diuinitus reprobatus, de quo reprobationis iudicio Paulus testatur, Eos qui foris sunt dominus iudicabit. ¶ Quęritur, quomodo infidelis iam iudicatus dicatur, cum adhuc viator existat, necdumque oblatus sit tribunali iudicio Christi? Et respondendum quòd dicitur iam iudicatus tripliciter. Primò, quoniā pro iudicato & reprobato habetur. Secundò, quoniam habet in se causam damnationis adeò euidentem, vt nō sit dignum discussionem de ipso peragere. Cum enim careat fide, certum quòd nil meritorium habeat, sed mortali subia-

Mat. 15.

F

1. Cor. 4.
Apoc. 2.
2. Cor. 15.

subiaceat culpæ, dummodo sit adultus, præsertim cum dicat Apostolus, Quicquid non est ex fide, peccatum est. Iuxta hunc modum loquendi dicimus de homine agonizante vel veneno infecto, quod sit mortuus homo. Tertiò quia futura sunt deo quasi præsentia, qui omnia conspicit atque præsentialiter cernit in ipso æternitatis momento. Verunta men in hora mortis iudicabitur, quantum ad remunerationem, seu pœnæ illationem, quantum ad animā, & in die nouissimo quātum ad corpus & animam, quando erit vnus eorum quibus dicetur, Ite maledicti in ignē æternū. Iudicātur insuper infideles post hanc vitā quoad hoc nō quod omnes æqualem sortiuntur miseriam: sed vnusquisque iuxta mensuram sui delicti, pœnis maioribus vel minoribus deputetur. Causa autē cur iudicatus iam sit infidelis, subiungitur, *Quia non credit in nomine vnigeniti filii dei* hoc est, in ipso filio dei naturali & vnico, & per consequens mendacē facit deū patrem secundum quod Iohannes habet, Qui non credit in filium, mendacem facit deum, quia non credit in testimoniū quod testificatus est de filio suo. ¶ Istud si vniuersaliter atque simpliciter intelligatur, consequens esset, quòd nemo vnquam saluatus est sine explicita fide Christi futuri, presentis, vel missi: cuius contrarium tenent doctores, asserētes quante Christi aduentum simplicibus sufficiebat implicita fides de Christo, cum obseruantia legis naturalis quoad Gētiles, vel scripturæ quoad Iudæos, qui secundum quosdam tenebantur ad explicitam fidē de Christo in generali, ita quod sufficiebat credere esse vitam post hanc vitam, & quòd deus haberet prouidētiam atque iudicium actuum humanorum, saluti hominum prouideret, secundum modum sibi placētē, & ab ipso præordinatum. Vnde Cornelius Cēturio tali fide placuit deo. Erat enim vir religiosus & bonus, cuius orationes & eleemosynæ commemoratæ fuerūt coram deo, & tamen nōdum sciuit determinate aliquid loqui de Christo. Et respondendum, quòd si verba Euangelistæ intelligantur de explicita fide filij dei, non erunt de omnibus hominibus intelligenda, sed de maioribus, puta prophetis, & patriarchis, & eruditis, ab illis pro tempore legis scriptæ. Tēpore autē euangelicæ legis omnes tenētur ad explicitam fidē de Christo & trinitate. Idcirco iam nemo valet saluari, nisi explicita fide de vnigenito filio dei, *Hoc est autem Iudicium.* Hoc est.

A

Rom. 14.

Mat. 25.

B

1. Ioh. 5.

C

Acto. 10.

Iohan. 1.
Mich. 7.

D est, istud quod subditur, est causa meritoria iudicij reprobationis infidelium, omniumq; peruersorũ, *Quia lux* hoc est,
Heb.1. Christus lux vera, illuminans omnẽ hominem qui illumina-
1.Cor.1. tur. De quo dicit Michæas propheta, Cũ sedero in tenebris
Baruc.3. dominus lux mea est, Et Apostolus dicit, Cũ sit splendor glo-
Mat.5 riæ, imò pater & filius, & spiritus sanctus, sunt vna lux. Lux ergo videlicet verbum & sapientia patris, *Venit in mundum* per incatnationis mysterium, & in terris visa, atque cum hominibus conseruata est lux ista, assumpta humanitate velata Christus quoq; secundum naturam adsumptam est lux ineffabiliter clarior Apostolis, quibus dictum est, Vos estis lux mundi, Et *dixerunt homines* pro maiori parte, non tamen omnes simpliciter. *Magis tenebras* hoc est, passiones, & vi-
E tia rationem obtenebrantia, aq; ad infernales tenebras p-
ducẽtiã, *Quam lucem* hoc est, Christum seu eius doctrinam, ac virtutum splendorem: de qualibus scriptũ est in Iob, Ipsi
Iob.24. fuerunt rebelles lumini. ¶ Quicũq; prefert cõcupiscẽtiam rationi carnalem, voluptatem spirituali consolationi, bonũ creatũ caducum & variabile, bono diuino, æterno & infinito, iste diligit tenebras magis quàm lucẽ. Et qui peccata cõmissa potius vult occultare & psequi, quàm humiliter præ-
Prou.28. fert cõfiteri absconsionẽ tenebrarum suarum manifestationi luciſluæ cõfessionis, Ideo Salomon in prouerbiis testatur Qui abscõdit scelera sua, non dirigetur: qui autem cõfessus
Iob.13. fuerit & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur. Et sãctus Iob, Vias (inquit) meas in cõspectu eius arguam, & ipse erit Saluator meus *Erant enim eorum mala opera* hoc est, vitiosi,
F sicq; ex electione mali, & habitu vitioso peccabãt gloriãtes in malis, suisq; iniquitatibus firmiter adherentes. ¶ Sed cũ dicat Dionysius, Nemo respiciẽs ad malum operatur, & nihil appetitur nisi bonũ, quomodo potest quis plus diligere tenebras quàm lucem, seu vitium quam virtutem? Et respõdẽdum, quod nemo respiciens ad malum, operatur illud, hoc est, non perpetrat, nec apperit malum, nisi sub ratione alicuius boni apparẽtis, vtpote delectabilis vel vtilis: ꝓpter quod Salomon ait, Via stulti recta in oculis eius. *Omnis enim qui*
Prou.12. *male agit* non solum ex infirmitate, vel ignorãtia, sed ex certa malitia, seu habitu prauo *Odit lucem* i. iustitiam veramq; doctrinam, & etiam Christum aliquando quem vellet, non esse, vt possit pœnas futuras euadere. Et *non venit ad lucẽ* hoc est,

est, ad peccatorum suorum salutarem, ac lucidam confessio- A
nem. Vel, non venit in publicum ex verecundia aut timore pœnarum. *Vt non arguantur* id est, reprehendãtur, seu corrigantur à prælatis & iustis hominibus, *Opera eius* tenebrosa. ¶ Sed his contrariari videtur, quòd adserit Esaias, Peccatum suum quasi sodoma prædicauerunt nec absconderunt.
Et obstinato populo loquit Hiere. Frons mulieris meretri- Esa.3.
cis facta est tibi, noluisti erubescere. Tales vtique testan- Hiere.3.
te Salomone, Lætantur quum malefecerint, & sine vllo timore perpetrant mala. Veniunt ergo ad publicum, & in præsentia hominum peccare non erubescunt. Et respõdendum, Prou.6.
quòd verba præinducta vniuersaliter vera sunt, sed de diuer- Eccle.8.
sis generibus male agentium, diuersimode verificantur. Aliqui enim adeò mali sunt, vt respuant increpari, iuxta illud B
Amos: Odio habuerunt corripientem. Isti publicè peccant, & sæpe peccasse se iactãt. Alij sunt hypocrytæ, simulatores, & callidi, humana vituperia magis quàm diuinum iudicium formidantes, isti peccant in abditis, dicente Apostolo, Quæ in ocultis fiũt ab ipsis, turpe est dicere. Alij sunt famuli dei, Ephe.15.
sed imperfecti, nõ ambulantes timorate, & satis solicite co- Mich.6.
ram deo, sed cũ obseruantia debitorũ, seu præceptorum contenti isti multa venialia faciunt in secreto, quæ nequaquã facerent præsentibus aliis, & interdum non veniunt ad lucem ex verecundia ne confundantur. Vnde quicunque peccat, aliquo modo odit lucem & refugit eam, loquẽdo de peccatis à quibus homo merito denominatur peccator. Nihilominus
sunt aliqui viri virtuosi tã feruentes & humiles, ꝙ semper C
parati sunt increpari, & cupiunt sua peccata manifestare, correctionemq̃ que pati promptissimi sunt. *Qui autem facit veritatem* doctrinæ & vitæ atque iustitiæ, hoc est, qui vera loquitur, & eadem operatur, iustitiamq̃ que sectatur. Triplex enim est veritas, scilicet doctrinæ, vitæ, & iustitiæ, & quælibet harum est suo modo facienda. *Venit ad lucem* hoc est, apparere non erubescit, lucem sapiẽtiæ sequitur, & coram aliis exemplarem se exhibet. *Vt manifestẽtur opera eius* (ad gloriam dei, ædificationem proximi) *quia in deo sunt facta* i. secundũ Iohan.9.
voluntatẽ dei, quæ nobis in scripturis declaratur. Istud præcipuè verũ est de operibus bonis, ad quæ aliquis obligatur, quæ nullam singularitatem prætendunt, & sine nota vanitatis possunt manifestari. De his enim ait Saluator, Sic luceat

lux

D lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. ¶ Sed si omnis qui facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quid est quod aliqui de bonis actibus verecundantur? Sunt enim nonnulli, qui si à suis consortibus inueniãtur orare confiteri, vel aliquid deuotionis peragere, erubescunt, cupientes latere, nõ tã ex humilitate, quàm ex humano rubore. ¶ Deniq; sunt aliqui, solitarij & inclusi, optimæ vitę, qui nunquam in publicum veniunt, & multi ex vera humilitate absconderunt bona quæ operãtur. Vnde & Christus iubet in cubiculo, id est, in loco absconso orare. Et rursus, Videte (ait) ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab illis, dicendum quòd verba hæc Euãgelica verissima sunt, atque pulcherrima, sed de diuersis iustorum generibus verificantur variis modis. Primò enim vniuersaliter verum est, quòd quicunque facit veritatem, id est, meritoriè operatur, venit ad lucem, quæ Christus est, vt manifestentur à Christo opera eius in die iudicij, quando laus erit vnicuique a deo, & vt Christus cõfiteatur eũ, corã patre suo cœlestis. Rursus quicunque sic agit, venit ad lucem, id est, ad rectè rationis iudicium, vt manifestentur opera eius, pro loco causa, & tempore, scilicet quãdo ratio dictat, & charitas exigit. Qui verò de actibus bonis non excedẽtibus communẽ deuotionẽ verecundantur, sunt homines pusilli, & imperfecti, qui apprehendunt bonum honestũ sub ratione rei turpis, inquantum formidant propter bona opera, derideri. Solitarij autem veniunt ad lucem interiorem, quanuis non veniunt ad humanos aspectus. ¶ Porrò, verba saluatoris intelligenda sunt quantum ad intentionem, videlicet, vt nõ oremus, nec bona agamus ad hunc finem, quatenus videamur & cõmendemur à proximis, sed ad gloriam dei, propriamque salutem, & proximorum ædificationẽ. Elucescit ex his quod iustitia est regina audax, secura, fidutialis, iocunda, & victoriosa. Iniustitia verò cõtrario modo se habet. Propter quod scriptum est. Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata: semper enim præsumit sæua, perturbata cõsciẽtia, Hinc enim Iob ait, Sonitus terroris semper in auribus impij & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Nec dissonat, quod Salomon Prouerbiorũ vicesimo octauo astruit. Fugit impius nemine persequente, iustus autẽ quasi leo confidens absq; terrore

Matt. 6.

Lucæ. 12.

Sapiẽ. 7.
Iob. 15.
Prou. 28.

terrore erit: ideo dicit Apostolus, vis non timere potestatẽ fac bene, & habebis laudẽ ex ea. Propterea quoque ait Philosophus, quòd qui bene se habẽt in diuinis, sunt melioris fiducia. audiamus vocem iusti venientis ad lucem, & sciemus quanta sit securæ mentis fidutia. Ecce apud Esaiam ait vir iustus, Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicit mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis est qui condẽnet me? Tales fuerũt martyres sancti, qui faciẽtes veritatẽ legis, & fidei Christianæ, venerũt ad lucem, quoniam nõ erubuerũt Christũ, eiusque sermones: sed confessi sunt eum coram hominibus: ideo Christus cõfitetur eos coram patre suo, sicq; manifestat eorum opera bona.

A

Rom. 13.
Esa. 50.

Lucæ. 12.
Mar. 8.

B

¶ Explanatio residuæ partis huius Capitis.
Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam.

ARTICVLVS X.

D Escripto sermone quem habuit Christus cũ Nicodemo, aliquibus forsitam verbis ab Euangelista adiectis. Nunc consequenter ostẽditur exordium vsus baptismatis Euangelicæ legis, & quid Iohannes Baptista de Christo perhibuit, plenius edocetur. *Post hæc* videlicet consummato sermone præscripto, quem habuit ad Nicodemũ Saluator, *Venit Iesus, & discipuli eius in Iudæam terram* hoc est, ad alia loca Iudææ. Postquã enim fuit in ciuitate Iudęorum metropoli, puta Hierusalem, vbi Nicodemum instruxit, processit ad alia loca eiusdem prouinciæ, vt ibi prædicaret. Sed cum Hierusalem sit principalis vrbs Iudææ, quidã dixerunt, quòd Christus venit post prædicta in Iudæam non statim & immediate, sed postquã Galileam intrauit, & illic demorabatur cum eis in domibus alienis, tanquã pauper & hospes, quia non habuit vbi caput reclinaret, Et *baptizabat*. ¶ Secundũ Chrysostomum, Christus in propria persona nõ baptizauit: quia sequenti capite scribitur. Quanquã Iesus nõ baptizaret, sed discipuli eius. Dicitur tamen baptizasse, quia discipulis suis officium baptizandi, commisit. Quemadmodum rex facere dicitur, q̃ facit per suos ministros. Dicit quoque Chrysostomus, q̃ discipuli baptizabãt non baptismate Christi, sed Iohannis, quia secundum positionem hoc baptisma Christi nondum fuerat institutũ. Habet enim efficaciam

C

Mat. 18.
Luc. 9.
Iohã. 4.
Chrysost.

D à merito passionis dominicæ, quæ tunc nõdum erat peracta. Et Apostolus dixit, Christus post resurrectionẽ quadrdo ascẽdit, Iohannes baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto. Si autẽ Christus propriis manibus non baptizauit Apost. ergo nec aliquem alium. Sed melius videtur, vt cũ Augustino dicamus, quòd Christus primo per seipsum baptizauit, præsertim Apostolos, aliosq; discipulos suos: nec dubium quin proprio baptismate gratiam conferente baptizauerit. Instituit enim sacramẽta nouæ legis per seipsũ, & exercuit ea, saltem quædam eorum: postmodum verò cõmisit Apostolis baptismatis sui exercitium, & ipse altioribus intẽdebat, videlicet doctrinæ & prædicationis officio, quod & Apostoli post resurrectionem sæpe fecisse leguntur, quãdo E multos conuerterunt ne per baptizãdi officiũ, quod ab inferioribus atq; in doctioribus fieri potuit à verbo prædicationis impedirentur, Vnde ad Corinthios Paulus testatur, Neminem vestrum baptizaui, nisi Crispũ & Caium, & Stephanæ domum. Nõ enim misit me Christus baptizare, sed Euãgelizare. ¶ Nec obstat quod ait saluator Apostolis, Docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Hoc quippe intelligendum est, quòd baptizarẽt eas per se, vel p suos adiutores atq; discipulos. ¶ Postremò quod obiicitur, de facili soluitur. Passio enim Christi hoc cõtulit futura quod præstatiam facta. Tota enim efficacia, ac idoneitas meriti Christi, fuit à persona verbi præsentialiter quæ æterna est, & vnius potestatis ante passionẽ & postea.

Act.1. August. 1.Cor.1. Luc.26. Acto 1.

F Quòd verò Apostolis dictũ est, Vos autẽ baptizabimini spiritu sancto, intelligitur de interiori pfusione gratiæ spiritus sancti, sub signo visibili *Erat enim Iohãnes baptizans in Ennõ* (id est, loco sic dicto) *iuxta Salim* vrbẽ suã prope Iordanem *Quia aquæ multæ erant illic* videlicet iuxta Salim. Erat enim ibi lacus secundum Bedam, & ideo fuit locus ad baptizãdũ conueniens *Et veniebant* Iudæi ad Iohannem, *Et baptizabantur ab eo. Nondũ enim missus fuerat Iohannes in carcerẽ* ab Herode Tetrarcha, qui ad Herodiadis suggestionẽ incarcerauit Iohannem, vt marcus refert: Per hoc innuit Euangelista, q; omnia à se hucusq; descripta de actibus Christi, sunt ab aliis Euãgelistis omissa, qui sic loquãtur de Christo, ac si post incarnationem Iohãnis incepisset prædicare, & signa perage re. *Facta est ergo quæstio*, hoc est, ex quo Christus baptizabat

bat per se & per suos Apostolos, idcirco mota est quæstio cõ A tentiosa ex indiscreto zelo procedens, *Ex discipulis* (id est, ab aliquibus de numero discipulorũ) *Iohãnis* (Baptistæ) *cum Iudæis* qui baptizabantur à Christo, *De purificatione*, hoc est, de baptismo, qui est lotio purgans. Baptismus autẽ Christi, verè intus purificat, vnde actiua purificatio appellatur.

¶ Ista quæstio fuit cuius baptismus esset præstantior, Christi vel Iohannis, Iohannis nanque discipuli volentes magistrum suum præferre, dixerunt quòd eius baptismus dignior esset. Iudæi autem baptizati à Christo dixerunt oppositum. Scientes quale testimonium perhibuisset Iohannes Christo, dicens, Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos spiritu sancto: & etiam quia Iohannes veniẽtes ad se, misit ad Iesum, vt baptizarentur ab eo, non autem misit Christus venientes ad B se, ad Iohannem. *Et venerunt* (discipuli Iohannis) *ad Iohannẽ*, vt quæstionem hanc soluerẽt, propriiq̃ue baptismi honorem defenderet, *Et dixerunt ei*, dolentes & querulãtes quòd Marc. 6. honor magistri sui, & per consequens, honor eorum minuretur. *Rabbi qui erat tecum trans Iordanẽ* (sicut superius dictũ est) *cui testimonium perhibuisti* dicendo, Ecce agnus dei, *Ecce* Marc. 1. *hic baptizat* (per se & suos discipulos) *& omnes veniũt ad eum*, hoc est, tam multi, vt pene nulli videantur, qui te accedunt, quia & tu ipse mittis tuos ad eum: quasi dicant, ibi frequentia, hic paucitas. Illi honor impenditur, tu incipis paruipendi, & tu ipse in causa, quia sic illum verbis tuis magnificasti.

¶ Isti discipuli Iohannis nondum perfecti fuerunt, sed ali- Iohan. 2. quid inuidentiæ inerat eis, ægre ferentibus quòd Christus, C & eius discipuli Iohanni, & eius discipulis præferebantur. Vnde sæpe coniunxerunt se Pharisæis, quos nouerant æmu- Mat. 9. los Christi, contra Iesum, sicut Matthæus habet accesserunt ad Iesum discipuli Iohanis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, tui autem discipuli non ieiunant? Deinceps Iohãnes Baptista benigne docet, & corrigit suos discipulos. *Respondit Iohannes & dixit, Non potest homo accipere quicquam* hoc est, nihil boni habere, vel acquirere potest, *Nisi fuerit ei datum de cœlo* hoc est, à deo concessum, mediate vel immediate. Oia etenim bona, cũcta dona naturæ, vniuer 1.Cor.4. sa munera gratiæ, à deo sublimi & benedicto fontaliter pro- 2.Cor.3. fluuũt. Propter quod dicit Apost. Quid habes quod nõ accepisti? Et, Non sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, quasi

D ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et apud Ozeã Io
Ozeæ.3. quitur deus, Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium
tuum. Quanuis homo vniuersaliter ita sit, tamen Iohãnes id
dicit de semetipso, tanquam dicat, Ego cum homo sim, pote-
statem baptizandi non habeo, nisi ex deo, ille cum deus sit,
propria authoritate baptizat: ideo mihi non derogatur, dum
ille præ me honoratur, nec debetis hoc impatienter accipe-
re *Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis* qui verba mea de Christo
dicta audistis. *Quod dixerim* (audientibus vobis coram turba)
Non sum ego Christus, non sum filius naturalis, & vnicus, ma-
gnum mihi est esse filium adoptiuum, non sum finis, sed via,
& medium ad finem deducens, non sum Saluator, sed seruus,
Iohan.4. gratia eius indigẽs, cui & dixi. Ego à te debeo baptizari, &
Luc.1. tu venis ad me? sed quoniam missus sum ante ipsum tanquam
præcursor, & præco, vt prædicando, ac baptizando, disponerẽ
E homines ad doctrinã, gratiamq; illius. De hoc superius mul-
ta iam dicta sunt. ¶ Insuper ponit Iohannes Baptista copio
sam differentiam, grademq; distantiam inter Christum & se
& quia discipuli sui minus sublimiter senserunt de Iesu, ideo
Iohannes eius magnificentiam fidelissime atq; clarissime pã
dit, non breui versiculo, sed longo sermone. *Qui habet spon-
sam, sponsus est, Amicus autem sponsi qui stat & audit eũ, gaudio
gaudet* (.i. intime, cordialiterque exultat) *propter vocem sponsi*
cui cõgratulãtur. Hoc ad literã in hominibus ita est, spiritua-
liter quoque sic fuit inter Christum & eius præcursorem. Per
F sponsum ergo Iohannes intelligit Christum, cuius spõsa est
ecclesia, quam sibi in incarnatione, baptismo & passione de-
sponsauit, eam sibi incorporando, per gratiam fœcundãdo,
spirituales filios ex ea generando. Cum enim sponsus ex spõ
sa generet prolẽ, conuenit Christo procreare in baptismo fi
lios spirituales per ecclesiam, quasi per matrem fideliũ quæ
virtute & gratia sui sponsi regenerat. Iohanni ergo non con
ueniebat spiritualiter regenerare, sed ad regenerationẽ dis-
Ephes.5. ponere. De hoc sponso & sponsa ait Apostolus Ephes. Chri
Apoc.19. stus dilexit ecclesiã, & tradidit semetipsum pro ea, vt illã san
Apoc.21. ctificaret: & ideo Iohannes in Apocaly. venerunt (inquit) nu
Cantic.3. ptiæ agni, & vxor eius præparauit se: & rursus, Vidi Hierusa
lem, id est, ecclesiam à deo paratam quasi sponsam ornatam
viro suo. De hoc sponso & sponsa cantatur canticum cantico
rum. Habet autem Christus triplicẽ sponsam, videlicet vni-
uer

uersalem quæ est ecclesia omnium electorum, quam sibi ab A
origine mũdi desponsare exorsus est per fidem & charitatẽ:
sponsam particularem quæ anima sancta quam sibi quotidie
desponsat, quosdam ad se conuertendo per gratiam, sponsam
singularem quæ est virgo beatissima, quã sibi desposauit in
vtero suæ matris. Verum hæ duæ sponsæ continentur in pri-
ma, vt pars in toto, propter quod dici potest, quòd Christus
non habet nisi vnam sponsam in terra, sicut & vnam duntax
at ecclesiam habere asseritur, quanuis sint multę particula-
res ecclesiæ non discordantes ab ecclesia vniuersali. Cũ itaq;
sit filius dei sponsus noster seu animarum nostrarum, cõstat,
quòd fornicatur, adulteriumque committit, qui magis adhæ-
ret rebus terrenis, variabilibus, & caducis quàm sibi, hoc est
spirituale adulteriũ, de quo Psalmista loquitur deo, Ecce qui B
elongãt se à te periunt. Perdidisti omnes qui fornicãtur abs
te. De quo scriptum est apud Ozeam, Noli lætari Israel, quia Psal.72.
fornicatus es à deo tuo. Magna plane nobilitas atque ineffa
bilis dignitas animæ, imò totius ecclesiæ esse sponsam sui
creatoris, cuius semine imprægnatur, videlicet, lumine gra-
tiæ cœliformis, vt sit fœcũda in fructibus spiritus sancti. De
quibus ad Galathas dicit Apostolus, Fructus spiritus est cha
ritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, fides, Galat.5.
modestia. ¶ Denique, per amicum sponsi intelligit Ioannes
seipsum, quem certum est in Christi amore ardentissimũ ex-
titisse, qui stetit corporaliter iuxta Iesum circa Iordanem: spi
ritualiter quoque stetit tanquam in omni virtute erectus, in Lucæ.7.
Christi charitate perfectus, nec ad dexterã, nec ad sinistram C
deflectens animę gressus, quia nõ erat arundo vento agita-
ta, audiuitque verba sponsi cœlestis, quę non sunt in toto de
scripta, nec dubium, quin in verbis Christi cordialissime de-
lectabatur, ideo subditur, *Hoc gaudium meum impletum est* de
assistentia & audientia quàm sponso ecclesiæ astiti, eiusque
vocem audiui, iam vehementer lætatus sum excellẽtię Chri
sti mentaliter cõgaudendo. Fuit autem Iohãnes non solum
sponsi huius amicus, sed etiam paranymphus: quoniam inter
Christum & homines fecit copulã spiritualem, spõsam, spon
so cõiungens. Sed si Iohannes ita dilexerat Christum, non-
ne mirum est quòd nunquam corporaliter sequutus est eum,
sicut discipuli? præsertim cum teste diuino Dionysio amor
sit virtus vnitiua: imò istud in tantum displicuit Manichæis

D vt dicerent Iohannem esse damnatum. Et respondendũ est, quòd amor Iohannis fuit veraciter spiritualis idcirco in spirituali coniunctione quieuit contentusq; fuit, per quod docemur de corporali coniunctione seu præsentia non habere curare, nisi ad spiritualem profectum fuerit oportunum. Caro nempe (vt ait Saluator) nõ prodest, sed spiritus est qui viuificat. Vnde Apostolis in corporali præsentia Christi, min° ordinate delectationẽ habẽtibus professus est Christus. Expedit vobis vt ego vadam, si enim non abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Si autẽ abiero, mittam eum ad vos. Spiritualiter ergo amandus & contrectandus est non solum Christus, sed & quilibet proximus. Idcirco enim dicit Apostolus. Et si nouimus secundũ carnem Christum, tamen iam nunc non nouimus. Itemque, itaq; nos iam nem nem secũdum carnem nouimus. Deificata nanq; & spiritualizata erat affectio sancti Apostoli, cuius sectemur vestigia. ¶ Queritur, cur et quomodo Iohãnes qui superius dixit se esse indignũ soluere calciamenta Christi, nunc appellat se eius amicum? Dicendum, quòd ibi loquebatur turbæ, quæ Christi maiestatem non nouit. idcirco se ibi maxime humiliauit & Christum exaltauit. Nunc verò loquitur suis discipulis inuidia tactis, & inter Iesum ac Iohannem auersionem quandam facere cupientibus. Hinc Iohannes dicit se amicum illius, vt & discipulos suos ad Christi prouocet charitatem, sic & nos facere par est, dũ sentimus seminatorem discordiæ nos affari, dicendo verba inuidiæ prouocatiua, tunc ergo charitatiue loquamur de eo inter quẽ & nos nititur seminare discordiam. Vterq; autem sermo Iohannis est verus, quia Iohannes quantũ ad id quod fuit per naturã & propriam fragilitatẽ, dignus non fuit soluere calciamenta Christi: quantum verò ad id quod fuit per charitatẽ, & gratiã saluatoris, erat præcipimus eius amicus, non minor quàm Euangelista Iohannes. *Illum oportet crescere, me autem minui* quando Iohannes hoc dixit, fuit Christus perfectæ quantitatis in corpore, & perfectę sanctitatis, sapiẽtiæ & gratiæ in anima, secundum diuinitatem verò in seipso omnino incommutabilis permanet. Quòd ergo ait Iohãnes Ipsum videlicet Christum oportęt crescere, sic intellligendũ est: quomodo deus dicitur magnificari & exaltari à nobis, nõ quòd in seipso maior fiat vel altior, sed quòd eius magnitudinem, & sublimitatem agnoscimus, profitemur, laudamus:

Ioan.6.
Ioan.16.
2.Cor.5.
E
Ioan.1.
Marci.1.
F

mus: sic Christus creuit quantum ad magnitudinem famæ & hominum æstimationem. Iohannes verò minoratus est, hoc modo, populus enim putauit Iohãnem esse Christum, & Iesum esse prophetam non Messiam: sed tempore procedente radiantibus signis documentisque Iesu, & testimonio Iohãnis cooperante, cœpit populus Iesum tenere pro Christo rege Messia, Iohannem verò pro vate, præcursore, ac nuncio Iesu Christi. Augustinus tangit alium sensum, referendo verba Iohannis ad passionem vtriusque, vt Christus dicatur creuisse, quia distentus in cruce, Iohannes verò minutus quoniam decollatus: sed quia discipuli Iohannis conquerebantur de hoc quod multi accesserunt Iesum, & pauci Iohannẽ, potest ita intelligi: Illum oportet crescere, acquirẽdo plures discipulos spiritualesq; filios in baptismo, me autem minui, quantum ad numerum discipulorum, quia nonnulli ex discipulis Iohannis adhæserunt Christo. Huius incremẽti & decrementi ponit Iohannes Baptista aliquas rationes: Primam tangit, dicendo, *Qui desursum venit*, id est, Christus vnigenitus dei, cuius à summo cælo fuit egressio, quantum ad diuinitatem, quoniam natus à patre æterno, & quantum ad humanitatem, quoniam superuaturaliter conceptus & natus ex virgine, spiritu sancto corpus eius formante, *Super omnes est*, id est, omnibus creaturis sublimior est, quantũ ad vtrque suam naturam. Nam quoad diuinam, cunctis præstãtior est in infinitum. Hæc ergo ratio excellentiæ Christi sumpta est ex parte suæ originis: secunda verò accipitur ex qualitate suæ sapientiæ & doctrinæ. Vndẽ subiungitur, *Qui de terra est*, id est, ex humanis parentibus viro & fœmina natus est, de terra est, quantum ad generationis originem, *Et de terra loquitur*, id est, de inferioribus & terrenis tractat, quãtum est ex parte suæ terrenæ originis. Nihilominus, loquitur de diuinis atque cælestibus, siue per naturalem rationem sicut philosophi, siue per gratiæ infusionem, & supernaturalem illuminationem, quemadmodum Prophetæ & Apostoli. Ipse quoque beatus Iohannes Baptista, quem certum est hoc loco de cælestibus fari, imò de supercœlestibus eloqui, scilicet de patre & filio. *Qui de cælo venit*, humanam naturam assumendo & visibiliter apparendo, supernaturaliq̃ modo nascendo, *Super omnes est*, perfectione naturæ quoad suam diuinitatem: & excellentia gratiæ,

A
B
Psal.18.
Lucæ.2.
C

D quoad humanitatem assumptam. *Et quod vidit & audiuit hoc testatur & testimonium eius nemo accipit.* Hoc verbum præcursoris alludit ei, quod supra Christus dixit ad Nicodemum, Amen dico tibi, & quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimoniũ nostrum non accipitis: ꝙ quomodo intelligẽdum sit, pauloante expositũ est. Ea enim quæ Christus docuit, vidit oculo intellectuali secundum vtranque naturam: cognoscendo videlicet omnia per scientiam increatam, vt deus, & per scientiam infusam, vt homo. Denique, vt homo audiuit auribus cordis à deo trinitate in primo instanti incarnationis quicquid deus sibi reuelauit. Sed quomodò secundum naturam diuinam audit aliquid à patre, cum ipse sit sermo patris? Dicendum, quòd filio dei idem est generari à patre, & audire à patre. Nascendo quippe, à patre recepit plenitudinem deitatis, & per consequens sapientiam, omnemque perfectionem à patre, idcirco dicitur audire à patre, non quasi primo subsistens, & postea audiens, vel à patre distans, sed eandẽ sapientiã atque essentiam recipiendo à patre, quam habet pater, audit ergo, id est, intellectualiter percipit à patre, quicquid intelligit pater. Sed quomodo dicit præcursor de Christo, Testimonium eius nemo accipit? cum in Daniele scriptum sit, Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Itemq; Psal. Reminiscentur & conuertentur ad dominum vniuersæ familiæ gentiũ: sed & quãdo Iohannes hæc dixit, habuit Christum nonnullos discipulos, & ipse quoque Baptista vtique testimonium Christi accepit. Et respondendum, quod Iohanes hoc asserit, ad insinuandum paucitatem Iudæorum in Christum credentium: iuxta quem modum dicit Apostolus, Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Sic etiam Michæas dicit, Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. *Qui autem acceperit eius testimonium* verbis Christi credendo, *Signauit*, id est, considerauit, & suo actu monstrauit ac indicauit, *Quia deus* pater seu trinitas *verax est* in seipso, in verbis suis atque operibus, qui per diuersa argumenta probauit ꝙ Iesus sit Christus dei, videlicet in baptismo per descensum spiritus sancti in forma columbæ, & per vocem qua dixit pater, Hic est filius meus dilectus. Per miracula quoq; in Hierusalem facta, de quibus confessus est Nicodemus, Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit deus cum eo. Verus etiã ostenditur deus, quia in Iesu im-

Supra huius capitis b.

E

Dan. 7.
Psal. 21.

F

Philip. 2.
Mich. 7.

1. Iohan. 5.
Marc. 1.
Iohna. 1.

A su impleuit quæcunque per prophetas prænũciauit de Christo. *Quem enim misit deus, verba dei loquitur*, quanuis hoc verum sit de ipso Baptista, de quo dictum est supra, Fuit homo missus à deo, atque apostolis, imò vniuersis prædicatoribus sanctis, qui sunt missi à deo, & verba dei hominibus prædicant: hoc tamẽ de Christo antonomatice dicitur, cum ipse sit omnium missorum atque diuina loquẽtiũ summus. Præterea ostendit Baptista excellentiam Christi ex parte gratiæ sibi concessæ. *Non enim ad mensuram*, id est, secundum determinatum gradum, & particularem perfectionem. *Dat deus spiritum* sanctum, id est, gratiam eius, supplendum est Christo homini, de quo Iohannes nunc loquitur. Ex his autem quæ dicta sunt in expositione primi capituli super illud, Plenum gratiæ & veritatis, patet, quomodo gratia Christi sit perfecta, summa & multiplex, nec iam resumẽda sunt illa, sed quia præcursor iam astruit quòd sine mensura deus præstitit gratiam CHRISTO, oportet fateri, quòd gratia Christi sit aliquo modo infinita. Gratia autem CHRISTI habitualis, non est secundum essentiam infinita, cum sit pura creatura quę nõ potest simpliciter esse infinita, sed necessario est determinatæ perfectionis & limitatæ capacitatis. Gratia verò vnionis in Christo est simpliciter infinita, cum non sit quid creatum, sed ipsum verbum humanæ naturæ gratis vnitum: nihilominus gratia habitualis in Christo est quodammodo infinita. Primò, quia idonea est ad omnes gratiarum effectus. Secundò, quoniam maior gratia nulli communicari potest. Tertiò, quia tota capacitas animæ Christi repleta est gratia. Quartò, quoniam plena atque sufficiens est aliis influere incessanter. Aliis verò datur gratia secundum aliquem gradum & determinatam perfectionem, prout Apostulus dicit, Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Infinita est ergo gratia Christi, quoniam verbum tantam gratiam influxit animæ Christi, quantam capere potuit, eratque paratum plus dare, si illa potuisset plus capere. Vnio enim verbi cum humana natura, non est facta per gratiam habitualem intermediam, sed gratia ista consecuta est hypostaticam vnionem, tanquam effectus ipsius. Et quoniam vnio hypostatica seu personalis, est summa ac propinquissima, ideo ex ea deriuata est tanta gratia ad animam Christi, quòd tota eius capacitas fuit repleta. *Pater enim diligit*

Mat. 17.
Lucæ. 9.
Sup. eod.
Iohan. 1.

Iohan. 1.

B

C

Ephes. 4.

D *ligit filium*, amore immenso omni creaturæ inexperto, superæstuanti ac superdulcissimo quãtum ad filii diuinitatem.
Colos. 1. Propter quod dicit apostolus ad Colossenses, Gratias agimus deo & patri, qui nos transtulit in regnum filii dilectio-
Sapien. 11. nis suæ. Cum autem dicit, Pater diligit filium, non est simpliciter accipiendum, cum deus diligat cuncta quæ fecit, sed
Marci. 9. innuitur, quòd incomparabilis sit dilectio patris ad filium:
Iohan. 10. secundum quod apud Marcum ait pater, Hic est filius meus charissimus. Diligit quoque pater filium secundum naturam assumptam amore finito, sed singulari & ampliori quàm totum vniuersum, quoniam maius bonũ dedit ei soli quàm omnibus simul, videlicet personalem vnionem cum verbo. Et
E *omnia dedit in manu eius*, id est, in potestate filii, secundum vtranque eius naturam. Pater enim dedit omnia in potestate filii, secundum naturam eius diuinam, inquantum dedit eandem essentiam atque potentiam quam habet pater. Dãdo equidem ipsi potentiam istam, dedit ei omnium potestatem, ita quòd filius est vniuersorum dominus, per authoritatem, potens creare, annihilare, & quicquid voluerit facere Denique secundum assumptam humanitatem dedit omnia in manus eius, quoniam omni creaturæ præposuit Christũ, prout
Mat. 28. Matthæus ait, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Vt enim Damascenus testatur: dato Christo homini quod maius est, etiam datum est ei quod minus est. Quoniã ergo datum est ei personale esse verbi, vt sit filius naturalis,
Iohan. 10. quia humanitas Christi subsistit in increato, personalique es-
F se verbi, imò ipsum verbum est persona seu personalis subsistentia naturæ assumptæ, ideo datum est ei omnibus creaturis præsidere ac dominari. Sed contra hoc videtur esse illud
Hebr. 2. apostoli ad Hebræos, Nondum videmus omnia ei subiecta. Dicendum, quòd nondum sunt omnia Christo homini subiecta, quantum ad suæ potestatis plenariam exequutionem & vniuersalem manifestationem: sed hoc fiet in die iudicii, quando ad eum venient & confundentur omnes, qui repugnant ei, vt Esaias dicit. Per hoc itaque pater dedit omnia in
Esa. 45. manu filii secundum suam diuinitatem, quòd genuit filium sibi æqualem, omnipotens omnipotentem, vt qualis & quãtus est pater, talis ac tantus sit filius: ita quòd dare, aliud non sit quàm generare. *Qui credit in filium*, fide formata, perse-
1. Iohan. 5. ueranti & operatoria, *Habet vitam æternam*, id est, beatitudinem

dinem sempiternam, nunc in spe, in merito & in radice: non A
enim inaniter eam præstolatur, sed habet causam adipiscẽdi eam quæ est actio bona ex charitate procedens in adultis. In infantibus verò, sufficit fides formata sine opere proprio cum merito Christi. *Qui autem incredulus est filio dei, non vi-* Esaiæ. 26.
debit vitam æternam, id est, diuina visione priuabitur quantum ad pœnam damni, quemadmodũ scriptum est, Tollatur Esa. 27.
impius, ne videat gloriam dei: vnde & in Esaia habetur, Qui incredulus est, infideliter agit, sed cum vita æterna sit visio dei, quomodo infidelis dicitur non visurus vitam æternam quasi fideles sint eam visuri? Et respondendum q̃ intellectus reflectitur super proprium actum, ideo sancti in patria sua beatificam visionem vident, hoc est, cognoscũt. Potest quoque per vitam æternam intelligi beatitudo obiectalis, quæ B
est deus quem increduli non videbunt per speciem, *Sed ira dei*, id est, iusta vindicta *manet super eum*, id est, æternam damnationem incurret, quantum ad pœnam damni. Omnes quidem teste apostolo nascimur filij iræ, sed ira dei non ma- Ephes. 2.
net super electos atq; fideles. Super infideles verò in sua perfidia persistẽtes, sine fine manebit: vnde in Apocalypsi in- Apoca. 21.
ducitur, Timidis autem & incredulis & execratis, pars illorum erit in stagno ardenti igni & sulphure. Ex præinductis verbis & factis Iohannis moraliter edocemus ne indigne feramus, dum alii nobis præferuntur, quibus maiores æstimabamur, nec aliquid boni propriis viribus ascribamus: quia non potest homo habere vel accipere quicquam, nisi fuerit ei da- C
tum de cælo. Patet quoque ex his quanta sit certitudo fidei Christianæ quæ data est ab vnigenito filio dei, qui non alia nobis narrauit quàm quæ vidit in patre, & audiuit ab eo. Iohan. 19.
Propterea multo damnabilius est non recipere legem euangelicam, quam fuit non credere legi Mosaicæ, prout ad Hebræos plenius docet apostolus.

¶ Elucidatio. Cap. IIII.

Vt autem cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi.

ARTICVLVS. XI.

H Oc loco describit Euangelista inæstimabilẽ, prorsusque ineffabilem dignationem filii dei, quæ manifestatur in præsenti capitulo variis modis, videlicet q̃ nostræ prauitatis defectus, laboresque sustinuit: quòd mulieri peccatrici tam pie, diffusè ac dulçiter loqui dinatus

D gnatus est, ꝙ ignorãtes tã charitatiue instruxit, quòd pro cõ-
uersione gentiliũ tãta prodigia fecit Dicit igitur beatissimus
Euãgelista. V*t autẽ*, id est, postquam cognouit, hoc est, se co-
gnoscere demõstrauit Iesus qui secũdũ quod deus nouit om-
nia ab æterno, vt homo talis cognouit omnia quæ fuerunt,
sunt vel erũt à primo instãti creationis animæ suæ: vel simpli
citer, V*t cognouit Iesus*, hoc est, ex aliorũ relatu ꝓcepit. *Quia
audierunt pharisæi* à Iudæis, à Christo redeuntibus suscepto
eius baptismo, *Quod Iesus plures discipulos facit & baptizat
quã Iohãnes*, id est, maiorẽ partem Iudæorum suo magisterio
subdit atq; baptizat quã fecit Iohannes Baptista. Fecit enim
Christus discipulos nõ per hoc duntaxat, ꝙ aliis foris verbũ
dei proposuerit, sed quia eis intus gratiam aduertendi, cõsen
E tiendi & obediendi infudit, idcirco ratio magistri sibi præci-
Mat. 13. pue cõpetit: iuxta quod ait, Matthæus. Nolite vocari Rabbi,
Iohan. 3. vnus est enim magister vester Christus: *Quanquam Iesus non
baptizaret, sed discipuli eius.* ¶ Præcedẽti capite, dixit Euange
lista, ꝙ Iesus baptizauit, quomodo ergo nunc dicit, ꝙ nõ ba-
ptizauit? Et respondendũ ꝙ Iesus primo ad tẽpus baptizauit
non quoslibet, sed suos discipulos propria manu: quo facto
cõmisit eis baptizandi officium, & ipse vacabat doctrinæ, vt
dictum est supra: quia ergo nunc dicitur ꝙ non baptizauit re
ferendum est ad tempus sequens. Augustinus, Beda, & alii
multi sic soluunt, ꝙ Iesus baptizauit & nõ baptizauit. Bapti-
zauit nempe intus à culpa lauando, nõ baptizauit autem fo-
ris corpora aquis tingendo, verum quia mox subditur. *Sed
discipuli eius*, constat euangelistã loqui hoc loco de exterio-
F ri baptismate. Discipuli enim nõ mundabant à culpa, nisi in-
strumentaliter, ideo prima solutio planior est, quę tamen ab
intentione istorum non discrepat, R*eliquit Iudæam*, id est,
illam partem terræ promissionis, in qua habitauerunt tribus
Iosue. 15. Iudę & Beniamin atq; Leuitica. Ab eo enim tẽpore quo decẽ
tribus à domo Dauid diuisæ sunt, & vitulos aureos adorauerunt, constituentes sibi sacerdotes de extremis populorũ, filii Leui venerunt & habitauerunt in regno Iudæ, vbi fuit tẽplum & locus sacrificiorum, & cultus dei permansit, vt patet
3.Reg.12. in libris Regum: Tota autẽ prouincia illa vocabatur Iudæa
1.Para.5. à tribu Iuda, quoniam principalior fuit ac maior, sicut & Iudas inter fratres suos fortissimus extitit, vt habetur in lib. Paralipomenon. Imo ante prædictam diuisionẽ tota terra pro-
missionis

missionis nominata fuit Iudæa, propter regiam excellentiã A
tribus Iudæ: iuxta illud in Psalmo, Facta est Iudæa sanctifica
tio eius. Cur Christus reliquit Iudæam nunquid timore pha
risæorũ quos solo nutu destruere potuit? Non vtiq;, sed ꝓ-
pter alias rationes. Primò, cedens peruersitati & rãcori eo- Psal.13.
rum, ex compassione, ne eum persequendo grauius peccarẽt
Secũdò, dans exemplum fugiendi persequẽtes pro loco, cau
sa & tempore, quando videlicet potius expedit fugere quã
manere. Vnde & alibi loquitur, Cũ persecuti vos fuerint in Mat.20.
vnam ciuitatem, fugite in aliam. Tertiò, ad insinuandum, ꝙ
ingratis sæpe subtrahendũ est verbum dei propter indigni
tatem illorum, & reuerentiam verbi diuini, ne vilipendatur
propter quod Salomon dixit. Qui erudit derisorem, ipse sibi
iniuriã facit. Et denuo ait scriptura, Vbi non est auditus, nõ Prou.9.
effundas sermonem. Propter similem causam, Paulus & Bar B
nabas reliquerunt Iudæos: vt in actibus Apostolorum habe- Eccle.32.
tur Vobis oportebat primo loqui, verbum dei, sed quia repu Actor.13.
listis illud conuertimur ad gentes, Et *abiit iterum in Galilæã* Lucæ.17.
de qua natus fuit, & à qua abiit primo in Hierusalem *Oportebat autem eum transire per mediam Samariã*, id est, per terrã
Samariæ, quæ inter Iudæam & Galileam sita fuit, sicq; ex cõ
gruẽtia vię, oportuit, id est, conueniẽs fuit Iesum ire per terram illam: sed quod non oportebat ex necessitate palam est
Poterat quippe dominus Iesus ductu angelico ferri de loco
ad locum, sed nec tali famulatu indiguit, quoniã poterat do
tem agilitatis assumere & per eam in breuissima horula, lõ-
gissimæ spacia pertransire, imo pręter hos modos potuit ꝓ-
pria potestate, puta virtute verbi, velocius moueri quã cor C
pora glorificata per dotẽ agilitatis. Porrò in scripturis per Gene.40.
Samariam quãdoq; designatur principalis vrbs terrę illius, Gene.33.
à qua tota prouincia appellatur. Samaria tamẽ vrbs illa cum Gene.35.
destructa fuisset & reparata, dicta fuit Sebaste. Quãdoq; au- Ibidem.
tem per Samariã, signatur prouincia illa, vt nunc, *Venit ergo Iesus* cum discipulis suis *In ciuitatem* Samariæ, *Quæ dicitur Sychar*, quę in Genesi dicitur Sychem istud dicit Euangelista per anticipationẽ, quia (vt infra habetur) Iesus mũdũ Iosue. 17.
introiit ciuitatem, sed foris permansit & post nodũ est in- Gene.35.
gressus, propter quod subditur *Iuxta prædium* id est, agrum
qui fuit extra & propè hanc vrbẽ. *Quod* (prædium) *dedit Iacob* (moriens) *Ioseph filio suo.* Vnde in Genesi ait ad Ioseph.
Do tibi

D Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu
Amorrei in gladio & arcu meo. Vrbs ista cecidit tribui Ma-
nasse filij Ioseph. *Erat autem ibi* iuxta prediũ istud, *Fons*
Iacob, id est, puteus quem habuit Iacob, quãdo habitauit iux
ta hunc locum, quando videlicet à mesopotamia fuit regres-
sus. *Iesus autem fatigatus ex itinere*, id est, laboriosa viæ am-
bulatione, & secundum Augustinum in epistola ad Diosco
rũ, tãta fuit ab exordio incarnationis beatitudo animę Chri
sti, quod non nisi diuina dispensatione dilatũ fuisset, prædi-
Matt.4. ctæ beatitudinis redundantia tanta fuisset in corpore Chri-
sti, quòd ipsum ab omni pœna & morte præseruasset. Omnis
ergo corporalis defectus, & passio corporis Christi fuit di-
spensationis diuinæ, nõ necessitatis humanæ. ¶ Esuriit igi-
E tur, sitiuit, estuauit & fatigat⁹ est Iesus nõ ex necessitate, sed
ppter multiplices causas. Primò, vt susceptę carnis, atq; in-
dutę à se humanitatis veritatẽ demõstraret. Assumpsit enim
humanam naturã, & indetrahibiles eius defectus, videlicet
Matt.11. naturales motus passionum, iram, timorem, tristitiam, secun
dum Damascenum, Secundò, vt sua fatigatione nobis requiẽ
mereretur ęternam, gratiã quoque copiosam in seculo isto.
Tertiò, vt nos ad fortẽ atque æquanimem sanctorum labo-
rum, & fatigationum tolerantiã animaret, sicut & alibi lo-
quit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &
ego reficiam vos. Neque enim pigritantibus & dormiẽtib⁹,
sed laborantibus & in diuino obsequio corporaliter fatiga-
F tis, corde tamẽ infatigabilibus prouenit beatitudo cœlestis:
Psal.108. sic ergo fatigat⁹ est Iesus ex itinere, quomodo dicit in Psal-
mo, Genua mea infirmata sunt à ieiunio *Sedit sic super fon-
tem*, id est, iuxta puteum repausauit, propter diuersas causas
Esaiæ. 12. quieuit iuxta puteum. Primò, quoniã sitiebat & bibere vo-
luit. Secundò, quia per fontem & aquam designantur fluẽta
sapientiæ Christi, quam ipse sui propinat electis: iuxta illud
Esaiæ, Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris. Ter
tiò, vt ex occasione loci mulierẽ instrueret, imò sub perso-
na mulieris Samaritanæ totam ecclesiam ex gentilitate cõ-
uersam, *Hora erat quasi sexta*, ex quo sequi videtur, ꝙ Iesus
cœpit mane ambulare, vt & nos diliculo cõsurgamus ab do-
Eccle.39. minum, quemadmodum in Ecclesiastico habetur, iustus cor
Esaiæ. 36. suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum, qui fecit
Prou.29. illum. Et Esaias, De mane (inquit) vigilabo ad te, Verum vt
Salomõ

Salomon in prouerbiis testatur, Sicut ostiũ vertitur in car- A
dine suo, sic piger in lectulo suo *Venit mulier de Samaria*, id
est, de prouincia illa, non de ciuitate sic dicta. *Venit enim de
ciuitate Sychar*, haurire aquam. Dicit Iesus, Da mihi bibere
ex vrna tua. Christ⁹ enim ad literã corporaliter sitiebat, spi
ritualiter verò cõuersionẽ fœminæ huius, omniumque ani-
marum sitiebat errantium: & vtiq; ante aduentum mulieris
potuit Christus aquæ præcipere vt vsq; ad os putei leuare-
tur, sicq; potaret, sed noluit semper supernaturaliter agere,
voluitque ad tempus seipsum siti affligere propter commo-
dum nostrum. Petiit autẽ potum à fœmina, vt daret ei occa-
sionem meriti copiosi, *Discipuli autem eius abierãt in ciuitatẽ*
(Sychar) *vt cybos emerẽt* & sic dominus maiestatis remansit,
solusque sedit ad fontem, in quo eius humilitas cõmẽdatur: B
& forte pro tunc pauci discipuli ibant cum eo, quia nõ appa
ret, quòd multi simul intrassent propter escas emẽdas, præ-
sertim cũ certũ sit, ꝙ non emerunt cibaria delicata aut pre-
tiosa. Dicit ei mulier Samaritana, admirãs ꝙ homo Iudæ-
us petisset potũ ab ea. *Quomodo tu Iudæus cum sis* Hoc enim
perpendit ex habitu Christi, quoniã vestis eius fimbrias ha-
buit ad modum Iudęorũ, & etiam ex dispositione vultus & Matt.14.
sermone. Vnde Matthæus, Quot quot (inquit) tangebãt fim
briam vestimenti eius, salui fiebant, *Bibere à me poscis quæ
sum mulier Samaritana*, causã verò cur hoc non licuit Chri-
sto secundum æstimationem mulieris Euangelista subiecit. Exod.12.
Non enim cõtuntur Iudæi Samaritanis, id est, cõmunionem C
cum illis in cibis & potibus seu vtensilibus habere contem-
nunt. Iussit quippè dominus filiis Israel vitare familiaritatem
& societatem cum alienigenis. Iudæi verò maximè abhor-
rebant Samaritanos, quoniam terram eorum occupabant,
multasque eis intulerunt molestias post reditum à Babilo- 3.Esdr.5.
ne, vt patet in libro Esdræ. ¶ Sed cur Christus, qui venit Matth.5.
legem implere nõ soluere, petiit potum à fœmina in fideli?
Dicendum, quòd Christus non erat sub lege, sed dominus
legis, ideo potestatem habuit dispensandi. Venit autem le-
gem implere, id est, perficere, nõ tamen semper seruauit cæ
remonialia legis ad literam. *Respondit Iesus & dixit ei si sci-
res donum Dei*, id est, gratiam & misericordiam Dei quæ
tibi nunc offertur per hoc, quod filius Dei petit potum à te.
Nempe qui Christo aliquid dat potius recipit beneficium,
quàm

D quàm impendat, quemadmodum magnũ esset pauperi, si rex peteret quicquam paruũ ab eo. Et *si scires quis est qui dicit tibi da mihi bibere* id est, si me agnosceres, si me esse deũ & hominem scires, *Tu forsitan petisses ab eo*, spiritualem refectionem, forsitan dicit ad insinuãdum, quod omne opus meritorium ex libertate procedit, vel ideo dicit forsitan vt det nobis formam sobrie non ceruicose loquẽdi, præsertim cũ loquimur de actibus aliorũ. Et *dedisset tibi aquam viuã*, id est, gratiam spiritus sancti, seu ipsum spiritum sanctum qui dari tunc dicitur, cum eius gratia gratũ faciens menti infunditur sicq; redit in idem, siue per aquã intelligatur spiritus sanctus seu gratia eius. Quòd autem per aquã intelligatur spiritus E sanctus constat ex eo, sicut habetur infra, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod euangelista exponẽs, hoc (inquit) dicebat de spiritu quem accepturi erãt credentes in eum. ¶ Dicitur itaque spiritus sanctus seu gratia eius aqua, & aqua viua ad similitudinẽ aquæ materialis, quemadmodum etiam dicitur ignis: iuxta illud Apostoli, Deus noster ignis consumẽs est. Et alibi dicit Saluator, Ignẽ veni mittere in terram. Primò dicitur aqua, quoniã purgat à maculis culpæ & mundat atq; purificat animã de qua aqua accipi potest illud Ezechielis, Effundam super vos aquã mũdã & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris. Secũdò quia refrigerat ab æstu testationis. Tertiò, quia extinguit ignem libidinis. Quartò, quia fœcundat animam, vt sit velut F lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Deniq; aqua viua vocãt quę fluit & scaturit atq; principio suę emanationis cõtinuatur: sic gratia spiritus sancti agilis est & fõti suę emanationis, videlicet spiritui sãcto semper cõiũgitur tanquam riuus ac radius eius, *Dedisset* (itaque) *tibi aquã viuam* spiritualiter viuificantem. Omnis enim qui petit accipit, de tali aqua in Ecclesiastico legitur, A qua sapiẽtię saluaris potabit illum. Et in Esaia scriptũ est, Omnes sitientes venite ad aquas. Et in Apoca. quoq;. Qui sitit veniat, & accipiat aquã vitæ gratis. *Dicit ei mulier* quæ verba Christi intellexit de aqua materiali. *Domine* vidit enim in vultu & habitu Christi, quòd esset valde venerãda persona, omni maturitate & probitate morũ refulgens, ideo nominat eum dominum, nondum tamen putauit eum esse prophetã vel Christum aut deum. *Neq; in quo haurias habes*, id est, instrumentum

Iohan. 7.
Deute. 7
Hebr. 12.
Lucę. 12.
Eze. 36.
Psal. 1.
Hier. 17.
Lucæ. 11.
Eccle. 15.
Esaiæ. 55.
Apoc. 22.

tum hauriendi non habes vt ego, Et *puteus altus est*, id est, profundus, propter quod opus est hauritorio, quia cũ manu nequit aqua educi. Frequenter in scripturis ponitur altũ pro profundo, vt sapiẽs ait, Ab altitudine inferorum eduxit eos & in Ecclesiastico, De altitudine ventris inferi liberasti me. *Vnde ergo habes aquam viuam* quã possis mihi præstare si postularem: & probat quòd non possit, quia alium puteum vel fontem non possideret meliorẽ puteo isto, quod probat per hoc, quòd non maior est patriarcha Iacob. *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob* Reputabant enim Iudæi & Samaritani Abrahã, Isaac & Iacob valde præcipuos extitisse. Vnde infra dicunt Iudæi ad Christũ, nunquid tu maior es patre nostro Abraham *Qui dedit?* id est, fossum reliquit. *Nobis puteũ istũ* ex quo patet, q̃ fons, de quo fuit iam sermo puteus B erat. Et *ipse* (Iacob) *ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius*, Respondit *Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac* (& simili) *sitiet iterum* si diu vixerit, & ad tempus competens à potu cessauerit *Qui autem biberit*, id est, spiritualiter sumpserit, & mente gustauerit, *Ex aqua quam dabo ei*, id est, gratiam spiritus sancti, *Non sitiet in æternum*, hoc dupliciter intelligi potest. Primò, sic Non sitiet in æternum, id est, licet ad tempus sitim spiritualem sustineat, suspirando ad patriam, cupiendoque gratiam perfectiorem atque aliorum salutem nõ tamen semper sic sitiet, sed veniet hora in qua replebitur bonis desiderium eius, quia in die iudicij in anima & corpore glorificabitur, & tunc non deerit quod affectet C hoc modo, vt scriptum est in Matthæo, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, quando? Audi psalmistam, Satiabor, ait cum apparuerit gloria tua. Secundò sic, Non sitiet in æternum, hoc est, nũquam sitiet appetendo rem omnino absentem nequaquã adeptam. Habet enim virtualiter omne bonum, quoniã gratiam habẽdo habet deum gratiæ fontem & fœlicitatem æternã per inchoationem & cõtinentiã virtualem, Nam gratia est inchoatio gloriæ, & virtualiter continet eam, sicut semen cõtinet arborem, Iuxta quẽ sensum ait Psal. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. ¶ Sed his obuiare videtur quod in Ecclesiastico Christus dei sapiẽtia loquitur, Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Dicẽdum quòd secundum primam expositio-

A Sapien. 10
Eccle. 51.
Iohan. 8.
Gene. 29.
Psal. 102.
Matt. 5.
Psal. 16.
Psal. 35.
Eccle. 24.
1. Cor. 2.

Dnem istud nequaquam dissonat à prædictis, sed quantum ad secundam expositionem videtur repugnantia quædã. Sciẽdum ergo q̃ sitis in scripturis tripliciter sumitur. Primò pro desiderio rei nequaquã adeptæ, sicq; acquisitio temporaliũ rerum generat sitim aliarum & plurium diuinarum agendo cupiditatem. Secundò, pro desiderio rei adeptæ, vt habeatur magis perfectè, siq; sitit, qui gratiã recipit, quoniam deum & dona eius quę habet imperfectè, dederat perfectius possidere, pertingendo de fide & via ad speciem & patriam: æmulãdo quoq; charismata meliora in pręsenti, secundũ doctrinã
1.Cor.12. Apostoli. Tertiò, pro amore rei pręsentis cũ exclusione fa-
1.Pet.1. stidij, sic sancti in patria sitiunt deũ, quemadmodum Petrus ait de Christo, in quẽ desiderant angeli prospicere *Sed aqua* id est, gratia gratum faciens, *Quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ*, id est, origo, formale principium atque meritoria rãtio virtuosæ actionis, sanctæ contemplationis, ardentis desiderij, *Salientis*, id est, animam ista terrena transilire facientis, pertingendo in vitam ęternam. Quemadmodũ enim natura est in nobis principium omniũ naturaliũ operationum sic gratia gratum faciens est fons intrinsecus atq; principium omniũ actionum meritoriarũ, faciẽs ipsam essentiam rationalis creaturę deo acceptã, deiformem, deo supernaturaliter copulatã & ad promerendũ supernaturalem fœlicitatẽ idoneã. *Dicit ad eũ mulier* verba hæc mystica carnaliter intelligẽs, nõ enim erat solita audire huiusmodi, *Domine da*
F *mihi hanc aquam* quæ omnẽ sitim æternaliter aufert, videlicet aquam corporalem de qua te loqui existimo, *Vt non sitiam* (corporaliter) *neque veniam huc haurire* propter duplex cõmodum petiit fœmina aquam talem. Primò, vt à pœna sitis libera esset. Secũdò, vt à labore hauriendi eriperetur: sic & nos spiritualem hãc aquã à Christo cordialiter, iugiterq; petamus, vt nõ sitiamus ista terrena, quæ appetitũ nequeũt satiare: sed quò eorũ amori & occupationi homo magis inuoluitur, eo à diuinorum contẽplatione, dilectione, & vera quiete ac libertate amplius impeditur ac elongatur, neq; veniamus huc haurire, id est, in exterioribus atque carnalibus cõsolationes viles requirere, sed ĩ domino sit tota delectatio nostra, & cum Hieremia dicere mereamur, Diem ho-
Hiere.17. minis non cõcupiui, tu scis, qui enim eor suum ad exteriora
1.Pet.2. effundit, qui humanas & seculares delectatiões admittit, nequaquam

quãquam dignus est gustare quãm dulcis dominus. Talis e- A
nim nunquã efficitur verè spiritualis internus & deo suo familiaris atq; charissimus. Deniq;, quoniam mulier ista verba Christi capere nõ volebat, incipi Christus eam inducere, ad cognoscẽdum seipsum, vt cognito ipso loquente, verba eius sciantur esse spiritualia ac diuina. *Dicit ei Iesus, Vade, voca vi* 1.Cor.2.
rum tuũ & veni huc simul cũ illo. Quomodo dicit hoc Christus qui est infallibilis veritas, & sapientia patris, nouerat enim quòd mulier ista virũ proprie dictum, id est, virum legitimum non haberet. Sed hoc facile soluitur, vt sit sensus, Voca virum tuum, id est, eum qui putatur esse maritus tuus legitimus, quanuis sit adulter: sed nunquã intentio Christi fuit vt mulier ista virum suum adduceret, quid enim ille fecisset adductus? Si autem dicatur quòd voluit Christus virum adduci, quatenus eum instrueret, atque conuerteret. nõ infide B
liter dicitur: si verò dicatur q̃ hoc non fuit intentio Christi, sed vt ex occasiõe huius verbi & ex respõsione mulieris Christus eam cõuenientius arguat: respondebo quòd sic ait ad fœminã hanc, voca virum tuum, quomodo ait in Genesi Abrahæ, Tolle filium tuũ vnigenitũ Isaac, & offer illũ mi- Gene.22.
hi in holocaustum, quod dominus dixit, non vt sic fieret, sed vt tentaret, non quatenus ipse veritatem agnosceret, sed alij. sic ergo nunc ait mulieri voca virum tuum. *Respondit mulier & dixit, Non habeo virum. Respondit ei Iesus, Bene* (id est, verè) *dixisti, quia non habeo virum*, id est, maritum legitimum. *Quinque enim viros* (legitimos) *habuisti* (successiue) *& hunc quem*
habes modo, id est, qui iam putatur esse vir tuus legitimus, C
Non est tuus vir. Hoc videlicet, non habeo virũ, vere dixisti, ¶ Posset hic disputatio longa induci, quomodo intelligẽda sint hæc, Mulier equidem ista fuit cum adultero, quem tamẽ ipsa dixit esse suum maritum, & alij sic credebant, fuitq; notorium in ciuitate Sychar, quòd mulier hæc fuit cum viro isto, vt communiter asserunt expositores Dum ergo mulier dixit Christo, Non habeo virum, si per virum intellexit virum legitimum, publicauit proprium crimen quod intendebat abscondere, si verò per virum intellexit quemlibet maculum negauit quod erat notorium, Non ergo Christus dixisset, bene dixisti, non habeo virum. Ad hoc respondendum videtur, quod mulier more adulterarum loquebatur sophistice, dicens, Non habeo virũ, nomine viri intelligens virum

D legitimum, & ergo verum dicebat materialiter, sed nomine viri voluit Iesum intelligere quêlibet masculum, vt ipsa continens crederetur, sicq; mentiebatur formaliter, quoniã fallere satagebat, nec verebatur alieno veritatẽ abscõdere, quẽ putauit secreta sua latere, moxque recedere. *Dicit ei mulier, Domine video*, hoc est, ex reuelatione secretorũ meorũ considero *Quia propheta es tu*. ¶ Sed cum prophetia sit de futuris contingentibus, quomodo sequebatur Christum esse prophetam, quia preterita, & præsentia occulta cognouit? Dicendum, quòd licet prophetia propriissime sumpta respiciat futurum contingens, est tamen secundum Gregorium etiã de præteritis, & præsentibus diuina reuelatione patefactis. Mulier ista nunc cœpit cognoscere excellentiã Christi, videlicet quòd esset propheta, sed nõdum sciebat, quod esset finis, impletor ac dominus prophetarum. quoniam itaque vidit eũ in diuinis illuminatum proponit sibi quæstionem vel potius obiicit sibi argumentum ad probandum errare Iudæos, qui dixerunt, quòd in Hierusalem adorare oportet, *Patres nostri* videlicet Iacob & filij eius & filij Israel egredientes ex Aegypto, *In monte hoc*, id est, in monte Garizim huic loco propinquo *Adorauerunt* quando Iacob habitauit apud Sychem, quia in locis altis seu mõtibus orare & sacrificare solebant Iudæi & patres eorum, templo nondum constructo, secundũ quod dominus dicit ad Abraham, Tolle Isaac & offer illum mihi super vnum montium quem mõstrauero tibi, sed & sex tribus Israel stabant in monte Garizim ad benedicendum, & aliæ sex in monte Hebal ad maledicendum quemadmodum in Deutero. iusserat dominꝰ, patet quomodo mulier ista nominat sanctos patriarchas patres suos, cũ non esset de semine illorum progenita. Samaritani quippe fuerunt natione Gentiles, quia Salmanasar rex Assyriorũ decem tribubus partim occisis, partimque captis ac translatis, posuit medos in terra decem tribuum, qui cum deuorarẽtur à leonibus, eo quòd deum Israel nõ colebant, misit eis rex Assyriorum vnũ de sacerdotibus populi Israel, vt doceret eos legi tima dei terrę Israel: quo facto, cœperũt colere dominum, recipientes dunta xat quinq; libros Mosi, & idola sua nõ relinquẽtes, prout in libris Regũ plenius recitatur. Dicẽdũ ꝙ mulier vocat illos suos seu Samaritanorũ patres, quia Samaritani sequebantur cultũ & ritũ illorũ in multis, & propter reuerentiã patriarcharum

E

F

Gene.33.
Gene.22.
Deut.3.
4.Re.18.

A charum, Et *vos* (Iudæi) *dicitis quia Hierosolymis est locus* hoc est templum in monte Sion. *Vbi adorare oportet*, id est, expeditius est quàm in monte Garizim. Iudæi autem non dixerunt quòd oporteret, de necessitate adorare in templo Hierusalem, quasi deus alibi nõ exaudiret, nam in synagogis suis orare consueuerunt: sed asserebant conuenietiorem locum orandi esse in Hierusalem, quod & verum fuit quoniã deus specialiter elegit locum illum pro cultu suo, præsertim ad sacrificandum. *Dicit ei Iesus. Mulier crede mihi* quem vides esse prophetam. Nisi enim credideritis non intellegetis, & accedentem ad deum necesse est credere. *Quia veniet hora, quando neque in monte hoc* (Garizim) *neque in Hierosolimis adorabitis patrem*. Hoc intelligi potest dupliciter. Primò, quòd conuersi ad Christum, non adorarent patrem cœlestem in prædictis locis eo modo quo ante: videlicet æstimando, quòd determinatio, & distinctio locorum, tam multum prodessent ad affectum orationis obtinendum, sed spirituales affecti spiritualiter odorarent, scientes, quòd virtus & valor orationis, non principaliter consistit in loco sed animo. Secundo sic, veniet hora, &c. quod impletum videtur tẽpore destructionis Hierusalem à Romanis, quia & tunc plurimi Samaritani crediderunt in Christum, atque in ecclesiis adorare curabant. *Vos* (Samaritani) *adoratis quod nescitis* Adorabant enim deum omnium creatorem quem nesciebant, id est, male & false de ipso senserunt, putantes Deum esse corporeum, circunscriptum, & lineamentis corporalibus figuratum. Adorabant quoque & idola quæ nescierunt, putantes aliquid diuinitatis illis inesse, quæ plena fuerunt dæmoniis *Nos* (Iudæi) *adoramus* quod scimus, id est, deum quem verè cognoscimus. Christus cognouit eũ per speciem, cęteri per fidem. Notus enim in Iudæa deus. Cæteris enim nationibus ad diuersos errores ruentibus, remãsit in populo Israelitico vera cognitio dei. *Quia salus ex Iudæis est*, hoc est, ex populo Iudæorum Saluator mundi incarnatus & ortus est: vel salus ex Iudæis est, hoc est salutatio gentium ex Iudæis dependet, puta à Christi passione, & Apostolorum prædicatione. *Sed venit hora & nunc est*, videlicet, tempus euangelicæ legis, *Quando veri* hoc est, fideles, synceri, atque deuoti, *Adoratores adorabunt* patrem, id est. deum trinum ac simplicem, cui dicimus, Pater noster qui es in cœlis *In spiritu* hoc est,

B

C

Esa.44.
Heb.11.
Psal.95.
Psal.79.
Matt.6.

D est, corde interno in spirituali intellectu, in spiritu sancto, nõ
solũ in locis determinatis, in grossa imaginatiõe, in proprio
sensu, Et *veritate*, id est, fide illuminata, in vera iustitia ad dei
honorem, & propter veram beatitudinem adipiscendã. Deniq;, secundum Augustinũ, patrem in veritate adorat, qui pa
trem æternũ in nomine filij inuocat, hoc est, deum veraciter
inuocare, id est, intus & ex corde vocare: quod quam salubre
Psal.144. sit, pãdit Psalmista dicendo, Prope est dominus omnibus in-
uocantibus eũ in veritate. *Nam & pater* (cœlestis) *tales quæ-
rit*, id est, veros adoratores requirit, & approbat. Vult enim
nos esse tales *Qui adorant eum in spiritu & veritate* vt dictũ
est, cuius ratio subditur, *Spiritus est deus*, id est spiritualis, incor
poralis & simplex essentia, vtpote actus purus, mens sepa-
rata esse tantum honoratissimus intellectus. Et *eos qui ado-*
E *rant eum* adoratione latriæ, quæ soli deo debetur, In *spiritu
& veritate* secundum sensum inductum. *Oporteat adorare*, si
debeat exaudiri, Actio quippe rationalis creaturę per hoc cõ
placeat deo, q̃ per eã assimilatur, atq; vnitur suo creatori.
Per adorationem autem in spiritu & veritate factam, assimi
latur & coniungitur deo. Per huc enim simplificatur, & re-
ctè ascendit in deum, transcendẽdo cuncta terrena, omnesq;
distractiones & seipsam pure eleuando in creatorem. Vnde,
oratio dicitur ascensus mentis in deum, quasi dicat Saluator
si deus localis, corporalis materialisve esset in propria natu
ra adorandus esset, in determinatis locis duntaxat & rudibus
fantasiis. Nunc verò cum spiritus simplicissimus, in interio-
Psal.10. ri adorandus est tẽplo, vt anima redeat ad seipsam, & colle-
F cta, atq; in deum forti stabilitate erecta inuocet deũ, quem-
admodum in Ecclesiastico legitur, Ante, orationem prepara
Eccle.18. animam tuam, & noli esse quasi homo tentans deum. Hinc di
1.Cor. 14. cit Apostolus, Si orem lingua, mens mea sine fructu est, quid
ergo? orabo spiritu, orabo & mente. Itaq; nõ vaga & huc il-
Prou.4. lucq; discurrente mẽte imploranda est gratia dei, sed omnis
custodiat orans cor suum, occasiones euagationũ vitando, &
cũ feruore incipiendo, quod nõ est modice laboriosum: secũ
dum q̃ Abba Agathon dixit, Non est labor sicut orare deũ.
Porrò Saluator dicendo, *Veri adoratores* innuit esse quosdam
adoratores falsos, videlicet qui vel male sentiunt de deo, si-
cut hæretici, vel propter humana præconia seu carnalia cõ-
moda, aut temporalia lucra orant sicut hypocritæ, vel deum
quem

quem orando honorare videntur pessimis moribus inhono- A
rãt, de quibus deus ait per Esaiam, Populus hic labiis me ho- Esa.29.
norat, cor autem eorum longe est à me, propter quod in va- Mat.15.
num colunt me, isti non exaudiũtur. Qui enim declinat au-
rem suã, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. *Dicit* Marci.7.
ei mulier scio ex communi fama vel authoritate scripturæ, Prou.28.
Quia Messias venit id est, mox venturus est, qui dicitur Chri- Gen.49.
stus. Samaritani nanque nouerant, vt in Genesi prædictũ est,
Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius,
donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtiũ.
Quoniam ergo viderunt iam regnum à semine Iudæ ablatũ Iohan.1.
atque Herodi Ascalonitæ alienigenæ datum, poterant scire
quod tempus aduẽtus Messię instar est, & hoc erat tũc publi-
ca fama apud Iudæos. Vnde miserunt ad Iohannem sciscitã- B
tes, an esset Christus. *Quum ergo venerit ille, nobis annunciabit
omnia* id est, certificabit nos de quæstionibus vniuersis, & cæ
teris ad salutem spectantibus, quasi diceret, mulier ista. Tũc
plenius instruemur de omnibus istis. Omnes autem Iudæi &
cæteri de Christo aliquid loqui sciẽtes, expectabãt eũ, quasi
sapientissimum magistrum, summumque prophetam. *Dicit ei
Iesus*, dominus inextimabilis dignationis. *Ego sum* (Chri-
stus) *qui loquor tecum* quoniam enim Iesus vidit hanc fœminã
de cognitione diuinorum solicitam, reuelauit ei seipsum. *Et
continuo venerunt discipuli eius, redeuntes de ciuitate Sichar, in
qua emerent escas, vt venientes, manducarent cũ Iesu supra puteũ.*
vt opino, prout solent pauperes facere: & mirabãtur quia cũ
Muliere loquebatur. Nihil mali suspicabantur, sed mirabãtur, C
vel magnitudinẽ dignationis Christi, quod cum muliere infi
deli tam familiariter conferebat, vel quia consuetudinem lo
quendi cũ mulieribus seorsum ac priuatim non habebat. Ne-
mo tamen (discipulis) *dixit* Christo, *Quid quæris aut quid lo-
queris cum ea?* Propter reuerentiam enim magistri sui, nil ta-
le dixerunt, certi, q̃ non sine ratione affatus fuit hanc fœmi-
nã. *Reliquit ergo hydriam suam mulier* ad puteũ. Præ admira-
tione enim eorũ quæ audiuit, & dilectione quam cõcepit ad
Christũ, qui eã tã dignãter ac dulciter fuerat allocutus, quod
Iudęi nõ fecissent. Præ desiderio quoq; salutis populi sui, ob-
lita est aquã corporalẽ secũ deferre, aqua sapiẽtiæ degustata.
Et abiit in ciuitatẽ (Sichar) *& dicit illis hominibus* suis conciui-
bus. *Venite & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quæcũq; feci,*

D hoc est, opera mea præcipua: vel mulier dicit hoc per hyperbolen, seu excessum, ad innuendum, quòd Christus dixit sibi multa occulta de suo statu, Homines enim in admiratione magna positi & amore accensi, frequenter per excessum loquuntur, non intendẽtes aliquid falsi asserere, sed rei magnitudinem aperire. *Nũquid ipse est Christus?* tanquam dicat, videtur per tantum miraculum, quòd sic.

1. Pet. 4. ¶ Mulier ista impleuit, quod admonet Petrus dicẽdo, Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illã administrantes, & talentum sibi concessum studuit fructuose expẽdere. Ad literam quoq; reliquit hydriam suam, quia intẽdebat statim reuerti, & plenius informari: sic & nos dũ illuminationem & gratiã Christi experimur, hydriã nostram. i. ventris curã, voluptatẽ omnemq; terræ substantiã paruipendere vel abiectare debemus, aliosq; ad similẽ gratiã pro posse adducere. Vnicuiq; enim mandauit deus de proximo suo, quẽadmodũ in Ecclesiastico legitur, Et *exierunt de ciuitate* habitatores eius, nouitate rei permoti, & ad credendũ dispositi. Et *venerunt ad eum* sic & nos salutarib⁹ exhortationib⁹ acquiescere par est, quoniã egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam, vt scribitur in Prouerbiis, *Interea*, id est, inter hæc vtpote inter recessum mulieris, & Samaritanorũ accessum, *Rogabant eum discipuli eius dicentes, Rabbi, manduca* Cõpatiebantur enim fatigationi sui magistri, & propriẽ fami consulere quesierunt. Ipsi nanq; esuriebãt, & quia nõ præsumebãt comedere nisi magistro iubente, incipiente & escã benedicente, idcirco rogabant vt manducaret. *Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare*, id est, spirituali alimonia animã meam reficere, scilicet opere virtuoso, quod mẽtem alit atque delectat, quemadmodum scriptum est, Cibauit illum pane vitæ & intellectus. *Quem vos nescitis* qui nondum cognoscitis mysteria mea. *Dicebant ergo discipuli*, verba magistri de materiali cibo intelligentes *Adinuicem*, quia ex reuerentia quam habebant ad magistrum suum, non audebant facilitER alloqui eum. *Nunquid aliquis attulit ei manducare?* Nouerant siquidem quod nihil alimenti attulit secum. Non mirum, ꝙ mulier non intellexit verba Christi de aqua, cum discipuli non intellexerint verba eius de esca. *Dicit ei Iesus* seipsum exponens planè & citò, non per ambages atque circuitum, quo loquutus fuit ad fœminam. Discipulis enim tanquam familiaribus patefecit mysteria, cæteris tanquam extraneis loquebatur obscurius *Meus cibus*, præcipuus, id est, in quo magis q̃ in corporali cibo delector & recreor, *Est vt faciam voluntatem eius qui misit me* id est, facere opera deo patri placentia, *Vt perficiam opus eius* singulare & maximum id est, hominum conuersioni intendam, atque humani generis liberationem cõsummẽ, de quo opere ait infra Saluator, Opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. ¶ Hic docuit nos Christus suo exemplo, vt spiritualem refectionem aliorum propriæ corporali refectioni præferamus, potiusq; escam cordis quàm corporis requiramus. Loquitur autẽ scriptura de cibo multiplici, vtpote de cibo seu pane beatorum regnantium, qui est ipsa diuinitas vel eius fruitio, qua dulcissimè atque firmissimè sustentantur comprehẽsores. Vnde in Luca loquitur Christus discipulis, Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno. Et alibi scriptum est, Beatus qui manducabit panẽ in regno dei. Secundò, de cibo sacramentali: iuxta illud, Caro mea vere est cibus. Tertiò, de cibo internæ compunctionis, vt est illud, Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. Itẽq;, Cibabis nos pane lachrymarum. Quarto, de pane bonæ ac meritoriæ operationis, vt habetur in Ecclesiastico, Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibos. Quintò, de pane corporalis refectionis. Deinde ostendit Christus per simile, ꝙ iam adfuit tẽpus prædictæ operationis, videlicet conuersionis hominũ. *Nonne vos dicitis quatuor menses* lunares, quibus vtuntur Iudæi in computando *Sunt* i. restant, Et *messis venit*, i. antequam corporalis vsualisq; messis seu frugum collectio impleatur. *Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem* si adhuc quatuor menses restabant ad messem palam, quòd verba ista non possint de corporali messe intelligi. Est igitur sensus, Leuate oculos vestros mentales, id est, ad cõsideranda erigite & videte regiones. i. habitatores terræ interiori visu aspicite, quia iam albæ sunt ad messem, id est, tempus est, vt cõgregentur in horreum meum, & perducantur ad fidem. Nũc enim venit tẽpus miserationis & gratiæ: potest autem specialiter referri ad Samaritanos Christo propinquantes, qui dispositi erant ad fidei receptionem quasi dicat Saluator, Istos Samaritanos coniunctosq; peccatores oculo

Eccle. 17.

Prou. 13.

Eccle. 15.

Iob. 17.

Lucæ. 22.

Lucæ. 14.

Iob. 6.

Psal. 41.

Psal. 79.

Eccl. 14.

D oculo cõpassionis aspicite & magis curate, vt eorum conuersioni quàm corporali comestioni intendã. Dicitur verò collectio hominũ messis, per similitudinẽ: quemadmodum enim in messe colliguntur fructus terræ in aream, sic electi cõgregantur intra ecclesiã. Insuper aduertendũ, & scriptura loquitur de duplici messe spirituali. Vna, qua homines spiritualiter cõgregantur per gratiã intra ecclesiã militantẽ. Vnde in Matthæo habetur, Rogate dominũ messis, vt mittat operarios in messem suã. Alia est messis, qua electi colliguntur per gloriosam resurrectionem intra ecclesiã triumphantẽ ac patriam, de qua ait Christus in Matthęo, Messores sunt angeli, messis verò cõsummatio mũdi. ¶ Deinceps subditur de mercede messorum primæ messis, videlicet de præmio doctorũ & prædicatorum. Et *qui metit* hoc est, false seu verbo prædicationis, homines ad fidẽ gratiamq; inducit *Mercedem accipit* vtpote gloriam regni cælestis, præmium essentiale quod est visio dei, atq; aureolam quę martyribus, virginibus, & doctoribus est promissa, Et *congregat fructum* hoc est, spirituales filios sua prædicatione conuersos, *In vitam æternam* quia ad eam finaliter dirigit eos. Vel congregat fructum, hoc est, meritum copiosum, pertingens in vitam æternam, quę est finis & præmium. Omnium quippe diuinarum perfectionum altissima est dei cooperatorem existere, in reductione hominum ad suum principium, finemq; vltimum, secundum Dionysium, de quorũ præmio scriptũ est in Daniele, Qui multos erudiunt ad iustitiam, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates: vt Et *qui seminat* i. chorus sanctorum patriarcharum, & veterum prophetarum, qui primo cœperunt verbum dei in cordibus hominum seminare, atque principia fidei tradere. In qualibet enim facultate seminat, qui dat prima principia secundum Origenem, *Simul gaudeat* (id est, cum electis & à se conuersis in cælo lætetur) *& qui metit* i. chorus Apostolorum & prædictorum, qui homines ad fidem dispositos & doctrinan patriarcharum ac prophetarũ, ad fidem catholicam & Christi gratiam suis sermonibus perduxerũt, etiam cum patriarchis in cælo exultent. *In hoc enim* (hoc est, in facto isto spiritualis messis) *est verbum verum* hoc est, verificatur, & locum habet illud commune prouerbium, quo vtebãtur Iudæi, dicendo, *Quia* (hoc est quod) *alius est qui seminat, & alius qui metit.* Hoc dicebant, de messe corporali, quando alius

Mat. 9.
Mat. 13.
Danie. 11.

alius seminauit, sed alius fructũ collegit quod & in spirituali messe interdum contingit, vt dictum est. Non tamen semper fit ita, imò sicut in corporali messe sæpe idem est seminator, & messor, seu fructus perceptor, sic in messe spirituali frequẽter idem est qui seminat, inchoando cognitionem fidei Christianæ in aliquo, & qui metit perducendo eum ad plenã conuersionem. Sic enim gloriatur Apostolus Paulus ad Romanos se prædicasse Christum, vbi ante non fuit annuntiatus, ne super alienum fundamentũ fabricare videretur. Sed quantum ad Iudæos qui Mosen & prophetas receperunt, & quãtũ ad Samaritanos Mosen recipientes, tenet verbũ Christi, quia in illis priores sancti seminauerunt. Apostoli verò messuerunt, *Ego misi vos metere* hoc est, ad fidem colligere, *Quod non laborastis*, hoc est, populum Iudæorum quem vestris prædicationibus, scripturis, & laboribus non disposuistis ad fidei receptionem. *Alii laborauerunt*, hoc est, prædicti seminatores, patriarchæ ac vates non sine labore, populum Iudæorum ad Christi receptionem præparauerunt, prænuntiando eius aduentum, docendo vnius dei cultum, & vitia populi extirpando, Et *vos in labores eorum introistis*, hoc est, populum ab illis sanctis præparatum, cultum, & doctum conuertistis, quod dictum est pro toto tempore quo Apostoli in Iudæa prædicauerunt. Non enim tot milia Iudæorum conuertissent, & spiritualiter possedissent, nisi per scripturas prophetarum ac patriarcharũ dispositi fuissent ad Christianæ fidei susceptionem. Vnde & Petrus in die Penthecostes, allegando Iohelem, conuertit tria milia Iudæorum.

¶ Postremò, quanuis prædicatio Apostolorum fuit messio, respectu prædicationis præcedentium patrum, fuit tamen semen & seminatio per comparationẽ ad fidem, & opera meritoria auditorum, & etiam quoad propriam remunerationẽ in patria: secundum quod dicit Apostolus, Qui seminat in benedictionibus, de benedictionbus metet vitam æternam. *Ex ciuitate autem illa* nomine Sichar *Multi crediderunt in eum* Samaritanorum (credentes quòd esset Christus) propter verbum mulieris testimonium perhibentis (quia dixit mihi omnia quæcunque feci) quod non potuit fieri virtute humana. *Quum uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret* in Sichar. Cupiebant enim plenius informari de fide à Christo, Et *mansit ibi duos dies.*

A
B
C
Rom. 5.
Acto. 2.
2. Cor. 9.

¶ Cur

D ¶ Cur Christus qui cœpit facere & docere, ibi sic mansit
Mat 10 inter Samaritanos tam diu, cum dixerit alibi. In ciuitates
Act. 1. Samaritanorum ne intraueris. Dicendum, quòd Christus
legislator non fuit sub lege hac generali. Cœpit autem face
re & docere, ea quæ ad præcepta spectãt moralia. Itẽ, quod
modicum est, pro nihilo reputatur. Christus verò non fuit
Mat. 7. multum cum Samaritanis. Et *multo plures* ex Samaritanis
Psal. 44. *crediderunt, propter sermonem eius*, tanq̃ ob causam persuaso-
Iohan. 7. riam ad fidem aliquo modo inducentem. Erat enim docens
sicut potestatem habens, quia diffusa est gratia in labiis eius.
Propter sapientiam igitur relucentem in verbis Christi, &
efficacissimam eloquentiam eius crediderunt in eum. Nunq̃
enim sic locutus est homo, sicut hic loquebatur. Et *mulieres*
E Samaritanæ *dicebant, quia iam non propter tuam loquelam*, id
est, testimonium oris tui *Credimus*, tanquam propter cau-
sam solam siue præcipuam. Nihilominus, crediderunt etiam
propter testimonium eius, sed non propter hoc solũ aut prin-
Fides primæ veritati adhæret. cipaliter. *Ipsi enim audiuimus*, id est, audiendo verba eius sa-
Gene. 1. pientissima considerauimus, Et *scimus* id est, certe cogno-
scimus. Quanuis enim maior sit certitudo euidentiæ in scie-
tia quã in fide, tamẽ maior est certitudo adhærentiæ in fide
quàm in scientia. Fides quoque innititur certiori fundamen-
to, videlicet increatæ, & incommutabili veritati. Scientia au-
tem naturali rationi, quæ frequenter decipitur, *Quia hic est*
vere Saluator mundi, hoc est, vniuersalis redemptor totius ge
neris humani. Nouerant enim Samaritani ex libris Mosi, hu
F manum genus à paradiso expulsum propter originale pecca
Lucæ. 4. tum, à quo liberari indigebat per Christum. *Post duos autem*
Mat. 13. *dies* quibus mansit cum Samaritanis in ciuitate Sychar, Exiit
inde quia iam roborati erant in fide, Et *abiit in Galilæam*.
Aliqui tamen dicunt, quòd diuertit à Nazareth in qua erat
conceptus, nutritus, ac demoratus. Voluerunt enim eũ con-
ciues sui præcipitare, vt dicit Lucas. Vnde subiungitur, *Ipse*
enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria ho-
norem non habet, quasi dicat Euangelista, Ideo recessit à Na-
zareth, quia spreuerunt eum contribules ipsius. Alii verò af-
firmant oppositum, & quod ait, Nõ est propheta sine hono-
re, referunt ad tempus præteritum, quando habitatores Na-
zareth spreuerant eum, quoniam nondũ viderãt signa eius,
quæ postmodum in Hierusalem conspexerũt, sicut patebit.
¶ Porrò

¶ Porrò quod dicit, Non est propheta, &c. Marcus plenius A
recitat hoc modo, Non est propheta sine honore, nisi in do Marc. 6.
mo sua, & in cognatione sua, & in patria sua. quod non est 4. Re. 20.
intelligendũ pro omni tempore & singulis compatriotis.
Interdum enim propheta seu alius quicunq; excellens, à suis
compatriotis cõtemnitur, & interdum ab eis honoratur, vt
patet de Esaia, quem Hierosolymitæ, tempore Ezechiæ ho-
norauerunt, tempore verò Manasses spreuerunt & occide-
runt: sed hoc vniuersaliter verum est, quod conterranei, at-
que conciues communiter proniores sunt ad contemnendũ
prophetam seu alium eminentem inter eos natum, & con-
uersatum, quam extranei, quod certum est oriri ex superbia
atq; inuidia quoniam homines male ferunt, quòd cõpares
sui eis præferantur, & concipiunt excellẽtiam illorum quasi
minoratiuam propriæ dignitatis, ita quòd comparatione il- B
lorum viliores videntur, & minus reputãtur, de quo dolent,
& ad detrahendum aut persequendum prouocantur. Com-
patriotæ quoque melius sciunt mutuã imperfectionem quã
alij, & vbertim conuertunt oculum mentis ad considerandum
alios, secundum id quod erant tempore pueritiæ, vel
quando eos non excellebant. Sed vera charitas exigit, vt de
perfectione & gratia compatriotarum, domesticorum, &
vicinorum, amplius gaudeamus, eosq; imò deum in eis, puta
in donis suis veneremur. *Cum ergo venisset* Iesus *in Galilæã*
patriam suam *exceperunt eum*, Galilæi cum honore, cuius ra-
tio subditur *Cum omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis* Iohan. 2.
in die festo, videlicet multa & magna miracula quæ fecit in C
Hierusalem in festo paschali, vt dictum est in Iohanne. Pro-
pter quæ credidit Nicodemus & dixit, Nemo potest hæc
signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo, Quomo-
do autem Galilæi viderunt hæc signa, subiungitur. Et *ipsi e-*
nim Galilæi *venerant ad diem festum* paschæ, quando Iesus
operatus est illa. Tenebantur enim præcipue in solenni-
tate paschali oblationem facere in templo Hierusalem. *Ve-*
nit ergo Iesus iterum in Chana (villa) *Galilææ* prouinciæ, *Vbi*
fecit aquam vinum, vt dictum est secundo capite. Secundum
Augustinum, & Bedam Galilæi acceperunt Iesum cum ho-
nore quodam superficiali non ex dilectione vel fide, sed cu-
riositate, propter signa prædicta, alij tamen aliter sentiunt.
¶ Prose-

D ¶Prosecutio huius capituli.

Et *erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur.*

ARTICVLVS XII.

T *erat quidã Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum* in hac enim ciuitate quæ fuit me-
E tropolis Galilææ, habuit Regulus iste cum filio suo febricante. Denique, secundum Bedam Regulus iste vocatur diminutiuè quasi paruus
Beda. rex. Chrysostomus verò dicit quòd non erat paruus rex, sed
Chryso. regulus nominatur, quoniam regiæ stirpis erat: alij dicunt ꝙ vocatur regulus, quia officialis erat Cæsaris, deputatus ad custodiam vrbis Capharnaum, quos sequitur quidam, repro-
E bans dictum Bedæ per hoc, ꝙ Romani volentes frange-
Matt.2. re superbiam Iudæorum, abstulerunt eis regiam dignitatẽ,
Mat.14. ita quod pro tunc nullus rex fuit in Iudæa. Sed istud non vi-
Marci.6. detur resolutum. Herodes enim sub quo natus est Iesus, qui occidit infãtes, rex fuit, vt dicitur in Matthæo: Similiter Herodes qui decollauit Iohannem, sub quo passus est Christus, dicitur rex apud Matthæũ & Marcum, & tamen regnauerũt in Iudæa. Quemadmodum ergo nominati sunt reges, sic iste Regulus dici posset. Abstulerunt autem Romani regiam dignitatem à Iudæis, quantum ad hoc, quòd nullus de semine
Iohan.19. eorum regnauit, sed alienigenæ Romani quoque iusserunt, vt sine eorum consensu nullus assumeret nomen regis, propter quod infra habetur, Omnis qui se regem facit, cõtradi-
F cit Cesari. Quicquid autem horum dicatur, certum est, ꝙ regulus iste fuit excellens persona, vnus de principalioribus terræ, Hic (Regulus) *cum audiret quòd Iesus aduenisset à Iudæa* (per Samariam) *in Galilæam.* Iam enim famosus factus
Mat.3. fuit Iesus propter miracula sua, & propter baptismũ, quo p se & per discipulos baptizauit, itemque propter Iohãnis Baptistæ testificationem, ideo fama eius precurrebat eum. Vnde in Matthæo legitur, Quia abiit opinio eius in totam Syriam, quæ vtiq; fuit grande regnum. A*biit ad eum* in Chana Galilææ, vbi reperit Christum, *& rogabat eum, vt descenderet in Capharnaum, quæ fuit in situ bassiori quàm Chana,*
Hebr.1. Et *sanaret filium eius*, quẽ putauit non posse sanari à Christo
Psal.102. nisi corporaliter præsente. Nõdum enim agnouit Iesum es-
Mat.8. se verum deum, vbique præsentem, & quod angeli sancti, eius essent ministri, quorum ministerio potuit omnes ægros curare:

curare: quod cognouit venerabilis ille Cẽturio, qui dicebat A
Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meum, sed tãtũ dic verbo, & sanabitur puer meus, &c. *Incipiebat enim mori.* Hoc dicit Euãgelista. Primò, ad insinuandũ, cur regulus tantum festinauit ad Iesum, eumque tam obnixe deprecabatur. Secũdò, ad ostendendũ miraculi magnitudinem, quia eiusdem potentiæ est mortuum suscitare, & lætali infirmitate laborantem seu agonizantem sanare. D*ixit ergo Iesus ad eum Nisi signa* id est miracula diuinæ potẽtiæ ostẽsiua *& prodigia*, hoc est, miracula aliquid in longum & posterum in- Beda.
dicantia, secundũ Bedam. Vel potius miracula, virtutem diuinam procul à sensu positam signãtia, *Videritis, non credi-*
tis me esse omnipotẽtẽ filiũ dei, qui corporaliter absens, se- B
cundũ diuinitatẽ omnia impleo, & cũcta vbiq; facere queo. Hier.23.
Occasione huius verbi Augustinus dicit, ꝙ regulus iste ac- Gregor.
cessit ad Christum, non credens sed tẽtans, volens experiri quis, aut qualis esset, & quantum posset. Gregorius verò dicit oppositum, puta ꝙ credidit, alias filio suo non peteret sospitatem Cur ergo dicitur ei, Nisi signa videritis nõ creditis? Respondit Gregorius, ꝙ aliquid credidit, scilicet Iesum posse ægrum sanare & aliquid nõ credidit, scilicet quòd absens posset hoc facere. ¶Porrò secũdũ Theophilũ, regulus iste interfuit nuptiis, in quibus aquam mutauit in vinũ, ideo credit Iesum, posse agonizanti succurrere. Hoc tamen non appareret aliis probabile, quoniã nuptiæ illę pauperũ erãt, nam & vinum defuit ibi & secundum Hieronymum, Iohannes Euangelista extitit sponsus. Regulus autẽ iste potẽs val
de præcipuus fuit in populo: vnde potius reor, ꝙ illud mi- C
raculum factum in nuptiis percepit auditu, propterea cõce- Iosue.2.
pit fiduciam orandi pro salute filij sui. ¶Denique cum di- Hiero.
cat Apostolus Iudæi signa quærũt, Iesus nunc ait, Nisi si- 1.Cor.1.
gna & prodigia videritis, nõ creditis, idcirco author scholasticæ historiæ dicit, quod regulus iste creditur fuisse de plebe & semine Iudæorum, quod alij non concedunt, D*icit ad eum regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus* imperfectio fidei reguli elucescit, non tamen in hoc quod corporalem Christi præsentiam credidit necessariam, sed etiam quia non cogitauit vel credidit, quod posset suscitare defunctum: nempe sic orat, Descende priusquã moriatur filius meus, quasi putet, quòd mortuum, etiam descendendo ad

D do ad eum, suscitare non posset *Dixit ei Iesus*, *Vade, filius tuus viuit* vita naturali & conuenienti, id est, in hoc momẽto, me operãte atque secundum corpus absente senatus est. *Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat* ad filium suum. iam merito regulus appellatur homo, id est, vtens ratione, ac rationabiliter agens, dum credit Christo, & voci eius obedit, eundo nõ solum gressibus corporis, sed & mẽtis profectu proficiscens, videlicet ab imperfecta fide, ad fidem perfectam, *Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei & nuntiauerunt ei dicentes, quia filius eius viueret*, id est, incolumis esset. ¶ Tribus de causis obuiauerunt serui regulo. Primò, vt bonum nuntium apportando eum lætificarent
2. Re. 18. quem tristissimum putauerunt: serui quippe optantes amari à dominis suis, libenter annuntiant læta ac prospera: sicut
E patet de Chusi & Achimaas, qui exercitu Dauid præualente & absolone occiso, cupiebant regi Dauid hoc nunciare. Secundò vt veritatem roi domino suo intimãtes, eum ab itineris
Origen. labore releuarent. Tertiò secundum Origenem, quoniam filio iam sanato putabant presentiam Christi superfluam, quem cum regulo putabant venturum *Interrogabat autẽ* (regulus) *horã ab eis* (videlicet seruis sibi occurrentib⁹) *in qua melius habuerat* filius eius. Hoc quæsiuit. vt certior fieret de veritate miraculi, ne forte filiꝰ suus à casu, vel naturali causa esset sanatus. Tamen, si ante sciuit quòd filius suus lætaliter infirmabatur, scire potuit, quòd non valuit naturaliter reparari. idcirco forte horã quæsiuit vt alios præser
F tim domesticos suos solidaret in fide *Et dixerunt ei*, *Quia heri hora septima reliquit* (eũ subito & perfecte) *febris* mortifera, intãtum quod postea nullum signum pristinę infirmi
Mat. 6. tatis in ipso apparuit: sicut socrus Petri febricitãs, à Christo sanata, mox surrexit, atque ad mensam ministrauit. quod in febricitatibus sanatis naturaliter non contingit. *Cognouit ergo pater* filij iam sanati, videlicet regulus, cuius proprium nomen non explicatur. Regulus nempe est nomẽ officij vel dignitatis, non personæ, *Quia illa hora* (videlicet septima) *erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit*. *Et credidit ipse* (Iesum esse Christum filium dei) *& domus* (.i. familia) *eius tota*, seu omnes sibi cohabitantes. Ex consideratione enim horæ, cognouerunt quòd Iesus etiam corporaliter absens, supernaturaliter operari curareque possit, & non qualiter-

qualitercunque, excellentissimo modo, vt pote solo verbo, nutu, atque imperio, quod non conuenit puræ creaturæ. A
¶ Veruntamen non videtur quibusdam quod explicite credidit Iesum esse filium dei naturalem, deum verum, deum & hominem. Ad talem enim credulitatẽ homines tunc nõdum tenebantur cõmuniter: sed sicut Cẽturio qui stetit sub cruce viso terræmotu & his quæ fiebãt, & quia Iesus sic clamãs Mat. 25.
expirasset, credebat Verè (inquiẽs) hic filius dei erat, sic credidit regulus iste. Credebant nanque, quòd Iesus esset sanctus homo, magnus propheta, Saluator mundi, filius dei, & hoc totũ sic erat, sed vltra non determinabãt an esset filius naturalis vel adoptiuus. Quidam præterea putauerũt, quòd regulus iste fuit ille Centurio, cuius puerum Christus in Ca Matt. 8.
pharnum curasse describitur. Sed non est sic existimandum. Lucæ. 7.
Primò, quoniam puer Centurionis laborabat paralysi, iste B
filius febribus tabescebat. Secundò, quoniam ille fuit seruus secundum Lucam, iste filius fuit secundum Iohannem. Tertio, quoniam Centurio rogauit Iesum in Capharnaum existentem secundum Matthæum. Regulus verò rogauit eum in Chana. Quanto, quia Regulo tanquam defectuoso in fide dicitur, Nisi signa videritis non creditis. Centurionis autem fides excellentissime cõmendatur Christo dicente, Nõ inueni tantam fidem in Israel. Quintò, quia Centurio Christi maiestatem intelligens, dixit, Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meum, Regulus econtrario ait, Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Sextò, quia ad seruum Centurionis ire paratus fuit Saluator dicendo, Ego ve- C
niam & curabo eum, ad filium verò Reguli ire non acquieuit. Quoniam ergo filius dei venit in mundum ostendere nobis viam ascendendi in cœlum, per veram humilitatem, idcirco obtulit se paratum proficisci ad famulum Centurionis, ad filium verò Reguli ire non voluit. non vtique ex contemptu personæ, sed vt doceat nos, q̃ alia sunt iudicia dei, atque alia iudicia hominum: & vt potius pensemus in hominibus naturam qua ad dei imaginem facti sunt, quàm accidentalia bona, quibus in hoc mundo præfulgent: item nedeignemur abiectas visitare personas, & vt agnoscamus, quòd tanto quis à deo plus reputatur & sublimatur, quanto ab hominibus magis despicitur. Hinc scriptum est. Quod hominibus altum est, abominatio est ante deum, De hoc multa

D conscripta sunt in canonica Iacobi, quorum hoc vnum est, Nónne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide? Et illud, Si personas accipitis, peccatum operamini. Verun-
Lucæ. 16. tamen secularis potestas aspernanda non est, sed honorãda,
Iacob. 2. dicẽte apostolo, Non est potestas nisi à deo, & qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Vnde quantum ad exterior rem reuerentiam, magis honorare oportet prælatos ac principes, rectores & officiales, quàm personas priuatas ac inopes: sed quantum ad reuerentiam interiorem ceteris paribus possum' plus honorare, hoc est, reputare ac beatificare abiectos, egenos & simplices, quã sublimes, quia similiores sunt Christo, & eorum est regnũ cœlorum. ¶ Præterea, de mo-
Secularis non asper nanda potestas. ralitate huius Euãgelicæ lectionis multa dici possent, & plurima dicta sunt: nec opus est ea quæ ab aliis plenissime dicta sunt, huic loco inserere atque repetere, sed breuem tangam
E moralitatem, quæ videtur congruenter posse aptari. Itaque,
Rom. 13. per Regulum designatur spiritus rationalis seu intellectus,
Mat. 5. qui in regno animæ præsidet, omnesq; potentias dirigit & gubernat, qui potius dicitur Regulus quam rex, quia in ordine intellectualium essentiarum tenet infimum locum, intãtum vt naturaliter sit vnibilis corpori. Vnde, secũdũ philosophos, sicut se habet materia prima in genere entiũ, sic anima rationalis in ordine intellectualiũ substantiarum. Filius huius Reguli, est speculatiuus intuitus diuinorũ, qui est velut verbum, prolesque mentis, qui infirmatur in Capharnaum. i. in sensualitate & carne mortali multipliciter obfuscatur, impeditur, interrumpitur, deficit, languescit, quoniã
F deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Et secundum Apostolum, inuenitur alia lex in mẽbris nostris legi mentis repugnans, intantũ actus interioris hominis propter ardorem sensualis concupiscentiæ, ceterasq; passiones quasi febriciter. Accedat ergo regulus iste humili, affectuosa, iugiq; prece ad Christũ, dei sapientiam & virtutem, vt filium suum à prædictis incommodis curet, auferendo ab ani-
Sapien. 9. ma obstacula contemplationis cœlestium, impediměta amo-
Rom. 7. ris feruidi diuinorum, omnemq; instabilitatem, & passionis
1. Cor. 3. inordinationem ac impetum, quatenus reuelata facie gloriã domini speculetur. Et vtique, cum intellectualitas nostra sit naturaliter tam imperfecta, obscura, atque fallibilis, indigemus continuo, clementissimoque diuinæ bonitatis succursu quatenus

quatenus nec ad momentum delinquamur à deo & gratiæ e- A
ius influxu, ab illustratione diuinæ sapientiæ, ab inflãmatione ignis spiritus sancti, à conuersatione potestatis suprema: aliãs intellectus, noster errabit, voluntas frigescet, memoria quoque nutabit, & pleni erimus calamitate, passionibus, distractionibus & peccatis. Qui ista intelligit ac perpendit, nequaquam gloriatur in seipso cum de seipso presumit, aliis se non præfert, pensantes illud Apostoli, Qui se pu Galat. 6.
tat aliquid esse cũ nihil sit, ipse se seducit: & quod apud Hie Hier. 10.
remiam legitur, Scio domine quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Petat ergo Regulus iste seu intellectus noster, vt ipsemet CHRISTVS descendat ad sanandum filium suum, videlicet actum intellectualem: quoniam peccata auferre, gratiam dare, in volun
tatem directè immediateque agere, solius est dei. Nec curet B
si sibi dicatur à Christo, nisi signa videritis nõ creditis: quoniam fides quanuis sufficiens sit: tamen per experientiam diuinæ miserationis & gratiæ, per euidentiã diuinæ presentiæ, roboratur atque perficitur. Non ergo sufficiat intellectui nostro præsentia angeli, imò nec sola diuina præsentia Christi, sed corporalem eius requirat præsentiam in sacramento: quatenus corpus & sanguinem dei propter se incarnati deuotissime amplectatur, epuletur, contineat. Dicat igitur nõ ex incredulitate, sed feruida dilectione, quæ inquieta est, donec asit dilectus. Domine, descende priusquam moriatur fi-
lius meus, hoc est, antequam actus intellectiuus à sensualita- C
te vincatur, à tentationibus superetur, & antequã amorosa contemplatio diuinorum in interioribus extinguatur. Oremus itaque Christum, vt per sacramenti exhibitionem introeat spiritum nostrum, omnemque affectum superdignissimi sacramenti illuc diffundat. ¶ Denique, Moses non con- Exod. 33.
tentus deducatu angelico, ipsius dei personalem requirebat præsentiam, dicens, Si non tu ipse præcedes nos, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? Sic & Esaias clamauit, Vtinam disrumperes cœlos & descenderes. Esa. 64.
¶ Porrò, cum Christus viderit spiritum nostrum tam ferenter, instanterque precantem, dicet per effectum, Vade, filius tuus viuit, hoc est, exaudita est deprecatio tua: quo facto, tota domus spiritus nostri, videlicet omnia intetiora ani

D mæ, cogitationes & affectiones, credunt virtuose agendo, quoniam rationis imperio omnia subiicientur, & deo obedient. Quod autem in fine huius capituli subditur, *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cũ venisset à Iudæa in Galilæam*, Non est intelligendum, quòd hucusque non fecit, nisi duo miracula, quia (vt dictum est) in Hierusalem multa fecit miracula, sed quòd istud fuit secundum signum quantum ad miracula facta in Galilęa. & secundũ Bedam, ideo Euangelista hoc dicit, vt ostendat, quod ea quæ supra descripsit, alij Euãgelistæ omiserunt. Et sicut Regulus solicitus fuit Christumque accessit & instanter petiit pro sui carnalis filij corporali salute, sic omnis prælatus solicitus esse Christum accedere, eumque feruenter ac iugiter deprecari debet, pro gregis sibi commissi spirituali sanitate. ¶ Præterea, multi vl-
E que in hodiernum diem sunt qui licet habeant fidem informem & mortuam, non tamen credunt, loquendo de fide formata & viua, seu operatoria, nisi signa & prodigia viderint, scilicet vltionem diuinæ iustitiæ, in aliquibus impiis, vel aliquid simile.

¶ Expositio quinti capituli.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.

ARTICVLVS XIII.

P Vnc rursum Euãgelista commemorat signum magnificum à Christo peractum ab alijs Euan-
N gelistis omissum, & de indiscreto zelo Iudæorum: quomodo etiam Christus occasione huius prodigij, magna & profunda ad Iudæos locutus est, *Post hæc* quæ in præcedenti capitulo gesta narrantur, *Erat dies festus Iudæorum*. Non exprimitur quæ fuit ista festiuitas, sed certum est, quòd fuit vna de festiuitatibus Iudæorum præcipuæ: & communiter dicitur, quòd erat solennitas pentecostes, videlicet festum nouorum, quando domino offerebantur primitiæ frugum, *Et ascendit* IESVS *Hierosolymam* quæ erat altior situ Galilæa. Ideo CHRISTVS eundo illuc à Galilæa ascendit. Iuit igitur vt legé Mosaicam

Iohan.4.

Exod.34.

saicam approbaret, & impleret, humilitatisque, & obedien A
tiæ exemplum nobis relinqueret, salutaribus documẽtis atque miraculis populum Iudæorum, ad quem fuerat specialiter missus, conuerteret. Dictum est enim, quòd Iudæi secundum præceptum legis tenebantur in tribus præcipuis festis coram domino apparere, hostiamque offerre, in loco diuini cultus diuinitus præelecto, qui fuit Hierusalem à tẽpore Dauid, vel constructionis templi. *Est autem Hierosolymis probatica*, id est, ouinaria seu ouina, *piscina, quæ cognominatur* hebraice *Bethsaida*, id est, domus ouium vel pecorum. Hæc enim piscina prope templum fuit, in qua colligebantur aquę pluuiales vt hostiæ templi, quæ cõmuniter erant de ouibus, lauarentur in ea, antequam immolarentur in templo coram domino: probatica autem dicitur à probaton græcè, quod la B
tine dicitur ouis. *Quinque porticus habens* in gyro, videlicet quædam ædificia per quæ Nathimæi accedebant ad aquam, causa lauandi hostias offerendas, quę etiam iacebant in porticibus istis, quousque essent lotæ. Circunsepta itaque fuit piscina tam multis porticibus, vt ministri per plura loca haberent accessum ad aquam, & loca illa sufficerent, ad continendum hostias domino immolandas. *In his* porticibus *iacebat magna languentium*, diuersis infirmitatibus tabescentium, vtpote *Cæcorum*, *claudorum*, *aridorum* seu contractorum *Expectantium aquæ motum* ab angelo fiendum, infirmitatis curantium. *Angelus autem domini descendebat secundum tempus*, id est determinatis temporibus, tamen incer- C
tis & interruptis *In piscinam, & mouebatur aqua* ab angelo motu forti ac turbulento, ita quòd certum fuit motum illum ab angelo factum, non à vento, vel causa naturali: & quoniam hora angelicæ descensionis fuit incerta, ideo languidi iacebant ibi continuo quasi semper parati, & optantes se inuicem preuenire in ingressu piscinæ, cuius ratio subinfertur, *Et qui prior descendebat in piscinam* Post motionem aquę: piscinã dici potest, vel ipsa aqua vel receptaculũ aquæ. *Sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate* efficienter & principaliter à deo, cui soli competit à qualibet inualitudine propria virtute liberare, instrumẽtaliter verò ab angelo: dispositiue autem ab aqua, quæ ex descensu motioneque angeli quandã sortiebatur efficaciam ad curandum. ¶ Sed cur dominus tantã reuerentiã, & virtutẽ contulit huic aquę? Ad-

Matt.15.

Universidad de Deusto Biblioteca

D hoc aliqui dicunt, ꝙ propter lignum dominicæ crucis, quod in ea natasse, & circa passionem enatasse affirmant. Alij dicunt, ꝙ ad præfigurandã virtutẽ baptismatis Christi tunc propinquantis, in quo omnis qui descenderit ab omni peccato purgatur. Quidam verò dicunt, ꝙ propter dignitatem legalium hostiarũ, quæ ibi lauabantur, & præsertim inquantum hostiæ illæ, immolationem Christi in cruce præfigurabant, per quam totũ genus humanũ redemptum est. Mihi videtur conuenienter dici, ꝙ deus ex sua misericordia, propter prædictos infirmos ac inopes fecit hanc gratiã. Mystice, per piscinam intelligere possumus fontẽ baptismatis, vel sacramentum confessionis, in qua omnia lauantur, vel quotidianũ baptismum lachrymarum sanctarum. Per descensum verò angeli operationem & influentiã Christi, qui est magni consilij angelus, & in quolibet triũ prædictorũ principaliter operarur, vimque curandi largitur, sed figura non adæquatur figurato. Idcirco, Christus agit in baptismo & cõfessione nõ solũ sæpe, sed indesignenter quotidie: nec solũ curatur vnus, videlicet primus, sed omnis quicunq; sacramenta ista digne susceperit. *Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua*, species huius infirmitatis nõ explicatur, sed creditur fuisse paralysis, nam homo iste iacebat in lecto, *Hunc cum vidisset Iesus* oculo corporali, & compassionis affectu, *Et cognouisset quia iam multum tempus haberet*, id est, diu infirmatus fuisset: hoc enim Iesus in seipso à principio suæ incarnationis cognouit futurum, quod nunc vidit in præsenti *Dicit ei, Vis sanus fieri?* Certum est, quòd illa quæstio non processit ex ignorantia, imò quicunque alius scire potuit, quòd omnes ibi iacentes & aquæ motum præstolantes, cupiebant sanari: sed quærit, vt in ægro desiderium recipiendæ curationis prouocet: sicque dignior sit ad beneficium sanitatis sumendum. Denique, specialiter hunc vnum affatur & curat, quia miserabilior fuit, & iam pro peccatis suis, longissima molestia fuerat castigatus: ideo dominus qui vulnerauit, medetur, & qui percussit, denuo sanat. Scriptum est enim in Tobia, *Cum iratus fueris, misericordiam facies*. Longanimiter ergo & patienter est sustinẽda castigatio dei, imò omnis molestia corporis atque aduersitas: iuxta quod scriptum est in Iudith, *Non vlciscamur nos pro his quæ patimur*, sed reputantes peccatis nostris, hæc ipsa supplicia mi-

Esa.9.

E

F

Deut.32.

Tob.3.

Iudith.8.

nora esse flagella domini: quasi serui qui corripiuntur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. *Respondit ei languidus*, *Domine*, vocat Iesum dominum, quasi venerabilem virum, sed aliud nihil sciuit de eo, *Hominem* (seruientem seu adiuuantẽ) *nõ habeo, vt cũ turbata*, id est, ab angelo vehementer concussa & mota. *Fuerit aqua, mittat* (id est, ante alios deferat) *me in piscinã: dum enim venio ego* qui præ languore cito ire non valeo *Alius* (languidus) *ante me descẽdit in aquã*. *Dicit ei Iesus* (cuius dicere est facere) *Surge, tolle grabatum tuum & ambula, & statim sanus factus est homo*, in quo ostenditur omnipotentia Christi, tam inuetera tum languorem, in instanti imperiosè curantis. Virtus nempe diuina cum sit infinita, operatur in instanti, quod naturæ non conuenit, quia in transmutationibus rerum de cõtrario in contrarium agit successiue. Vnde secundum Dionysium, Natura non transit à distanti in distans, nisi per media, *Et sustulit grabatum suum & ambulauit*. Per lãguidũ istum, ambulare non valentem, intelligitur piger & negligens mala cõsuetudine pressus, qui in delectatione vitiosa, & vsu peccati, quasi in grabato iacet. Huic, imò & omni peccatori dicit Christus quotidie, per admonitionem sacræ scripturæ, vis sanus fieri? Cum enim dominus ait per Ezech. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et per Zacha. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Itemque per Iohelẽ, Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quid aliud loquitur, nisi vis sanus fieri? tanquam dicat, Ego sum medicus animarum, fac quod in te est, acquiesce monitis meis, & sanabo te, surge à ruina peccati, tolle grabatum tuũ, id est, delectationẽ peccati, in qua quiescis, aufer, & porta su per te per cõpunctionem & satisfactionẽ, quatenus quãtum glorificasti te, in delitiisq; fuisti, tantum imponas tibi luctũ & afflictionem, exemplo prophetæ dicẽtis, Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: & ambula regia via in diuinis præceptis, de quibus in lib. Prouer. legitur, Viæ eius pulchræ, & omnes semitæ eiꝰ pacificę. Imò viam mandatorum dei percurre, implens illud Iosue, Seruite domino corde perfecto atque verissimo, quãto enim animo promptiori ac feruentiori fecerimus opera dei, tanto amplius promeremur. *Erat autem sabbatum*, id est, quies & cessatio ab operibus seruilibus, *In die illo*, imò hæc dies fuit sab-

A

B

Dionysius

C

Ezec.18.
Ezech. 33.
Zacha.1.
Iohel.2.

Apoc. 8.
Psal. 6.
Prouer.3.
Psal.18.

Iosue.24.

D batum,id est, dies septima ac festiua. *Dicebant ergo Iudæi illi qui sanus fuerat factus, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Si Iudæi putauerunt eum lectum suum portare sine speciali dei commissione, & necessitate seu dispēsatione, excusabiles erant, tamē ad minus materialiter falsum locuti sunt, labor enim exterior ad diuinum honorem directè ordinatus, seu pertinens, licebat in sabbato, quemadmodū sacerdotes sabbatis templum ornabāt, hostias aptabant, ac immolabant. Baiulatio autem lecti ab isto sanato, fuit ad ostensionem diuinæ potentiæ & gloriam Christi, velut si quis die dominica miraculose liberatus à carcere, deferat ad ecclesiā vin-
Exod. 20. cula sua ad glorificandum deum. Fuit quoq; ex dispēsatione summi dispensatoris, qui legem dedit, & ad spiritualem legis
E intelligentiam introduxit. Vnde subiungitur, Respondit eis iste sanatus, *Qui me saluum fecit* à paralysi, imò à labe peccati: quoniam Christus, cuius perfecta sunt opera, sanauit in
Deut. 32. anima quos curauit in corpore, *Ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula*, id est, ea potestate, qua me miraculose curauit, eadem authoritate mihi præcepit quod facio, *Interrogauerunt ergo eum, quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuū & ambula?* tanquam dicant, ostende nobis talē tam malum, & legis contemptorem, vt culpam tuam puniamus in eo. Isti qui curatorem huius paralytici, purum hominem æ-
2. Cor. 3. stimabant, homines erāt eo modo quo dicit Apostolus, Cùm sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis & secū dum hominem ambulatis? *Is autem qui sanus fuerat effectus,*
F *nesciebat quis esset*, id est, nomen & famam Christi ignorauit, nec quicquam audiuit de eo, & fortè oblitus fuit dispositionis Christi, in vultu ac habitu, ità quòd neque per circumlocutionem & signa indicare potuit quis nam esset. Quomodo Ochozias rex Israel cognouit Heliā, audito quòd homo pilosus & zonam pelliceam circa renes habens, famulis suis obuiasset, vt legitur in lib. Regum. Iesus enim statim recessit ab homine isto, sicut subiūgitur. *Iesus autem declinauit à turba constituta in loco*, vbi paralyticum istum sanauit, vel vbi turba eum de grabati baiulatione redarguit. Declinauit autem à turba, erudiens nos, vt post perpetrationem excellentium operum, fugiamus humanum honorē, hominumq; applausum, amātes nesciri Secundò, quia interdum ad tempus diuertendum est à calumniatoribus, & ingratis cedendum

item vt quietum locum quæramus ad vacandum deo. In tur- A
ba enim, plurima occurrunt deuotionis ac puritatis obstacula, & fortè ad literam Christus recessit à turba, habens aliud salutare opus alibi expedire, *Postea inuenit eum Iesus in templo*, ad q̃ sanatus iste conuenit vt deo ageret gratias: sic & nos si Iesum inuenire, & ab eo inueniri optamus, intremus tē plum eius materiale ac spirituale, visitando ecclesiā, & redeundo ad propriam mentē, per cōtemplationē & vitæ nostræ discussionem, atq; internam in omni virtute exercitationē, dominus enim in templo sancto suo: *Et dixit illi, Ecce sanus factus es* (mente & corpore) *iam noli peccare*, id est, propositū Psal. 10.
habe cauēdi omne peccatū pro posse, *Ne deterius tibi aliquid* Iohan. 8.
contingat, id est, ne maior pœna tibi in præsenti vel æterna damnatio infligatur, quoniā recidiuantes atque ingrati gra- B
tiorē pœnam merentur. Ex quibus elicitur, q̃ æger iste propter peccata sua incidit languorem præfatum. ¶ Quomodo autem deus diuersis de causis homines nunc flagellat, infra deo præstante dicetur, vbi de cæco nato agetur. *Abiit ille* Hebr. 9.
homo & nuciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum, dicunt aliqui q̃ malitiosē hoc fecit, tanquā ingratus, & hoc videtur ex eo quòd Iudæi, eum increpabant de lecti sui portatione: & cùm se excusasset per cōmissionem sui sanatoris, Iudæi dixerunt, vbi est ille: ex quibus coniicere potuit quòd Iudæi volebant culpā retorquere in illum propter q̃ publican do Iesum, exposuit eum calumniatorū persequutioni. Alii di C
cunt oppositū, scilicet quòd simplici animo hoc egit, ne esset ingratus, & vt Christum glorificaret, & probant per hoc, q̃ Iesus sanauit istū in mēte sicut in corpore, ideo non fuit tam improbus: sed quicquid sit de veritate rei, istud argumentum facilè solueretur, per euāgelicā veritatem, quia vt legitur in Lucæ. 17.
Luca, cùm Iesus decē leprosos curasset, vnus duntaxat reuersus est gratias agēs, & alii facti fuerūt ingrati, propter quod Christus dicebat, Nónne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Nihilominus omnes illi etiam mente sanati fuerunt, sed rursus in culpam prolapsi sunt, & fortè à sacerdotibus subuersi: sic dici posset de isto, potius tamen arbitror, q̃ non malitiosē, sed bona intentione fecit quod dictū est, putans Iudæos agnito actore miraculi meliorandos. *Propterea persequebantur Iudæi Iesum*, detrahendo & comminando,

Quia

D *Quia hæc faciebat in sabbato*, scilicet, quòd hominem curauit & ei lectum ferre præcepit, *Iesus autem respondit eis*, ostendens se non esse legis vel sabbati transgressorem, sed patri æterno conformem in operando: quemadmodũ enim apud
Mat. 12. Matthæũ excusat discipulos, sabbato spicas euellẽtes, & cõ-
Marci. 2. fricantes à transgressione sabbati, per hoc quòd David simi-
Lucæ. 6. le fecit, sic nũc excusat à trãsgressione sabbati, per hoc ꝓ pa-
2.Reg.21. ter eodem modo operatur vt ipse. *Pater meus* cælestis & naturalis, *Vsque modo operatur*, id est, à principio mundi vsque in præsens, imò & vsque in sempiternũ indefinenter agit in rebus, totum vniuersum in esse cõseruãdo, gubernando, corrupta restaurando: agit quoque animas rationales quotidie creando, impios iustificãdo, purgatos ab omni reatu, in cœ-
E lis beatificãdo, panem & vinũ in corpus & sanguinem Chri-
1.Cor.11. stri transsubstantiando, & alia ineffabilia iugiter operatur, præsertim in ecclesia triumphante, quæ ignoramus. Pauca
Eccle. 43. quippe videmus operum eius, vt dicitur in Eccle. vbi & scri-
Gene. 2. bitur, Multa sunt abscõdita maiora his: quod verò in Genesi legitur, Requieuit deus ab omni opere, quod patrauit, intelligendum est quantum ad productionẽ nouarum specierũ entis, Et *ego operor*, sicut & pater, imò eadem quæ pater, quia indiuisus ab illo in natura & opera. quemadmodũ ergo deus pater prædicta omnia operãs, etiã sabbato nõ arguitur, quasi sabbati violator: ita nec ego argui debeo, qui cõfractum restauraui, & ad demonstrationẽ diuinæ virtutis, eidem præcepi grabatum baiulare. ¶ Ad intelligendum hæc verba sublimia, oportet aduertere, quòd aliquid est causa alterius duplici-
F ter. Primò, quantum ad illius inceptionẽ, & quo ad esse ipsius, sed non quod ad permanentiã eius: quemadmodũ homo generãs est causa filii sui, & artifex causa ædificii. Vnde si pater vel artifex moriatur, nihilominus filius & ẹdificiũ permanent atq; subsistunt. In talibus ergo causarum non dependet à sua causa, quantũ ad permanentiã. Secundò, vnum est causa alterius, quantũ ad inceptionem & permanẽtiã eius: quẽadmodum sol est causa luminis & diei, vnde si ad momẽtum sol deesset, dies deficeret, & hoc modo est deus causa rerũ: creaturẹ enim plus dependẽt à creatore, q̃ aliquid creatũ à causa creata: propterea, si deꝰ relinqueret ens creatũ sibiipsi, suæ omnipotentiæ manutenentiã in ictu oculi subtrahendo, seu suspendendo, mox vniuersa mundanæ machinæ fabrica in nihil

nihil decideret, atque in seipsa annihilata deficeret, sicut ex A
nihilo in esse surrexit. Et hoc ipsum si non fallitur Albertus, scripsit, & docuit Aristoteles in epistola de principio vniuersi. Hinc quoque non solum secũdum Platonem & Proclum, sed etiam teste principe theologorum sacratissimo Diony- Dionysius
sio, Deus est causa rerum, non solum quasi nunc causans, sed quasi incessabiliter eas producens, propter incessantem suæ conseruationis influentiam, indefinentemque illarum dependentiam. Hinc igitur asserit filius dei, pater meus vsque modo operatur. Non enim minoris potentiæ est creata manutenere in esse, & totum vniuersum conseruare in nihilo, quia nihil est extra vniuersum fu'ciens ipsum nisi deus, quàm eadem produxisse, atq; in nihilo collocasse. Hinc Proclus sub- B
tilissimus Platonicus, scripsit in elementatione sua theologica, Totus mundus ab intellectu substantiam habet, & si perpetuus sit, non propter hoc non procedit ab intellectu, sed & procedit semper, & cõuersus est semper, & perpetuus secundum essentiam, & insolubilis secundum ordinem. Iudæi ergo ex verbis Christi iam præinductis, intelligentes quod Iesus comparasset se deo in virtute & operatione, dixissetq; se esse naturalem filium dei patri æqualem, putauerunt eum blasphemum, & fecerunt quod subditur. *Propterea ergo* (videlicet, quia æquauit se patri) *magis quærebant eum interficere Iudæi, quia non solum soluebat sabbatum* secundum eorum falsam opinionem. *Sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens* (id est, esse dicens) *deo* patri, Sæpe in scripturis & etiam in communi modo loquendi, sumitur facere pro dice- C
re vel cogitare. Quoniam ergo secũdum legem grauior, graui usque punienda fuit blasphemia, quàm transgressio sabbati, ideo Iudæi quærebant Iesum quasi blasphemum occidere. Sed quia Iudæis visum fuit, quòd Iesus derogauit honori diuino, æquando se patri æterno, idcirco Christus ostendit quòd per hoc non derogauit patri. *Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem.* Sed ex hoc Arrius & Eunomius arguerunt, quòd filius esset ex se infirmus, & per consequens minor patre & pura creatura, & satis difficile apparet, quomodo sit verus deus atque omnipotens, quia à se non potest quicquam, sed non est impossibile ista dissoluere: vt enim ostenderet Christus se à patre esse recepisse, & habere,

D habere, quicquid est & habet, ita dicit, Non potest filius à se facere quicquam, quauquam dicat, à meipso nõ sum, sed esse & potestatem accepi à patre. Itaque nõ potest à se, id est, virtute non accepta, vt in eo est, facere quicquam, quia filius nõ habet nisi virtutem acceptam, hoc est, à patre sibi cõmunicatam. ¶ Denique, secundum Hilarium & Thomam in Sũma contra gent. quanuis filius non potest à se quicquã facere, potest tamẽ per se omnia facere, vtpote propria virtute, quæ cũ sit vna numero in patre, & filio ac spiritu sancto, est causa quod quælibet diuina persona est causa omnium rerũ principalis atque omnipotens, & nulla est instrumentalis respectu alterius. Quòd verò adiecit, nisi quod viderit patrem facientem, non est sic intelligendum, quasi alia sit visio seu E intellectualis cognitio filii, & alia patris, imò sicut in patre, & filio est vnus numero intellectus, ita & visio vna. Nihilominus pater videt filium, eiusque opera, & econtra, quoniã in vtroque est plenitudo diuinitatis, quæ omnem perfectionem & actualitatem supersimplicissime, prorsusque incõparabiliter comprehendit: Neque sic enim filius videt patrem, & opera eius, quasi aliquid aliud sit visio illa quàm filii deitas atque essentia. Quemadmodũ ergo per eandem essentiã pater, filiusque subsistunt, & deus sunt, sic eadem visione filius videt patrem & opera eius, pater quoq; filium & opera eius: hæc est vna interpretatio huius loci: potest autem & ita exponi, Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Tanquam diceret, hoc quod filius F videt facere patrem, hoc etiã potest ipse filius facere à se, id est, per se, propriaque (quanuis collata) virtute, alia verò nõ potest facere filius: & sic CHRISTVS per verba hæc probat se non posse peccare, quod ei imposuerũt Iudæi. Si enim filius nihil potest facere, nisi quod viderit patrem facientem tunc proculdubio, sicut pater non potest peccare, ita nec filius. Postremò verba ista intelligi possent de Christo secundum assumptam naturam, secundum quam certum est, quòd non potest facere quicquam à se. Insuper, Christus testatur quod pater nõ est factor principalior nec vniuersalior filio, & quod opera amborũ sunt indiuisa, ita quòd pater, & filius, sunt vnus factor, creator & gubernator nõ duo factores: per quod hæresim Arrianorum confundit. *Quæcunque enim ille* (videlicet pater) *fecerit* (hæc eadem opera) *& filius*, secundũ natu-

Hilarius.

naturam diuinã, *Similiter facit* id est, æque principaliter, & A authoritatiue, non instrumentaliter & ministratiue. Per hoc ergo quod ait, quæcunque, ostenditur, quòd operatio patris non extenditur vltra operationem filij, propterea filius est prima & vltima causa, prout in Apocalypsi loquitur Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principiũ & finis. Vnde in Michæa habetur, Et tu turris gregis nebulosa, ad te veniat potestas prima regum filiæ Hierusalem, vbi per potestatem primam ad literam intelligitur Christus, qui teste apostolo est virtus & sapientia patris, portãs omnia verbo virtutis suæ, Hoc quoque in Prouer. manifestè ostenditur, vbi sapientia de deo effatur. Quando præparabat cælos aderam quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cũcta componẽs. Per hoc autem quod ait hæc decet, quòd eadem B numero sunt opera patris & filij. Cũq; natura sit operationis principiũ, sequitur quòd patris, & filij sit vna natura, vna vtiq; numero, nõ genere, vel specie, quia diuina natura multiplicari non potest. Per hoc verò quod subditur, *Similiter facit*, Patet quòd pater operatur per verbum seu filium, non sicut artifex per ministrum vel instrumẽtum, sed sicut amicus per amicum, rex per regẽ, iudex per iudicem, non subalternatum, sed comparem. *Pater enim diligit filium* hoc supra scriptum atque expositum est, & nunc addi potest, quòd dilectio non est principium emanationis filij à patre, quia non procedit à patre per voluntatem, aut liberè libertate cõtingentiæ vel ad vtrumlibet, sed naturali emanatione. Nihilominus pater diligit filium, verè, & intensiuè, infinitè, sumendo dilectionem absolutè, ita quòd habet se quasi cõcomitãter ad emanationem. ¶ Deniq; multæ sunt rationes dilectionis, quæ maximè superexcelenter inueniuntur inter patrem & filium, imò inter tres supersublimes, æternas, increatas personas, hoc est, ipsa trinitate, vna superessentiali simplicissima deitate. Interdum enim dicimus, quòd agnitio est causa dilectionis, videlicet vt via ad dilectionem. Interdum quòd bonum est causa dilectionis tanquam obiectum: interdũ verò similitudo appellatur causa amoris, sed & communicatio est causa amoris, sæpeque dicimus, quòd nihil sic accendat amorem, quomodo si quis sciat se amari ab alio. Cũ ergo pater & filius se inuicem perfectissime comprehẽdant, & filius patri omnino simillimus sit, vterq; quoq; infinitæ

Apoc. 26.
Mich. 4.
1. Cor. 1.
Prou. 8.
Iohan. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

D nitæ bonitatis & sanctitatis existat, paterq; dederit filio totum quod suum est, puta diuinam essentiam quam transfundit in eum, & filius tantum bonum à patre susceperit, pater etiam sciat se amari à filio immenso amore & ecõtra. Hinc cõstat, quòd in diuinis personis sit quomodo libet, omniformiterq; plenissima ratio mutuæ dilectionis, quę cum sit infiniti ardoris, & rei summæ præsentis, perfectissime quoque coniunctæ, palam quod dilectio trium personarum ad inuicem sit veræ immensæ dulcedinis, infinitæq; pacis & dulce sanctum, ac deiforme est, Hoc nunc fideliter contẽplari, syncere aspicere, atque in contemplatione tam alta cordialiter affici, diuinæ beatitudini cõgratulari, à sensibus rapi, in diuitias glorię absorberi. Beat⁹ qui sic gustat q̃ dulcis & fœlix est deus: beati mũdo corde, studiosi & affectuosi in obsequio dei feruẽtes aq; soliciti quomodo creatorem suum honorẽt cumque ab aliis honorari conspiciant. Maledictus verò qui facit opus dei negligenter, qui intimorate ambulat coram altissimo. *Et omnio demonstrat ei quæ ipse fecit*. i. deus pater dat filio notitiam omnium operum suorum, generãdo enim filium, dat ei diuinam essentiam, & per consequens æternã & infinitam sapientiam omnium intuitiuam: sic ergo pater demonstrat filio, nõ quasi ignoranti aut prexeistenti, & demum instructo, sed quasi totum suum esse, posse ac nosse à patre suscipienti. Quicquid enim patris est, communicatum est filio, & respõdet in eo sicut in naturali & plena imagine patris. Et quoniam filius propter nos instruendos ac redimendos homo factus fuit, & inter homines socialiter vixit, idcirco altitudinẽ sapientiæ suæ aptauit, & proportionauit capacitati intelligentiæ nostræ, loquendo nobis de rebus incomprehẽsibilibus ac diuinis humano modo, quatenus sic ea aliqualiter caperemus. Vnde de eternis loquitur nobis per verba temporalia, secundum omnes differentias temporis, quia & ipsa æternitas comprehendit ac continet omne tempus, sicque loquendo nunc subditur. *Et maiora his demonstrabit ei opera* id est, mirabilia, excellentiora signis quæ hucusque in Hierusalem feci: nã illuminatio cæci nati, & suscitatio Lazari, maior fuit quàm curatio paralytici. Conuenientius tamẽ opera ista maiora intelligũtur spiritualia miracula Christi in conuersione hominum facta, secundum quod maius dicitur impium iustificare, quam mundum creare, Christus enim

1.Pet.2.
Mat.5.
Hier.48.
Mich.6.
Iohan.1.
Baruc.3.
Iohan.9.
Ioh.1.

nim quosdam omnino mirabiliter conuertit, & sibi attraxit, sed & miracula facta in passione, in resurrectione, ascẽtione, & spiritus sancti missione, magna nimis fuerunt. Itaque per hoc quòd ait, demõstrabit, non datur intelligi, quò filius secundum diuinam naturã, aliquid accipiat in futuro, imò nec secundum humanam naturam hoc ei proprie competebat, præsertim cum anima Christi, à suo cõditionis exordio, plena fuerit sapientia virtute, & gratia: sed loquitur sic propter duo. Primò, quia (vt dictũ est) eterna emanatio verbi seu receptio filij à patre, omne tempus includit. Secũdò, quoniam in scripturis dicitur aliquid fieri, cum aliis innotescit: quoniam ergo postea innotuerunt Iudæis maiora opera Christi, quàm hucusque, propterea dixit filius, quòd pater demõstraturus esset sibi opera præclariora: vt sit sensus, Maiora his demõstrabit, id est, sed ei demõstrasse ostendet opera quando videlicet talia fient, *Vt vos miremini* si admiratio accipiatur secundum se, sistendo in ea, tunc nõ finis huiusce modi demonstrationis miraculorumque Christi, sed assecuta est opera Christi: sicque, vt ponitur concomitanter, non causaliter, iuxta quem sensum dicit Apostolus, Mittet illis deus spiritum erroris vt credant mendacio. Et Psal. Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis. Si autem sumatur miratio, provt inducit ad fidem, videlicet vt est via ad conuersionem, sic potest dici finis mirabilium operum Christi, sic tamen vt ista miratio cõuersionem mirantis includat. Ad hoc quippe fecit Christus miracula, vt Iudæi videndo, admirãdo q; crederent. ¶ Aduertẽdum quoque quòd licet ea quæ dicta sunt ab illo loco, pater diligit filium, accipi possint de filio etiam secundum humanitatem assumptam, secundũ quem pater notificauit seu demonstrauit filio omnia opera sua: quoniã quicquid deus cognoscit, scientia visionis, videlicet omnia quæ vnquam fuerunt, sunt vel erunt, cognoscit & anima Christi, illud tamen quæcunq; ille fecerit, scilicet pater, hæc & filius similiter facit, nõ conuenit Christo, nisi vt vero deo, imò per illud verbum apertè confunditur hæresis Arrij dicentis, quòd filius sit pura creatura, sic enim pater fecisset filium: si ergo quęcũque facit pater, facit & filius, sequitur q̃ filius fecisset seipsum, loquendo semper de filio secundum naturam suam superiorem.

A
B
2.The.2.
Psal.50.
C

¶ Prose-

D ¶ Prosecutio Cap.huius ab eo loco quo dicitur, *Sicut pater suscitat mortuos & viuificat.*

ARTICVLVS. XIIII.

Dixit iam Christus paulo ante, quia quæcunq; facit
D pater, facit similiter filius, & ꝓ maiora pater o-
pera demonstraret filio, quàm hucusque fecit filius
coram Iudæis. Nunc Christus declarat hoc quasi exemplifi-
cando. *Sicut enim pater suscitat mortuos* morte naturę, & mor
te culpæ, hoc est, mortuos corporaliter per discessum animę,
& mortuos spiritualiter per amissionem charitatis & gra-
E tiæ, Et *viuificat* eos, Mortuos nanque corporaliter susci-
tat atque viuificat pater, animam corpori reuniendo, vt to-
tum compositum habeat vitam naturæ, sicut & ante mortē
habebat, Vnde in libro Regum inducitur, Dominus mortifi-
1. Re.2. cat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Deus enim ha-
Matt.8. bet imperium vitæ & mortis. Mortuos verò spiritualiter, de
quibus ait Saluator apud Matthæum, Dimitte mortuos spe-
lire mortuos suos, Suscitat, itemque viuificat pater culpā de-
lendo, & gratiam restituendo, prout ad Ephesios Apostolus
dicit, Quū essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos Chri-
sto, *Sic & filius, quos vult viuificat* non vtique alios, aut pau-
Ephes.2. ciores quā pater, sed eosdem: & æquè multos: quoniā ope-
ratio patris & filij ad extra est penitus indiuisa. Et idem di-
cendū est de spiritu sancto, de quo fatur Apostolus, Hęc o-
1.Cor. 12. mnia operatur vnus atque idē spiritus, diuidēs singulis prout
F vult. Vnde de filio nunc dicitur, quos vult viuificat, ad insi-
nuandum, quòd filius agit sponte, imperialiter & propria au-
thoritate, tanquam verus deus. Secundū quod dicit Apostō-
Ephes.1. lus, Omnia operatur secundum propositum voluntatis suæ.
Ephes.5. Quod autē filius spiritualiter susciter, claret ex verbo Apo-
stoli, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit
te Christus. Sed cū de patre dictū est, sicut pater suscitat mor
tuos & viuificat, quare de filio nō subdit, sic & filiꝰ quos vult
viuificat? nisi quia suscitatio in viuificatione includitur Ne-
que enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio
quomodo verum est hoc: sic enim indiuisa sunt opera patris
Iohan.8. ac filij, quencunque iudicat filius, iudicat pater, Iterum quo-
Iob.34. modo pater nō iudicat, sed filius, cum infra filius dicat, Ego
non

non iudico quēquam, est qui quærat & iudicet, scilicet pater A
& si pater non iudicat quenquam. quomodo verū est istud
Iob? Absit à deo impietas, & ab oīpotēte iniquitas: opus e-
nim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorū restituet. De- Iob.28.
nique quod conuenit deo absolute, secundum naturam diui- &.35.
nitatis, cōuenit cuilibet diuinæ personæ: iudicare autem ho Hier.35.
mines vniuersos conuenit deo, secundum quod deus, videli-
cet secundum propriam naturam, aliter vane cōstituisset fi-
lios hominum quod pro inconuenienti habet Psalmista, &
contrariatur his quæ in lib. Iob cōtinentur, videlicet vniuer
sorum finem ipse cōsiderat. Rursusque omnipotens causas
singulorum intuebitur. Hinc quoque per Hieremiam asseri-
tur, Domine deus fortissime, magnus consilio & incōprehē-
sibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes filios B
Adā, vt reddas vnicuique secundū vias suas, & secundū fru-
ctum adinuentionum suarum. Verùm omnia ista atque simi-
lia, vna solutione soluuntur & cōcordantur. ¶ Oportet er-
go aduertere, quòd in iudicio quatuor considerā:tur. Primo,
authoritas iudicandi, seu iudiciaria potestas. Secundò, ipsa
discretio boni à malo, videlicet interior approbatio boni, at
que interior detestatio mali, quantum ad hæc duo iudicium
conuenit toti trinitati, singulisq; personis. Tertiò, ipsa pro-
latio sententiæ sensibilis atque exterior: & quòad hoc pater
non iudicat quenquam, sed solus filius secundum naturā as-
sumptam, imò hoc modo deus trinitas iudicabit authoritati-
ue, per Christum hominem executiue iuxta illud Actuum,
Deus statuit diem in quo iudicaturus est orbē terrę in equi C
tate, in viro quem statuit. Tunc enim manifeste veniet deus
noster, & non silebit, quando in die iudicij videbūt in quem Acto.17.
transfixerunt. Quartò, consideratur in iudicio ipsa retribu- Psal.49.
tio pœnę vel gloriæ: & sic quoque soli deo principaliter se- Iohan. 19.
cundum diuinam naturam iudiciū conuenit præsertim quā- Apoc.1.
tum ad gloriæ collationem. Porrò, quod filius ait, Ego nō iu
dico quenquam, intelligendum est de iudicio retributionis,
quantum ad primum Christi aduentum, in quo non venit iu
dicare, sed iudicari: sic ergo, pater non iudicat quenquam, id
est, non profert iudicialem sententiam modo prætacto, sed
omne iudicium, id est, vniuersalem executionem iudicij de-
dit filio secundum naturam quam induit, sicut infra plenius
ostendetur, vnde habetur in Psalmo, Deus iudicium tuū re- Psal.17.

D gi da:& iuxta Apostolum, Omnes nos stare oportet ante tri
2.Cor.12. bunal Christi. Hunc autem honorẽ pater impendit filio in-
carnato. Vt *omnes* (intellectuales creaturæ) *honorificent filium*
exhibẽdo ei cultum & adorationem latriæ soli deo debitam
Sicut honorificant patrem impendendo ei latriæ cultum: sed &
honoratio ista non conuenit filio secundum illam naturam,
qua conuenit ei prædicta executio iudicij, sed secundum na
turam qua consubstantialis & coæqualis est patri, Nihilomi
nus, pater dedit filio secundũ naturam assumptam hoc iudi
ciũ, vt per hoc innotescat omnibus, quòd homo ille est ve-
rus deus, sicque honorificetur sicut & pater. Vnde verbum
Philip.2. istud consonat dicto apostoli ad Phil. loquens de filio secũ-
E dum naturã humanã. Humiliauit semetipsum, factus est obe-
diẽs vsque ad mortem, propter quod, & deus exaltauit illum
vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ
& infernorum. ¶ Quæritur si pater non iudicat quenquam
Iob.34. sed omne iudicium dedit filio, quomodo verũ est illud Iob,
Quem posuit alium super terram, aut quem constituit super
orbem, quem fabricatus est? Et respondendum, quòd pater
non sic constituit Christum iudicem, ac principem mundi,
quasi ipse desierit habere prouidentiam rerum, sed pater, seu
deus trinitas est principalis prouisor, iudex & rex vniuersi.
F Christus verò secundum quod homo prælatus est omni crea
turæ quasi minister dei, & executor. *Qui non honorificat filiũ*
per latriæ cultum Est autem latria virtus, quæ deo cultu &
cæremoniam affert, Nõ *honorificat patrem qui misit illum*. Cũ
vtriusque sit vna maiestas, & tanta dilectio, concordia, atque
1.Iohã.5. iustitiæ ac sanctitatis corformitas, vel potius vnitas & iden-
titas, quòd qui vnum offendit, offendit & alium, præsertim
quum sit amborum vna voluntas. Præterea qui non credit fi
lium, mendacem facit patrem, & spiritui gratiæ ingerit con-
tumeliam, quia non credit in testimonium quod testificati
sunt pater & spiritus sanctus de Christo in baptismo & trãs-
figuratione in diuersis miraculis, & distributionibus gratia-
rum, in scripturis vtriusq; testamenti, & in omni sanctitate &
Mat.3. excellentia Christi. Honorificandus est ergo filius, interio-
Lucæ.3. ri, exterioríque latriæ cultu, videlicet reuerẽtia cordiali, o-
Matt.36. ratione, & laude, præceptorumq; obseruatione. Omnes ita-
Marci.9. que qui patrem filio asseruerunt maiorem, non honorifica-
Lucæ. 9. uerunt patrem, cuius filio dilecto ac vnico derogauerũt, cu-
ius

ius contumelia redundat in patrem: præsertim cum hoc ma- A
ximè ad commendationem bonitatis, potestatis, & sapientię
dei pertineat, quòd filium sibi prorsus æqualem producere
& voluit, & nouit, & potuit, quanuis (vt dixi) voluntas non
præcessit generationem verbi: quasi origo ipsius, sed potius
concomitanter se habet ad eam. Imò spiritus sanctus qui est
amor, & emanatio voluntatis, non sic procedit à volunta-
te quasi libere ad vtrumlibet effluat atque spiretur Sic enim
non possit procedere, haberetque esse contingens: sed pro-
cedit per modum naturalis emanationis, secundum quòd vo
luntas patris, ac filij, est quædam natura. Deinde filius dei
ostendit quomodo spiritualis viuificatio fiat. *Amen amen di-*
co vobis, quia qui verbum meum audit, non auribus corporis
tantum, sed etiam cordis, de quibus dicitur alibi, Qui ha- B
bet aures audiendi, audiat. Itaque qui verbum meum audit,
id est, sermonibus meis consentit. *Et credidit ei qui misit me*, Mat.13.
id est, patri cœlesti, recipiendo testimonium quod ipse per-
hibet mihi, vel credendo ei fide formata, hoc est, credẽdo in
ipsum, *Habet vitam æternam* iam in spe, & in merito, atque
in dispositione propinqua, & cito sortiturus, ac possessurus
est eam in re, in mercede, in actu. Hoc enim modo viatores
dicuntur beati, quanuis variis persequutionibus, concutian-
tur, prout scriptum est in Matthæo, Beati pauperes spiritu, Mat.5.
beati qui lugent, beati qui persequutionem patiuntur, pro-
pter iustitiam. *Et in iudicium non venit*, id est, iudicium dam- C
nationis non incurret, de quo fatetur Apostolus ad Corin-
thios, Si nosipsos diiudicaremus, nõ vtique iudicaremur. O- 1.Cor.11.
mnes tamen iudicabimur iudicio retributionis. *sed transeat*
à morte corporali quam omnes quasi debitũ soluunt propter
originale peccatum. In *uitam* gloriæ sempiternæ, cum fue- Colos. 3.
rit liber ab omni reatu, de qua dicit Aposto. Vita vestra ab-
scondita est cum Christo in deo. Talis etiã in præsenti tran
sit per cordis salutarẽ immutationem, à morte culpę ad vitã
virtutis & gratiæ. Nam & prudentia carnis mors est. Et si
secundum carnem vixerimus, moriemur. Qui ergo carnem Rom.8.
prudentiam deserit, & verã sapientiam recipit, transit à mor
te in vitam. *Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est*, Galat.4.
vtpote tempus gratiæ, de quo dicit Apostolus, Cum venerit Acto.3.
plenitudo temporis. Et Petrus in Actis, Omnes (inquit) pro- 1.Tim.5.
phetæ annunciauerunt dies istos, *Quando mortui* id est, pec-

 cato-

D catores vita gratiæ destituti, de qua morte Paulus testatur, Vidua quæ in delitiis viuit, viuens mortua est, *Audient* exteriori & interiori auditu *Vocem eius* id est, prædicationem filij dei. Multi enim Iudæorum per verba Christi correcti atque cóuersi fuerunt, præsertim post eius passionem & ascensionem. Quotidie quoque mortui seu iniusti audiédo verbũ Christi ab eius vicariis ac ministris, spiritualiter reuiuiscunt
Matt .24. sicut subiungitur *Et qui audierint* (verbum Christi modo iam dicto) *viuent*, vita gratiæ, in via & vita gloriæ, in patria, dũmodo perseuerent vsque in finem, quoniã sola perseuerantia coronatur, ¶ Et hoc sciendum, quòd nemo audit salubriter verbum dei, nisi Christus per inspirationem spiritus sancti cor eius tetigerit, & erudierit mentem eius, fundendo ra
E dium sapientiæ in intellectum ipsius, propter quod in Esaia
Esa.50. scribitur, Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiã quasi magistrum. Deus deus aperuit mihi aurem, ego autem nõ
Lucæ.17. contradico. Secundò, exponi potest hic locus de particulari
Luc.8. corporum resurrectione, secundum quam Christus suscitauit filium viduæ, filiam archisynagogi, & Lazarum.

¶ Sed quæstio est, quomodo corporaliter mortui dicãtur audire vocem filij dei? quod enim non viuit, nõ vtique audit. Et respondendum, quòd dicuntur audire vocem Christi metaphorice, quoniam ad imperium Christi sic corpus extinctum & anima separata, quasi obediendo reassociantur, & cõponuntur, sicut obediunt qui realiter imperantis eloquium
F audiunt, & tanquam iussionem Christi vere audissent. Sic
Mat.14. quippe dicimus, quòd mare cognouit Christum, quando sub
Marc. 6. pedibus eius mansit indiuisum. Sic quoque ait Psalmista, Ma
Psal.113. re vidit & fugit, & sol cognouit occasum suũ. Insuper declaratur, quòd Christus ad vtranque hanc viuificationem idoneus sit tanquam fons vitæ. *Sicut enim pater habet vitam* intellectualem, non vegetatiuam, sensitiuam, vel secundum locum motiuam. *In semetipso, sic dedit* id est, generando communicauit naturali diffusione, seu originatione, non libera ad vtrumlibet, *Et filio vitam*, non solum similem, sed numero eandem, *Habere in semetipso*, pater nempe sic habet vitam in se, quod ipse est hæc vita, quæ etiam vita est in seip-
Ioan.14. sa omnino perfecta, omnem nobilitatem, beatitudinemque viuendi cum incomprehensibili simplicitate complectens: ita quòd est vita superessentialis, fontana superiucunda, & super-

superbeatissima, vita vere purissima, viuacissima, prosusque A
superplenissima, omnis vitæ fontale principium, in quo est omnium bonorum atque pulchrorum ac desiderabilium superdiues possessio. Simili modo habet filius secundum diuinam naturam vitam in semetipso, quoniam ipsa est vita hæc, suntque pater & filius vna vita, quæ diuina est essentia, prout est actus purus: pater ergo generando communicans filio diuinam essentiam, communicauit, & dedit ei vitam, & sapientiam. Cum ergo sit filius tam superexuberans fons vitæ, palam est, quod possit viuificare quoscunque voluerit. Et *potestatem dedit ei, iudiciũ facere* Cum filius à patre habeat quicquid habet, cõstat quod filius etiam vt deus habet à patre iudiciariam potestatem: sed de huius potestatis datione nõ est
nunc sermo. Subditur enim, *Quia filius hominis est*, ergo intel B
ligendum de potestate subauthoritatis in iudicando, videlicet de potestate exequendi iudicium prolatione sententiæ, quæ potestas data est à tota trinitate Christo homini, quia filius hominis est: quod dupliciter intelligi potest. Primo sic, quia filius hominis est, id est, merito suæ humiliationis, incarnationis, humanæ conuersationis, ac passionis. Christus enim per ista meruit sibiipsi iudiciariam potestatem in exequendo. Nec obstat, quod habuit ea ab instanti suæ incarnationis propter hypostaticam vnionem cum verbo: non enim est inconueniens aliquid alicui deberi, & conuenire ob causas diuersas, quemadmodum etiã corpori Christi debebatur, vel cõpetebat glorificatio ratione beatitudi-
nis animæ suæ, nihilominus per suam passionem promeruit C
eam, & sæpe orauit pro ea. Secundo sic, quia filius hominis est, id est, propter conuenientiam quam habet ad exercendũ
iudicium ex parte humanitatis assumptæ. Decet enim iudi- Exod.33.
cem ab omnibus iudicandis manifeste videri, vt stent coram Iohan.1.
eo, & loquantur pro se si poterint. Nulla autem diuina perso- 1.Ioh.4.
na secũdum propriam naturam apta est iudicare hoc modo: Act.10.
non enim videri potest manifeste nisi à beatis, imò à quo- Psal.103.
cunque manifeste videtur, beatus est. Quum ergo persona Iob.19.
filij sit secundum humanam naturam à bonis, malisq; visibilis, ideo datũ est ei iudicium facere, quia filius hominis est. Ideo Petrus loquitur in Actis apostolorum, Ipse est qui constitutus est à deo, iudex viuorum, & mortuorum. Et Dauid ait de Christo. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Hoc

D sanctus Iob cognouit affuturum, cum dixit. Credo quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Videre enim in carne propria, ipsum deum, nõ videtur proprie posse intelligi, nisi de deo incarnato atque visibili, præsertim cum sanctus Iob subiecerit, Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt. quod de corporalibus oculis dictum videtur: quoniam Iob loquitur de vera corporum resuscitatione atque perfecta membrorum reparatione. Et ne Iudæi verbis istis præ admiratione discrederent, addit filius dei aliud mirabilius, quatenus mirabilia reddantur credibilia per facta mirabiliora. N*olite mirari* (admirarione inordinata, adiectiua, incredula) *hoc* quod dixi mihi datam potestatem iudicandi, cum maiora acturus sim, *Quia veniet hora*, videlicet dies iudicij, de qua alibi legitur, De die illa, & hora nemo scit, *In qua omnes qui in monumentis sunt*, id est, omnes defuncti quantum ad corpus in sepultura locati, quantum verò ad animam, in inferno, in lymbo purgatorio, vel in cœlo existẽtes: vnde dicuntur esse in monumentis ratione partis per synecdochen, quemadmodũ Abraham dicitur sepultus in spelunca duplici. Et Maria Magdalena, Tulerunt (inquit) dominum, id est, corpus domini de monumento, *Audient vocem eius*, id est, ad imperium Christi resurgent, quemadmodum per Danielem prænunciatũ est, Qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt. Esaias quoque prædixit, Viuent mortui, interfectiq; mei resurgẽt. Ista est vox Christi, de qua dicit Apostolus, Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba descendet de cœlo. De qua apud Matthæum prædixit Saluator, Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. qualiter verò quãq; celeriter fiet resuscitatio corporum, pandit Apostolus, In momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti. Quomodo autẽ mortui dicantur audire, iam patuit. Et *procedent qui bona fecerunt* (id est, finaliter consummati atque inuenit in operibus meritoriis) *in resurrectionem vitæ* id est, fœlicem immutationem consequentur. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. Nã immutabuntur, qui mutabũtur in melius, adipiscentes resurrectionem pertingentem in viam gloriosam atque cœlestem. *Qui verò mala egerunt* id est, in iniquitatibus deprehensi, & in

E

Matt.24.

Gene.15.
Iohan.10.
Danie.11.
Esa. 16.
1.The.4.
Mat.25.

F

1.Cor. 15.

Ibidem.

in vitiis mortalibus hinc sublati, qui sibi finem vltimum constituerunt in rebus caducis, adhærẽtes creaturæ potius quàm creatori, procedent. I*n resurrectionem iudicii*, id est, resurrectionem habebunt damnosam, ac miseram, pertingentem ad reprobationis iudicium, de quo dixit Apostolus, Eos qui foris sunt deus iudicabit. In quali enim dispositione, seu affectione anima recedet à corpore, in tali æternaliter permanet, & secundum eam iudicatur, præmiumque æternum sortitur à deo: sicut angeli apostatantes inconuertibiliter manent in dispositione illa mẽtali, ac vitiosa, in qua erant cum deiicerentur à cœlo: propter quod asserit Damascenus, quod in angelis est casus, hoc in hominibus est mors. Et Salomon in Ecclesiaste, Si ceciderit lignum ad austrum aut aquilonem, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. Postremò per hoc ꝓ ait Euangelista vel potius Christus per eum, Qui bona fecerunt, & qui mala egerunt, &c. patet insania æstimantium, fidem sine operibus posse saluare. Nec tamen putandũ quòd illi duntaxat saluabuntur qui opera charitatis vel saltem interiorem eius actum habuerunt: saluabuntur enim infantes baptizati & naturaliter stolidi baptismatis fonte renati. His verò, quæ de distinctione resurgentium dicta sunt, consonat illud Danie. Euigilabunt alii in vitam æternam, alii in opprobrium vt videant semper. Quoniã ergo filius dei qui factus est caro, & frater noster, aduocatus, propitiator & proximus noster, habet vitam fontalem, superefluentem & indefectibilẽ in semetipso, accedamus semper ad eum cum plena fiducia, vt gloriose viuificet nos, & de plenitudine torrẽtis suæ dulcissimæ vitæ corda nostra saltem perfundat, etsi nondum inebriet. ¶ Denique vox eius terribilis, quam omnes mortui audiẽt, qua totus tinniet mũdus, & tartarea claustra patebunt, iugiter insonet auribus nostræ mentis & cogitemus quàm horrendum sit incidere in manus dei viuentis, quàm metuendum erit illud iudicium, quàm inæstimabilis angustia impiorum

A

1.Cor.5.

Esa.14.
Eccle.11.
B

Dan.11.
Iohan.1.
Mat. 28.
Heb.2.
1.Iohã. 2.
1.Thes.4.
Hebr.4.
C

¶ Explanatio residuæ partis huius capituli.

Non possum ego à meipso facere quicquam.

ARTICVLVS. XV.

D Odo multa magnifica perhibuit Christus de
semetipso, videlicet quòd pater non iudicat
M quéquam, sed filio omnes, & quòd quos vult,
viuificat, omnesq; in sepulchris repositos su-
scitabit, ne ergo videatur inaniter loqui, vel
patri derogare, vel secũdum personarũ acceptionẽ & inor-
dinatam aliquam affectionem iudicaru, refert omne bonum
suum ad deum patrem, quasi ad fontem deriuantem nõ deri-
uatum: & dicit se omnia agere prout à patre accepit, cuius in
omnibus querit gloriam, promouetque honorem. Itaq; ait,
Iacob.2. *Non possum ego à meipso facere quicquam*, hoc est, quòd iam
isto capite paulo ante locutus est. Nõ potest filius à se facere
quicq̃, & quod nunc adiecit, *Sed sicut audio, iudico*, aliud ni-
E hil est, quam ꝙ ibi subiecit, nisi quod viderit patrẽ faciente.
Quæ verba iam ante satis prolixe tractata sunt, & nunc bre-
uiter perstringam. Non possum à meipso facere quicq̃, id est,
nil valeo virtute non accepta, secũdum quòd est in me, quia
cum sim à patre, non habeo potestatem nisi ab eo, ideo nihil
possum nisi virtute communicata à patre, *Sed sicut audio, iu-
dico*, id est, secundum sapientiam infallibilem mihi à patre
per generationem æternam collatam, in iudicãdo procedo,
Psal. 10. idcirco errare non valeo: vnde subinngitur. *Et iudiciũ meum
iustum est*. Iustus enim dominus & iustitias dilexit, æquita-
tem vidit vultus eius. Itaque filio dei secundum naturam di-
uinam, idem est videre opera patris & audire à patre: per hoc
F enim quod pater generando transfundit in filium totam sa-
pientiam suam, filius videt patrem & opera eius. Audiréque
dicitur à deo patre, cum tamen totum sit ibi supersimplicis-
simo & superineffabili modo. Possunt quoque ista magis
proprie, quannis non magis literaliter exponi, de filio secu-
dum naturam assumptam: sic enim palam est, quòd non po-
test facere quicquid à seipso, sicut nec cæteri homines: sola
equidem gratia differt humanitas Christi, ab aliis, secundum
August. quod dicit Augustinus, Tolle gratiam, quid est ille homo nisi
quod tu, sicque iudicat per executionem. *Sicut audiuit*, id est,
sicut per scientiam infusam interiori auditu diuinitus didi-
cit. Ait ergo, *Iudicium meum iustum est* (quoniam do vnicui-
Psal.61. que sicut meretur) *quia nõ quæro voluntatem meam, sed volun-
tatem eius qui misit me*, Nónne iuxta præinducta, patris &
filii est vna voluntas, quomodo ergo filius quærit voluntatem

tem patris, non suam? Et respondendum, quòd sicut in A
Christo est duplex natura, puta diuina & humana: sic volun-
tas duplex in eo consistit. Quod ergo nunc asserit de volun-
tate sua, intelligendum est de volũtate sua humana. Et quia
humana natura constat ex intellectiuo, ac sensitiuo, seu ani-
ma rationali & parte sensitiua, propterea ponitur duplex vo
luntas hominis, vna superior, vtpote appetitus intellectiuus,
qui proprie appellatur voluntas, & de hac intelligi potest, ꝙ
filius non quærit voluntatem suam: quoniam istam voluntatem
immobiliter à principio suæ creationis subiecit volũtati
diuinæ Et quoniam ordinauit eam, omnemque actum e-
ius ad voluntatem diuinam, & eius honorem sicut ad vlti-
mum finem. Alia est voluntas hominis inferior, quæ dicitur
appetitus naturalis & sensitiuus, quo Christus abhorruit B
mortem: de qua voluntate accipi solet, quod ait in passione,
Non mea volũtas fiat, sed tua, & de ista magis proprie acci- Lucæ.22.
pi potest quod dictum est, *Non quæro voluntatem meam*, id
est, aliquid priuati amoris, & ad se reflexæ affectionis, *Sed
voluntatem patris*, id est, ea quæ placita ei sunt. Vnde Apo- Rom.15.
stolus dicit, quòd Christus non placuit sibi, id est, in suiipsius
complacentia non quieuit, secundum ꝙ homo: nec quæsiuit
beneplacitũ suæ volũtatis humanæ, inquantum humanæ, sed
vt deo subiectæ, & in omnibus ei conformatæ, quod non est
aliud nisi quærere volũtatem dei. Imò sic & nos quærere &
implere possumus propriam voluntatem, non inquãtum est
nostra, & ad se conuersa, sed vt est diuina charitate & lege C
euãgelica informata. Neque enim opus est meritorium, nisi
fuerit voluntariũ: & quanto opus bonum fit promptiori vo-
lũtate, tã est deo acceptius, & præmii amplioris, eo ꝙ deus
respiciat affectum potius quàm effectum. *Si ergo testimo-
nium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum*. Infra
ait Saluator, cum sibi dixissent Iudæi, Tu de teipso testimo- Iohan.7.
nium perhibes, testimonium tuum non est verum. Et si ego Iohan.14.
(inquit) testimoniũ perhibeo de meipso, testimonium meũ
verum est: quomodo ergo nunc ait, si ego testimonium per-
hibeo de meipso, testimoniũ meum non est verũ? Et nónne
ipse est veritas, quę nec fallit, nec fallitur? Secundum assum-
ptam quoque humanitatem confirmatus fuit in bono, ita ꝙ
mentiri nõ potuit, nec peccare. ¶ Denique, tempore passio
nis perhibuit de seipso testimoniũ coram Caipha & Pilato,
cùm

D cùm dixit, Amodo videbitis filium hominis venientē in nubibus cœli. Itemque, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū perhibeam veritati. Ad hoc quidam respondent, quòd Christus dixit interdū testimonium suum
Mat. 26. de seipso non esse verum, ad ostendendum assumptæ carnis
Iohan. 18. humanitatem: interdum verò dixit illud esse verum ad insinuandum sui cum patre æqualitatē, ita ꝙ testimonium Christi de seipso fuit verum, & nō verum. Verum quidem secundum diuinitatem, sed nondum verum secundum humanitatem. Quomodo autē hoc stare possit non video, nisi intelligatur, quòd testimonium Christi de seipso secundum humanitatem prolatum non est verum, loquendo de humanitate eius seorsum seclusa de diuinitate & gratia. Sic enim fortasse
E potuisset esse erroneū atque efficax. Facilior ergo & aptior
1.Cor.11. videtur esse expositio Chrysostomi, sic exponentis. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimoniū meum nō est
Chryso. verum, secundum vestram æstimationem: quāuis secundum
Mas. 3. existentiam sit verissimum, ac sufficientissimum. *Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verū est testimoniū quod perhibet de me.* Per hunc alium intelligi potest pater, qui in baptismo testatus est, hic est filius meus dilectus, qui etiam per miracula Christi in nomine patris facta, testimonium præstitit filio. De testimonio etenim patris scriptum est in
2.Pet.1. epistola Petri, Accepit à deo patre honorem & gloriam, voce ad eum delapsa, à magnifica gloria, Hic est filius meus di-
1.Iohan.5. lectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Sed & spirius
F sanctus testimonium Christo perhibuit, iuxta illud Iohannis, Spiritus enim qui testificatur, quoniam Christus est ve-
Lucæ.1. ritas. Potest quoque per hunc alium intelligi Iohannes Ba-
Iohan.1. ptista qui fuit verus testis Christi, secundum quòd pater eius
Iohan.14. Zacharias plenus spiritu sancto prædixit, Tu puer prophe-
Iohan.1. ta altissimi vocaberis, &c. de cuius testimoniis Christo exhibitis, iam multa præclara, pulcherrima atque sublimia dicta sunt, primo, tertioque capitulo. *Vos misistis ad Iohannem Baptistam* sacerdotes & leuitas, vt interrogarent an esset Christus, *Et testimonium perhibuit veritati*, videlicet mihi, qui sum via, veritas & vita, dicens, Non sum ego Christus, & medius vestrum stetit, cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius, vt dictum est. Vel testimonium perhibuit veritati, id est, ei quod verum fuit, vel veritati

tati propositionali, videlicet se esse vocē clamantis in deser- A
to, & Christi præconem, me verò esse Christum, in spiritu sancto baptizantem. *Ego autem ab homine testimonium non accipio*, id est, testimonium humanum non requiro, quasi indigens illo, vel vt ex hoc mihi aliquid accrescat, maiorisque authoritatis existam quantum ad me, sicut homo indiget testimonio dei. *Sed hæc dico* (videlicet, quòd deus pater & Iohannes mihi testimonium præbuerunt) *vt vos salui sitis*, credendo in me, per testificationem illorum, nō enim ob suam indigētiam, vel profectum, sed propter nostram salutem voluit CHRISTVS testes habere, vt sic crederemus in eum.
Insuper Christus ostendit, quòd testimonium Iohannis fuit idoneum, propter ipsius magnam perfectionem. *Ille erat* (per similitudinem quandam) *lucerna ardens & lucens*, B
primo enim fuit similis lucernæ, quoniam sicut lucerna non est essentialiter lux, nec lucet per se, sed per lumen constitutum in ea: sic Iohannes non erat lux, per essentiam, nec splēdebat ex se, sed ex participatione lucis diuinæ, videlicet per
gratiam Christi sibi infusam, quæ fulsit per corpus Iohannis, Iohan.1.
in verbo & opere, sicut lumē lucernę fulget per cornua eius. Et sicut lucerna cū lumine suo obfuscatur superueniente lu-
ce diei, sic Christo verbis atque miraculis radiāte cœpit ob- Iohan.3.
fuscari Iohannes, secundum quòd ipse prædixit, Illum oportet crescere, me autem minui. Fuit quoque Iohānes lucerna ardens igne diuini amoris, ex quo congratulatus est excellentiæ CHRISTI, sicut ait, Amicus sponsi qui stat & au- C
dit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi. Arsit etiā Io- Ibidem.
hannes zelo iustitiæ, quo increpauit Herodem, & flamma Marc.14.
dilectionis proximorum, habuitque verba vehemēter igni- Marc.6.
ta, dicendo, Genimina viperarum, quis ostendet vobis fu- Lucæ.3.
gere à ventura ira, facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. Fuit insuper lucens radiis sapientiæ exemplari, & optima conuersatione, prædicationeque splendida: sic & quilibet niti debet ad hoc, vt sit lucerna ardens & lucens, quatenus & lumen gratiæ aptum in eo locum inueniat, & ipse in seipso diuina charitate feruescat, atque in contemplatione sapientiæ fulgeat, proximos quoque ad dei amorem, & veritatis notitiam, conetur inducere, sicque gratia animæ suæ redendet, manifestetur, ac emicet in vultus grauitate, in morum probitate, in totius corporis gressu, omnique actu. Beati qui tales

D tales sunt, à quibus plus disto quàm oriens ab occasu. *Vos autem voluistis exultare* (spiritualiter) *ad horam* (id est, ad tempus modicum) *in luce eius*, id est, in perfectione & gratia, & sanctitate, & doctrina Iohannis, gaudendo de hoc, quòd habuistis tam sapiẽtem prophetam, sed non durauit exultatio illa, quia cùm cœpit increpare vitia vestra, dixistis dæmoniũ habet, noluistisque credere verbis eius quibus mihi testimoniũ
Mat. 17. reddidit: & vt multi affirmant Herodes etiam ad suggestio-
Marc. 6. nem Iudæorum clausit, ac decollauit Iohannem: vel ideo dicit Saluator, quòd Iudæi voluerũt ad horam exultare in luce Iohannis, quia parati fuerũt eum pro Christo recipere, & in principio multi eorum obedierunt Iohanni. *Ego autem habeo testimoniũ maius Iohanne*, id est, dignius testificatione Io-
E hannis facta de me, & ꝓ sit testimonium istud maius subiungitur. *Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiã ea*, id est, miraculosi effectus, totam potestatem naturæ excedẽtes, quos
Deut. 32. pater facit per me, & vult eos ꝑfici, id est, perfecte & excellentissimo modo fieri à me, *Ipsa operæ* quæ ego facio, propria virtute, secundum quod deus, & inquantum homo facio ea virtute patris, imò totius trinitatis, cuius est vna potestas. *Testimonium perhibent de me, quia* (id est, quod) *pater me misit*, videlicet ꝓ à deo veni, & recta ago & prædico. Sicut enim veritas naturalis sciẽtiæ probatur per rationis discursum, ex principiis per se notis, sic supernaturalis veritas fidei demõstratur per opera soli deo possibilia, qui cum sit veritas, nõquam facit opera talia ad conformationem erroris: quonã
F ergo talia multa fecit Iesus, certũ est, quòd à deo missus sit,
Iohan. 1. verusque doctor consistat. *Et qui misit me pater.* ¶ Duplex est missio filii dei, vna inuisibilis, qua pater à principio mundi misit ęternam sapientiam ad mẽtes electorum, per hoc ꝓ illuminauit eas gratia suæ sapiẽtiæ increatæ, ac genitæ. Cùm enim in patre sit authoritas quoad filiũ, atq; in filio subauthoritas quantum ad patrem, cõuenit patrem mittere filium, etiam secundum diuinam naturã. Simili ratione, pater & filius mittũt spiritũ sanctum, quia in ipsis est authoritas, quo ad spiritum sanctũ, & in spiritu sancto subauthoritas ad patrem & filium, quasi ad vnum principium, vnumque spiratorem ac fontem. De hac nempe spirituali ac inuisibili missio-
Sapien. 9. ne verbi, habetur in libro Sapiẽtiæ, Mitte illam de cælis san-
Galat. 4. ctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret.

laboret. Alia est missio filij dei, temporalis atq; visibilis, quę A
dicitur incarnatio eius. Nec dubium, quin Christus in mundo cõuersans mittebat à patre ad omnia loca & opera quę-
Baruc. 3. cunque accessit, aut fecit. Imò Christus secũdum quod deus misit seipsum, secundum quod homo *Ipse testimonium perhibuit de me*: hoc specialiter accipi potest de testimonio patris quo in baptismo locutus est, hic est filius meus. Nihilominꝰ, à principio mũdi perhibuit pater testimonium Christo per oracula patriarcharũ, per vaticinia prophetarum, per diuersa sacramenta & gesta figuralia. Vnde secundum Augustinũ,
Mat. 3. nulla ætas vacauit à prophetia de Christo, propter quod a-
August. pud Lucam Zacharias disseruit. Exiuit cornu salutis nobis,
Lucæ. 1. sicut locutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt prophetarum eius. Videtur autem Christus ad literam loqui, de testimonio vocis paternæ præfato. Loquitur enim nunc distin- B
ctim, de triplici testimonio sibi perhibito, vt pote Iohannis & operum ac patris. *Neque vocem eius audistis vnquam.*

¶ Quæritur quomodo saluator dicat Iudæos nũquam audisse vocẽ patris: supra enim capitulo tertio dixit ad Nicodemum, spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, quod melius intelligitur de spiritu sancto, quàm de vento: sicut ergo
Iudæi audierunt vocem spiritus sancti, sic & patris. Deniq;
Iohan. 3. Iohannes ait, Ego vox clamantis in deserto, ergo audiendo
Iohan. 1. Iohannem, audierunt vocem patris. Sed & Christus, est ver-
Tit. 1. bum & sermo patris. De quo ad Heb. dicit Apostolus, Viuus
Hebr. 4. est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Quod enim id de increato dei verbo dicatur, elucescit ex eo quod subditur, & nõ est vlla creatura inuisibilis, in cõ C
spectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Itaque audiendo Christũ, audierunt verbum sermonemque patris, & per consequens vocem ipsius.

¶ Præterea sacra scriptura nonne vox dei est, dicente Apostolo, Omnis scriptura diuinitus inspirata. Iudæi ergo audiendo eloquia prophetarum, ac Moysi, audierunt vocem dei. Moyses quoq; ait in Deuteronomio, Probauimus hodie, ꝓ
loquẽte deo cum homine vixerit homo, vocem eius audiui-
2. Tim. 3. mus de medio ignis. Quidam expositores faciliter traseun-
Deute. 4. tes dicunt, quòd ideo Christus dixit istis peruersis incredulisque Iudæis, ꝓ nunquam audierunt vocem patris, quia nõ audierunt præinductum testimonium vocis paternæ, de filio in ba-

D in baptismo, Hic est filius meus dilectus. Alij dicunt, quòd
Matt.3. ideo Christus ait, neque vocem eius vnquam audistis, neque
speciem eius vidistis, vt insinuet deum patrem esse omnino
incorporalem, ac insensibilē, ita q̃ neq; audiri potest, neq;
videri sensu corporeo, cū nō habeat os, linguā, & cętera in-
strumenta loquendi. Et quanuis per subiectam creaturā lo-
quatur tamen non auditur vox eius, quasi ipse sit inmedia-
tus propriusq; formator huiuscemodi vocis. Sed quia salua-
tor duris, & perfidis loquebatur Iudæis, qui verba diuina tra-
dita in scripturis non verè & spiritualiter intellexerūt, vide-
tur sic exponendū neq; vocem eius, id est, scripturas sacras,
mihi testimonium perhibentes à patre reuelatas, vnquā au-
distis auribus cordis, sed grosse atq; carnaliter, id est, secun-
E dum literam, quæ occidit, intellexistis eas. Iuxta hunc modū
2.Cor.3. Moyses locutus est Iudæis in Deutero. Vos vidistis vniuer-
Deut.29. sa magnalia dei, & non dedit vobis dominus cor intelligēdi,
& aures quæ possent audire vsque in præsentem diem.

¶ Huic expositioni sequentia quoque consonant vt patebit.
Neque speciē eius vidistis, hoc vno modo intelligi potest, q̃
nō viderunt deū per specie. id est, diuinam essentiā, quomo-
do vident eum beati in patria. Secundò, quòd nec fide syncē-
ra, puraq; mēte cōtemplati sunt deum: qui enim ait se nosse
1.Iohā.2. deū, & mandata eius non custodit, mēdax est: quomodo er-
Gene.32. go patres & vates veteris testamēti speciem dei vidisse scri-
Esaiæ.6. buntur? dicente patriarcha Iacob, Vidi dominum facie ad fa-
Danie.7. ciem. Et Esaias, Vidi (inquit) dominum sedentē super solium
F excelsum, Daniel etiam perhibet se vidisse antiquū dierum,
& cuius capilli erant sicut lana alba. Et respondendum, quòd
non viderūt deum in specie propria, sed aliena, in imagina-
tione formata, vel ab angelo in persona dei apparēte assum-
pta, vel alio modo consimili. Et *verbum eius* (scilicet dei pa-
tris) *non habetis in vobis manens* quod primo accipi potest de
vnico filio patris de quo dictum est, in principio erat verbū;
hoc isti increduli non habuerunt manens, id est, fixum, ac ha-
bitans in cordibus suis per fidem & charitatem: vnde Apo-
stolus asserit Christum habitare per fidē in cordibus nostris,
propter quòd dictum fuit superius, Et sui nō receperunt. Se-
Ephes.1. cundò exponitur sic, & verbū eius non habetis in vobis ma-
Ephesi.3. nens, hoc est, diuinis sermonibus & scripturis non obediti-
Iohan.1. sed vacui estis à cogitatione formata, & salutari memoria di-

uinorum

uinorum verborum, quo contra ait Psalmista, In corde meo A
abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quemadmodū e- Psal.118.
nim impij, quanuis subtiles dicuntur non cognoscere deum, Tit.1.
quoniam non honorant eum vt deum, sed factis negant: sic
peruersi & perfidi, quanuis in scripturis promptissimi, dicun
tur tamen non habere in se verbum dei, quoniā abutuntur.
Tertiò sic, Et verbum eius non habetis in vobis manens, id
est, internam dei inspirationem nō percipitis, neque per re-
uelationē occultam, filium dei cognoscitis. Omnibus enim
expositionibus istis cōcordāt sequētia, *Quia quē misit ille*, id
est, mihi filio dei, misso à patre cœlesti. *Non creditis*. Et quia
saluator iam tetigit quòd vocem patris, id est, scripturas de
Christo loquentes, non rectè, ac spiritualiter intellexerunt,
sed superficialiter, ac ruditer nimis, idcirco subiungit, ac hor B
tatur: *Scrutamini* (id est, solerter discutite, inuestigate, aduer
tite) *scripturas* legis ac prophetarū. ¶ Est ergo quædam scru
tatio diuinorum bona, discreta ac salutaris, non ex curiosi-
tate, præsumptione vel infidelitate quadam procedens, sed
ex auiditate agnoscendę veritatis, propter dei amorem atq;
honorem: de qua in Actibus Apostolorū Lucas testatur, de Acto.17.
Thessalonicēsibus loquēs, Nobiliores ex eis susceperūt ver-
bum dei cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas
si hæc se ita haberēt. Et psalmista, Mirabilia testimonia tua, Psal.118.
ideo scrutata est ea anima mea. Alia est scrutatio curiosa &
immoderata, qua quis difficilia vltra propriam capacitatem
nititur discutere, incōprehensibilia capere, scripturas sacras C
proprio ingenio mensurare, ac iudicare: de qua Salomon fas
sus est, Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Et in Eccle Proue..25
siastico, Fortiorate ne scrutatę fueris, *Quia vos putatis in ip-* Eccle.3.
sis, id est, in notitia scripturarum, *Vitam æternam habere*, id Esaiæ.3.
est, æternam beatitudinē promereri, ac adipisci: quod & ita
fuisset si eas verè & efficaciter intellexissetis. Sed quia oppo
situ contigit, propter Iudæorum duritiā, aptissime dixit Chri
stus, quia putatis, id est, inaniter æstimatis, defraudati nam-
q; estis spe vestra, Et *illæ* scripturæ *Sunt quæ testimonium per-
hibēt de me*. In libro etenim Mosi & prophetarū, non solum
prænuntiatur Christi aduētus, & incarnatio verbi, sed etiam
determinatur tempus aduentus, locus natiuitatis, modus cō
uersationis, & qualitas passionis, sed & resurrectio, & ascen-
sio Christi illic prænuntiatur, De eius enim aduentu, cecinit

Esaias,

D Esais, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. De tem
Esaiæ.9. pore verò aduẽtus Christi, locutus est Iacob in Genesi, Nõ
Gene.49. auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est.
Danie.9. Et Daniel, Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ. videlicet,
hebdomadæ annorum lunarium, sunt super populum tuum,
Baruch.3. vt deleatur iniquitas, & impleatur visio & prophetia, & vn-
Hiere.14. gatur sanctus sanctorum. Modus quoque aduentus istius, vi-
Zacha.9. delicet quòd Christus venit, & conuersatus est cũ homini-
Psal.87. bus in maxima paupertate & humilitate, descriptus fuit per
Michæ.5. Hieremiã, Quare quasi colonus vẽturus es in terra, & quasi
Esaiæ.7. viator declinans ad manendũ? Et per Zachariam, Ecce rex
Esaiæ.53. tuus venit tibi mãsuetus, ipse pauper. Itemq; Psalmista, Pau
E per sum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea. Præterea, de lo
Psal.71. co natiuitatis per Michæã, Et tu Bethleem Effrata, ex te mi
Danie.9. hi egredietur, qui sit dominator in Israel. Modum quoq; cõ-
ceptionis Esaias deprompsit, Ecce virgo concipiet & pariet
filium. Rursusque, Ascendet (inquit) quasi virgultum coram
eo & quasi radix de terra sitienti, id est, quod prophetauit
Psalmi. Descẽdet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stil
Esaiæ.53. lantia super terram. De passione verò & tempore passionis
Roma.1. Daniel dixit post hebdomadas 62. occidetur Christus. Et
Esaias, Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra, & sicut ouis ad occisionẽ du-
F cetur. Et summatim stringendo, vix aliquid in Euãgelio cõ-
Psal.33. tinetur, quodnõ in veteri testamento inueniatur predictũ.
Propter quod ait Apostolus se segregatum in euangelium,
quod ante promisit deus p prophetas suos in scripturis san-
ctis de filio suo. Et *non vultis venire ad me* per fidem & obe-
dientiam: secundum quod Psalmista hortatur, Accedite ad
eum & illuminationi: proprie ergo volũtatis obstinatio est
causa perfidiæ Iudæorum. Vt *vitam* (spiritualem) *habeatis*
Deute.6. in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Et quia
Matt.4. Christus iam multa de propria excellentia retulit, ne Iudæ-
eum de iactantia increparent, subintulit, *Claritatem ab ho-
minibus non accipio*, id est, humanam gloriam & laudem
non requiro. Sed nónne Christus præcipit sibi à nobis seruiri? nónne iubet se adorari, omnibusque præferri? quomodo
ergo non quærit claritatem ab homine? Et respondendum,
quia secundum quod homo nõ quæsiuit, nec quærit ista pro-
pter se, vel ex priuato amore, sed vt deus exigit ista, tanquã
crea-

creator & princeps altissimus. Imò, vt homo vult honorari A
non ex vanitate, sed zelo iustitiæ, secundum ordinationem
voluntatis diuinæ: sicut etiam iustus prælatus quanuis humi
lis vult zelo iustitiæ propter honorem dei cuius vices gerit
vt debita sibi à subditis reuerẽtia impendatur. Omnis autem
rationalis creatura, bene disposita finaliter quærit honorare
deum per laudem, & obediẽtiã, ex synceto amore, & hono-
rari à deo, per vnionem cum ipso & collocationẽ in suo cœ
lesti palatio. Si ergo Christus qui habet in vestimento & in- Apoca.19.
fœmore suo scriptum, rex regum, & dominus dominantiũ,
non accipit ab omnibus claritatem, cur nos miseri vitiis ta-
bidi, ad omne malum procliues, vanitate seducimur, quærẽ-
tes sciri, reputari, honorari, præesse? O dibilis corã deo & ho B
minibus est ista superbia. Hinc ad Hebræos ait Apostolus.
Christus proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione Eccle.10.
contempta, *Sed cognoui vos* (cognitione reprobationis) *quia* Hebr.12.
dilectionem dei gratuitã, ac meritoriam, quæ est virtus theo- 1.The.1.
logica & infusa, de qua dicit Apostolus, Finis præcepti est
charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non fi-
cta, *non habetis in uobis* videlicet appetitu intellectiuo, seu
voluntate, quæ est charitatis subiectum. Nihilominus, natu-
ralem dei dilectionem impij aliqui habent, non tamen dam-
nati. Sine dilectione autem dei gratuita, nihil est meritoriũ, 1.Cor.13.
prout Paulus testatur, Si linguis angelorum loquar & homi
num, charitatem autẽ non habeam, nihil sum. Charitas est e-
nim propria vita animę, sicut in prima sua canonica docet Io- C
hannes, Qui non diligit, manet in morte: *Ego veni in nomine
patris mei*, id est, in patre meo, hoc est secũdum voluntatem
& ordinationẽ patris æterni, ad honorẽ ipsius, cuius in om 1.Iohan.3
nibus dictis meis atque operibus beneplacitum impleo, glo
riamque requiro, Et *non accepistis me* (per fidem dilectionem,
& obedientiã) *si alius venerit* (id est, quia & cũ Antichristus 2.The.2.
venerit) *in nomine suo*, hoc est, proprium honorem & gloriã
quærens, non missus à deo, sed seipsum inæstimabili mentis
tumore extollẽs, supra omne quod dicitur aut colitur deus
Illum accipietis credendo quòd ipse sit Messias in lege pro-
missus, in hunc enim errorem cadere meruistis, verum filiũ
dei spernendo. Itaq; quòd ait, si alius venerit, nõ dicitur du-
bitatiuè, & p addit, illum accipietis, non dicitur ad Iudæos
quos Christus tunc præsentialiter alloquebatur, qui iam diu
occu-
m

D occubuerunt, nisi sub persona illorum, intelligendo cõmuniter genus Iudaici populi, ꝙ primo & maxime adherebit Antichristo, donec per Enoch & Heliam cõuertantur, & Antichristi falsitas detegatur. *Quomodo potestis vos credere* (fide formãta viua, & operatoria) *qui gloriam abinuicẽ accipitis*, cum affectu, & humanum fauorem, terrenũ honorẽ, propriã laudem optatis, queritis & acceptatis. *Et gloriam quæ à solo deo est* (id est, veram atque æternam fœlicitatem) *non quæritis?* virtuose viuendo. Constituistis enim vobis finem in rebus caducis, & vanis, non in deo benedicto. Vidimus enim multos ambitiosos & arrogantes, fidem habere, & cõtra infideles armari: nõ ergo loquitur Christus de fide informi & vacua, sed formata. Elucescit autẽ ex his, ꝙ vana gloria omne spirituale bonum impediat, & pestiferũ valdeq; graue crimen cõsistat, propter quod dicit Psalmista, Quoniã deus dissipauit ossa eorũ, qui hominibus placent. i. placere desiderãt confusi sunt, quoniã deus spreuit eos. Et Apostolus. Si hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Omnis ambitiosus & animosus similis est viro stulto, qui ædificat domũ suam super arenã specialiter autẽ ambitiositas ista impedit Iudæos à fide Christi. Quoniã enim scripturas prophetarum solum literaliter intelligunt, putant ꝙ Christus in primo suo adventu, omnia regna mundi eis subiiciet, sicq; temporalem principatum, terrenũ honorem, humanam exaltationẽ sperãt, & cupiunt. Vnde in Iesum paupertatis & humilitatis magistrũ omniumque temporalium cõtemptorem credere noluerũt & nolũt. Itaque soli deo placere, & ei duntaxat displicere formidemus, & in solo deo sit gloriatio nostra. *Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud patrem* hoc ait saluator, nõ ꝙ ipse nequaquã accusabit Iudæos, cum ipse sit iudex & testis qui alibi loquitur, Qui me erubuerit, hunc filius hominis erubescet corã patre & angelis. Vnde per Hieremiã ait, Attende domine, & audi voces aduersariorum meorũ. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Nónne Christus accusauit Iudæos cum dixit passione instante? Nunc autem excusationem non habẽt de peccato suo, & oderũt me & patrem meum gratis. Per hoc quippe Christ⁹ eos accusat, ꝙ propriis verbis & actibus, imò & vulnerũ suorũ cicatricibus, quas seruauit in testimonium contra ingratos, ostendit eos damnatione dignissimos. Sed idcirco

Psal.52. Gala.1. Matth. 7. Matt.11. Hire.29. Lucæ 9. Hier.18.

idcirco dicit, quòd non accusabit eos, quia nõ ipse solus hoc faciet, propter quod subditur. *Est qui vos accusat* id est, damnatione dignos affirmat in suis scripturis. *Moses in quo speratis* hoc est, per cuius legem saluari confiditis, sine meritis Christi. Putant enim Iudæi obseruationem legis sufficere ad salutem. Multa autem sunt verba in libris Moysi, quibus probantur Iudæi damnationem mereri. Quod verò Moyses accusaturus est eos, Christus subiunxit, *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi* Si interrogaremus Iudæos, an credant Moysi, constantissime responderent, ꝙ imò, & tamẽ veritas hoc loco dicit contrariũ. Simili modo si interrogaremus hęreticos, nõ credut Christo, firmissime dicerẽt, credimus, & tamen ita non est. Nũquid Arrius, Eunomius, Fontinus, Sabellius & similes eis verã in deo Trinitatem personarum negãtes, crediderunt sermonibus Christi? Et tame Iudęi atq; heretici putãt se credere istis. ¶ Sed dicendũ breuiter, ꝙ Iudæi credũt Moysi secundũ eũ intellectũ, quo verba eius exponũt: & quoniã verba eius male intelligunt, ideo nõ credunt ei secundũ veritatem, sed secundũ ipsorũ deceptoriã opinionẽ, quemadmodũ aliquis putat se videre colorem rubeum, cum videt albũ per nigrum. Quod verò Christus ait, forsitan non dicit dubitando, sed humanam libertatem insinuando, & sobrium modũ loquendi, docendo *De me enim ille scripsit*. Multa nanque scripsit Moyses de Christo, quædam verba aliorum narrando, quædam in propria persona prophetando, quædam figuraliter & occulte de mysteriis Christi, & passione eius per sacramẽta, & cæremonialia legis insinuando. Primo modo, scripsit de Christo in Genesi, cũ recitat deum dixisse ad Abraham, In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Et quomodo Iacob dixit, Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Itemq;, salutare tuũ expectabo domine. Et in libro Numerorũ & recitando vaticinia balaam. Secundo modo, scripsit de Christo in Deuteronomio, Prophetam suscitabit vobis dominus, &c. Accusat quoq; Iudæos adiungens, Omnis qui non audierit prophetam illum, peribit de populo suo. Tertio modo, scripsit de Christo in Exodo, atque Leuitico, loquens de ritu agni paschalis, & cæteris sacrificiis, per quæ passio Christi præfigurabatur. *Si autem illius literis* id est, scripturis *non creditis* quia nec intelligitis eas veraciter, *Quomodo verbis meis credetis?* Et hoc rursus,

A B C

Gene.22. Gene.40. Num.23. & 24. Deut.18. Exod.21. Leuit.12.

D vt cætera Christi eloquia, indiget sano intellectu, quia sic sonat, quasi scripta, seu testimonia Moysi essent magis credibilia atque authentica, quàm verba Christi. Est igitur sensus, Si illius literis non creditis, quem æstimatis maioris authoritatis esse quàm me, & ad quem maiorem affectum habetis, quomodo verbis meis credetis? quasi dicat, quia illi non creditis, mihi credere nõ potestis. Potest etiam absolute intelligi, vt dicat verba Moysi credibiliora quàm sua, quoniam erant minus incomprehensibilia, difficilia, & supernaturalia quàm verba Christi, quæ omnem pœnitus rationem transcendunt.

¶ Expositio Cap. VI.

Post hæc abiit Iesus trans mare Tyberiadis.

E

ARTICVLVS XVI.

POST hæc narrat Euãgelista, grande miraculum, P quo omnipotẽtia Christi magnifice noscitur demonstrata, eiusque supernaturalis doctrina efficaciter roborata, vt supernaturalis asseritio, supernaturali firmaretur argumento, *Post hæc* quæ in præcedenti capitulo Iohan.5. dicta, gestaq; feruntur. *Abiit Iesus* à Hierusalem & Iudæa. Abiit autem & nauigauit, *Trans mare Galilæa* (quod est mare) *Tyberiadis*, id est mare istud dicitur mare Galilææ à prouincia in qua situm est. Dicitur etiã mare Tyberiadis, ab vrbe nomine Tyberias, quę sita est in litore huius maris. Abiit F autẽ Iesus diuersis ex causis. Primo, secundum quod hic insinuatur, cedens persecutioni Iudæorum, ne ante tempus prefixum ab eis occideretur. Secundò, cedens furori Herodis, vt Matt. 14. Marc. 8. enim in Matthęo legitur, Iesus audita decollatione Iohãnis, fecit quæ iam refert Euangelista. Tertiò, vt discipuli sui post laborem paululum repausarent, quia vt scribitur in Marco, Erant qui ibant & redibant, & nec spatium manducandi habebant. Vnde Christus ait discipulis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. *Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbãt* signa, hoc est miraculosas curationes. *Quæ faciebat super his* (id est, in eis hominibus) *qui infirmabantur* hæc fuit vna ratio, ob quam sequebantur eũ: diuersi tamẽ diuersis de causis Christus corporaliter sequebãtur, quidam vt aliquid reprehensionis in verbis aut actibus eius inue-

inuenirent, quemadmodum pharisęi & scribæ inuidiosi, quidam vt instruerentur & vitam suam corrigerent, vt studiosi, A ac pœnitentes. Quidam vt signa viderent, & noua audirẽt vt Iosue.4. curiosi, quidam vt curarentur, quidã vt suis sanitatem acquirerẽt, sicut de regulo dictum est, quidam vt corporaliter alerentur. Et quoniam dominus Iesus etiam secundum corpus speciosus valde & eloquentissimus fuit, & optimæ habitudinis, verisimile est, ꝙ multi sequebantur eũ delectati specie & eloquentia eius. ¶ Deniq; secundum Matthæũ, prędicta mul Mat.14. titudo de ciuitate secuta est Christum pedestris. Ex quo elicitur, ꝙ egeni fuerunt pro maiori parte. Et vt Marcus testatur, cum cognouissent quòd Iesus esset, de omnibus ciuitati- Marc.8. bus cucurrerunt illuc, & præuenerunt discipulos Christi, in quo patet feruens eorũ ad Christum affectio, ac prompta de B uotio, saltem quorundam, *Subiit ergo in montem Iesus* vt locus correspõderet locato, Christus enim propter sanctissimę vitæ excellentiam, propter miraculorum eminentiam, propter contemplationis celsitudinem, propter charitatis omniũq; virtutum incomparabilem sublimitatem, mons appellatur. De quo per Danielem asseritur, quòd lapis abscisus sine ma- Danie.2. nibus, creuit in montem magnũ, impleuitque vniuersam su- Esa.40. perficiem terræ. Mons ergo ascendit in montem, implens ad literam illud quod dicitur per Esaiam, Super montem excelsum ascẽde tu qui euangelizas Sion. Ascendit ergo in montem qui est locus orationi, cõtemplationi, instructioniq; aptus, vt & nos similiter faciamus, tẽpore oportuno. Oportunitas equidem loci, plurimũ cõfert ad deuotionem. Ascendit C quoq; in montem, docens nos suo exemplo terrena ista atq; carnalia abiectare, & cœlestia, ac diuina toto affectu requi- Colos.3. rere, quatenus cum Apostolo quæ sursum sunt quæramus, ac Philip.3. sapiamus non quæ super terram, & quæ retro sunt obliti, in anteriora extendamus nosipsos. Omnia sensibilia vana atq; caduca arbitrantes vt stercora, vt super inuisibili deo ardenti desiderio vniamur. Et *ibi sedebat cum discipulis suis*, docens eos, & latitudinem terræ quam cõdidit circunspiciens, magis autem habitatoribus terræ compatiens, eisque auxiliari proponens. *Erat autem proximũ pascha dies festus Iudæorum*, id est, de propinquo iam imminebat. Porrò vt Beda ait, Beda. inter decollationem Iohannis & Christi passionẽ, vnius anni extitit spatium. Et sic istud fuit Pascha secundum, circa

D quod decollatus est Iohannes, in quo Christus non fuit in
Hierusalem, cedens aduersariis suis. Nam sicut sæpe obserua
Galat.4. uit legalia, ostendendo se hominem verum factum sub lege,
sic interdum prætermisit ea, ostendens se verum deum ac le
gislatorem supra legem. Quia hic dicitur, Erat proximũ pa
scha. Euãgelium istud legitur in medio quadragesimæ pro
pinquante paschali solennitate. *Cum subleuasset ergo oculos Ie*
sus, qui oculis vagus non fuit, summe compositus: nec sine
ingenti causa circumspexit, sed in omnibus vniuersæ maturi
tatis & probitatis dedit exemplum. Et *vidisset quia multitudo*
maxima, videlicet quinque milia virorum, præter mulieres
& pueros, *Venit ad eum, dicit ad Philippum*, qui primo om
nium dicitur à Christo ad Apostolatũ vocatus. Vnde nunc
E forte ꝓpter familiaritatẽ & charitatis ostensionẽ, specialiter
dirigit sermonẽ ad eũ. Aliqui tamen affirmãt, ꝙ Philippus ce
teris discipulis rudior fuit, ideo magis indiguit informari, &
hinc Christus eũ interrogat, nõ quasi ignorãs, sed informare
intendẽs. *Vnde ememus panes vt manducent hi?* nouerat Chri
stus non adesse pecuniã ad emendum tot panes sufficientes,
quoniã pauper fuit, & parum vel nihil secum detulit de ar
gento, & auro. *Hoc autem dicebat tentans eum* tentaticne pie
probationis ordinatæ ad instructionẽ, qua tentauit & Abra
ham: non tentatione seductionis ordinatę ad confusionem,
de qua Iacobus ait in sua Canonica, Nemo cum tentatur, di
Gene.22. cat quia à deo tentatur. Deus enim intentator malorum est.
Iaco.1. De prima tentatione scriptũ est in libro Sapientiæ, De° ten
Sapien.3. tauit iustos, & inuenit illos dignos se. In Deuteronomio quo
Deut.8. que dicitur, Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit
F te dominus deus tuus, vt affligeret te atq; tentaret. De secũ
da oramus, Et ne nos inducas intentationẽ. ¶ Sed cum tẽtã
Matt.6. re sit experimẽtũ de tẽtato accipere: Quomodo deus aliquẽ
tentat qui de nullo accipit experimentum, quippe cũ ei om
nia antequã fiant, pateſcant? Et respondendum, ꝙ etiã in scri
pturis dicitur deus experiri seu aliqua facere, ad experiendũ,
Iudicũ.3. iuxta illud Iudicum, Dimisit dominus Chananæos, vt in ip
sis experiretur Israelem, vtrum custodiret mandata domini
an non. Dicitur itaque deus sumere experimentum, nõ vt ei
aliquid innotescat, sed vt tẽtatus agnoscat seipsum vel alij ad
eius notitiam perducantur. Sic ergo tentauit Philippũ, eius
ignorantiã demonstrando, nõ solũ ad instructionẽ Philippi,
sed

sed ominum discipulorũ, quatenus miraculũ magis ostende- A
retur, & virtus Christi agnosceretur. Perfectos autem tentat
deus, vt eorum perfectio aliis pateat ad exemplum, vt Iob &
Tobiam. Imperfectos verò, vt eorũ perfectio eis clareat ad Iob.1.
propriam humiliationem. *Ipse enim sciebat quod esset facturus*, Tobiæ.2.
ideo nõ scisciitabatur consiliũ vel auxiliũ postulãdo, *Respon-* Tob. 12.
dit ei Philippus: Ducentorũ denariorum panes non sufficiunt eis,
vt vnusquisque modicum quid accipiat, i. paruũ frustũ mãducet,
tanq̃ diceret, Non habemus precium ad emendũ, nec possu-
mus eis prouidere, idcirco remitte eos ad loca habitabilia vt
sibiipsis prouideant. *Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas fra*
ter Simonis Petri. Ad laudem Andreæ hoc pertinet, ꝙ princi-
pis apostolorum extitit frater, vnde & Iudas in sua canonica B
vocat se fratrem Iacobi, tanq̃ dignioris, non ad iactantiam,
sed vt à fidelibus, quibus scripsit, diligẽtius audiretur. Quan- Mat.18.
ti valoris fuerint isti denarii, non exprimitur. *Est puer vnus* 1.Cor.14.
hic qui puer vocatur, non tam propter ætatis paruitatem, q̃
propter puritatem & innocentiam, ad quã pueritiã obliga-
mur Christo dicente, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini si-
cut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorũ. Vnde hortatur
Apost. Nolite pueri effici sensib°, sed malitia paruuli estote.
¶ Deniq; , in scripturis dicitur aliquis puer tripliciter. Pri-
mò, propter stoliditatem & inconstantiam, Esaia teste, Puer
centum annorum morietur, hoc est, senex fatuus. Secundò,
propter puritatem & innocentiam, vt ibi, Laudate pueri do
minum. Tertiò propter ætatem permodicam, secundũ quod C
Lucas ait, Puer Iesus proficiebat, *Habens quinque panes hor-*
deaceos. Ecce quali cibo vti solebat Christus cum suis disci-
pulis cõdemnata est ergo delitiositas, gulositas, atq; carna-
litas nostra. *Sed hæc quid sunt inter tantos?* id est, parum vel
nihil proderunt multitudini tantæ. Iohãnes qui vltimo scri
psit euangeliũ atq; historiã istã, in aliquibus videtur ab aliis
Euangelistis discordare, sed illa facillime soluuntur, quia Io
hãnes magis determinate & peculiariter recitat factũ istud
quàm alij: ideo dicit dictum ab vno discipulo, puta Philippo
vel Andrea, quod alij Euangestistæ scribunt à discipulis com
muniter dictũ. Tota enim societas fertur facere, pati vel di-
cere, quod facit, sustinet, vel dicit, pars eius. *Dicit ergo Ie-*
sus: Facite homines discumbere, id est, ad manducandum or- Mat.14.
dinate sedere: vnde in Marco habetur, quòd præcepit vt fa- Marc.9.

D cerent eos accumbere, secundum contubernia sua, *Erat autē*
Lucæ. 9. *fœnum multū in loco*, & sic locus mollior & aptior fuit ad se-
Marc. 6. dendum, atque vescendū. Fuitq; viride fœnum secundū Mar-
cum, vnde per fœnum intelligitur recens herba, seu gramen
terræ, quale solet esse circa pascha. *Discubuerunt ergo viri*, per
Marc. 6. quinquagenos, & centenos, vt est in Marco, *Numero quasi*
quinque milia hoc dicit Iohannes, quia fortassis erant paulo
plures vel pauciores. Alii tamen Euangelistæ simpliciter asse-
runt, quòd erāt quinque millia, non curantes de tali excessu
vel defectu tantillo. Consuetudo enim scripturæ est, vt po-
nendo notabilem quantitatem in magnitudine, vel multitu-
dine, non curet de modico quod forte superfuit, aut defuit.
Sic enim in veteri testamento dicuntur homines tot, vel tot
E annis vixisse, & raro vel nunquam fit mentio nisi de annis,
cum tamen non sit verisimile, quòd omnes illi vixerunt tot
annis præcise, quasi eodem die morientes quo nati fuerunt.
Num. 1. Præterea, dicuntur viri omnes masculini sexus, à viginti an-
nis & supra, valentes ad bella procedere. De mulieribus ve-
ro & paruulis, qui forsitan numerum virorum vicerunt, non
fit mentio, quia secundum consuetudinem legis, soli viri nu-
merari consueuerunt. *Accepit ergo Iesus panes* quinque, in
sanctas & venerabiles manus suas, organa vnitæ deitatis, *Et*
quum gratias egisset, secundum quod homo, deo patri, vel
summæ trinitati, à qua omne bonum ex tempore sibi colla-
tum accepit, *Distribuit discumbentibus*, id est, per discipulos
anteponi præcepit turbis illic sedentibus non iam duntaxat
F quinque panes, sed & illud quod, & ipse sua diuina potestate
vel creando, vel multiplicando adiecit. *Similiter & ex pisci-*
bus, duobus, iam multiplicatis vsque ad quantitatem quasi
innumerabilium piscium, distribuit per manum discipulorū
discumbentibus, *Quantum volebant*, id est, optabant discum-
bentes, videlicet sufficienter, vsque ad satietatem ipsorum,
Vt autem impleti sunt, id est, discumbentibus copiose refectis
ac saturatis, *Dixit discipulis suis, Colligite quæ superauerūt fra-*
gmenta, id est, famem seu appetitum comedentium vicerunt,
ita quod amplius manducare non poterant, vel quæ super-
uerunt, id est, superfluxerunt edentibus, *Ne pereant*, sed
pauperibus remeantibus pro viatico cōferantur. Vnde Chri-
stus docuit hoc exemplo, reliquias alimentorum prudenter
seruari, vtiliterq; expendi. *Collegerunt ergo* (Apostoli præci-
pue)

pue) *& impleuerūt duodecim cophinos fragmētorū* videlicet qui- A
libet Apostolus cophinū suū, si tamē soli Apostoli collegerūt
quod non apparet, quia propter multitudinem manducan-
tium diu occupati fuissent in circumeundo & congregando.
¶ Sed nunquam increata dei sapientia Christus attingens à Sapien. 8.
fine vsque ad finem, & in numero, mensura ac pondere cun- Sapien. 11.
cta constituens, sine alto mysterio ordinauit, vt duodecim
cophini fragmentorum secūdum duodenum numerum apo-
stolorum remanerent: Quum ergo sic contigit, non planè
à casu, sed eo moderante, quo operante facta est multiplica-
tio præmemorata. Palam est enim, quòd per panem designe
tur salutaris doctrina, ad cuius gustum inuitat sapientia, di-
cens, Venite, comedite panem meum. Per fragmenta autem Prou. 12.
panum, signantur participationes imperfectæ, ipsius doctri- B
næ perfectæ. Perfecta verò doctrina conuenit Christo. Apo-
stoli verò participando doctrinam Christi, quasi fragmenta
& partes perfectæ doctrinæ, à fonte sapienti collegerunt.
Horum fragmentorum vasa seu cophini, erant corda apostolorum in quibus per totum mundum fragmenta sapientiæ Christi tulerunt, disperserunt & communicauerunt: vnde ad præfigurandum tantum mysterium, impleti sunt duodecim cophini fragmentorum, iuxta numerum beatissimorū Apostolorum. Collegerunt ergo tantas reliquias. *Ex quinque panibus ordeaceis*, id est, ex panibus in quos multiplicati fuerunt quinque panes prædicti, qui erāt quasi semina omnium panum antepositorum edentibus. Quinq; etenim panes nō C
habuerunt immediate tanta fragmenta: apud Marcum ad- Mar. 6.
iungitur, Et ex piscibus, ex quo perpenditur, quòd etiam ex Deut. 32.
duobus piscibus tanti cibi piscium processerunt, quod discipuli Christi congregauerunt reliquias inde, quanuis nō fiat plena narratio de hoc.
¶ Sed quid biberunt hæ turbæ? certum videtur quòd si non habuerunt aliunde potum, quòd Christus dedit cibariis istis virtutem agendi, quod efficit potus, ita quòd sitim perpessi non sunt. Opera nempe Christi summi opificis, perfecta fuerunt, quos ergo refecit, perfectè refecit. *Illi ergo homines cum vidissent*, imò & manducando experti fuissent, *Quod fecerat signum, dicebant, quia hic*, tanti miraculi factor, *Est vere propheta* (non qualiscunque, sed) *qui venturus est*, id est, venturus esse prænuntiatus est per alios propheras, *In mundum.*

Hunc

D Hunc inferiorem ad saluandum eum, id est, ad homines redimendos. Non ergo solum confessi sunt Iesum esse prophetā sed veraciter esse summum illum prophetam de cuius aduētu alii cecinerunt, de quo & Moses dixit, Prophetam suscitabit vobis dominus. ¶ Quæritur, an Christus fuit Propheta, videtur quòd non, quia vt homo erat præ vniuersis electis excellentissimus comprehensor, comprehensoribus autem seu beatis in patria non cōuenit ratio prophetiæ, propter perfectionem eorum. Prophetia enim, vt Thomas, & multi secū testantur imperfectionem notitiæ comprehendit. Et respondendum, quòd Christus fuit verè & verus propheta, quia secundum aliquid fuit viator & hominum conuersator, prædicens eis, cum quibus conuersabatur futura contingentia atq; E præsentia eis ignota. Propheta enim dicitur quasi procul videns, id est, ea agnoscens atque annūtians his, inter quos habet vitam cōmunem, quæ procul sunt ab aliorum notitia puta futura vel præsentia, *Quæ in absentia*, quæ in absentia horum quibus loquitur fiunt, vt si quis in Episcopatu Leodiensi consistens, dicat illic præsentibus quæ fiunt in Asia domino reuelante. Quanuis autem deus, & beati talia sciāt atque denuntient, non tamen prophetę dicendi sunt, quoniam hominibus communem non habent conuersationem: quanuis verè intellectualis cognitio Christi fuit perfecta, non proprie prophetalis: tamen secundum notitiam imaginatiuæ potentiæ, habuit conueniētiā cum prophetis, quia in imaginatione animæ Christi, formari poterant formæ sensibiles per F quas occulta atque futura repræsentabantur animæ suæ, vt viatrici, secundum partem suam inferiorem. Postremò, de moralitate huius Euangelicæ lectionis tanta ab expositoribus dicta sunt, vt non videatur opus aliquid addere nec illa repetere. Sed quoniā scriptura est velut infinita abyssus, atque inexhausibile pelagus, ita quòd de eius expositione præsertim morali, tanta dici non possint, quin in infinitum plura dici præualeant. ¶ Nunc aliquid moralitatis tangendum est. In primis ergo quòd Iesus facto ad Iudæos sermone, & illis non credentibus abiit trans mare Galilææ: hoc figuraliter signat, quòd Iudæis in sua prauitate atque perfidia obstinatis transiit Iesus ad gentes illas, per Apostolorum prædicationem vocando ad fidem. Per locum enim desertum quem Iesus ingressus est per mare, significatur gentilitas, olim

Deut.18. An Christus fuerit propheta.

Marci.1. Esa.35. Esa.54.

olim à deo relicta, sterilis, & vitiosa. De qua Esaias prędixit, A Lætabitur deserta & inuia. Et rursus, Multi filii desertæ magis quam eius quæ habet virum. Porrò, per mare figuratur abundantia persequutionum, atq; amaritudo passionis Christi. Vnde ait in Psalmo, Omnes fluctus tuos induxisti super Psal. 87. me. Itemque, Saluum me fac deus, quoniam intrauerūt aquæ Psal. 68. vsque ad animam meam. Per mare ergo, hoc est, per passionem Christus transiuit ad gentes & conuenienter per mare Galilææ, quæ interpretatur transmigratio, quia per passionem migrauit à synagoga, desponsando sibi ecclesiā ex gentilitate conuersam. Nam ante passionem iussit Christus apostolis, In viam gentium ne abieritis, sed ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Ad has quippe & ipse primo ac speciali- Mat. 10. B ter missus fuit, secundum ꝗ profitetur, Non sum missus nisi Mat. 15. ad oues quæ perierunt domus Israel. Post passionem autem Marc. 16. mandauit discipulis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, & docete omnes gentes. Cū itaque Iesus hoc modo ad gentes processisset, sequuta est eū maxima multitudo, quia innumerabiles gentes ad fidē cōuersæ sunt, Christi vestigia imitantes, atque per fidem, dilectionē, & opera bona, post ipsum euntes, tendēdo de via ad patriam, de exilio ad paradisum, de terra ad cœlum, & hoc quia viderunt signa quæ fecit dominus Iesus, per suos Apostolos, cæterosque discipulos, in his qui infirmabantur, quos spiritualiter corporaliterq; curauit. Innumerabilia nāque miracula fecerunt prædicatores Christi inter gentes. Nam & per contactum sudariorum Pauli sanabantur ægri, C superpositionem baculi Petri ac vestium Euangelistæ Iohannis suscitabantur defuncti. Propter quod dicitur in Marco, Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Subiit ergo in montem Iesus, hoc est, in die ascēsionis dato Apostolis præcepto prædicandi gentibus, Eritis (inquiens) mihi testes vsq; ad vltimum terræ. Tunc ascendit super omnes cælos, quemadmodum in Actibus plenius edocetur. Et Psalmista prædixit, Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem. Et, Psallite domino qui ascendit super cælum cæli ad orientem. A summo enim cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summū eius, & ibi sedebat ad dexteram patris, cum discipulis suis, id est, vniuersis beatis angelis, animabusq; glorificatis. Omnes nanque

Acto.10. Mar. 16.

Act. 1.

Psal. 67. & 18.

D nanq; ciues regni cælestis, tam angeli quàm animæ gloriosæ
purgantur, illuminantur, & perficiuntur à Christo, etiam se-
Dionysi. cundum naturam assumptam, secundum diuinum Diony-
sium: merito ergo nuncupantur discipuli eius. Tunc deni-
que *Sublevauit Iesus oculos* suæ inexcogitabilis pietatis, *Et*
vidit quia multitudo maxima venit ad eum, quia in omnibus fi-
Coloss. 1. nibus terræ, innumerabiles gentes cõuertebantur ad ipsum.
Matt.5. Vnde & Paulus in epistola ad Colossenses testatur, euange-
lium suo tempore esse prædicatũ, in omni creatura quæ sub
cælo est. ¶ Cumq; vidisset eos spirituali alimonia indigen-
tes, & iustitiam esuriẽtes, dedit atque proposuit eis quinque
panes, animam viatricem dulciter atque fortissimè reficien-
tes. Primus panis, est ipsa superbenedicta diuinitas, quæ
E sicut comprehensores alit per speciem, reficitque indefinen-
ter per suiipsius suauissimam fruitionem. sic alit viatores per
fidem, & roborat per contemplationem, ac futurorum gau-
diorum piissimam prælibationem. Secundus panis, est cor-
pus Saluatoris, sub speciebus sacramentalibus tectum, pa-
nis viuus, verusque cibus, de quo infra plenissimus erit ser-
mo, de quo ait Apostolus, Panis quem sumimus, nonne cõ-
1.Cor. 10. municatio corporis domini est? Hunc itaque panem, qui est
viaticum nostrum, Christiani tãto ardentius cupiunt, quan-
to deuotiores ac sanctiores extiterunt. Tertius panis, est di-
Eccle. 15. uina scriptura canonica vtriusque testamenti, de quo in Ec-
Eccle.39. clesiastico legitur, Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Et
alio loco, Sapientiam omnium atiquorum exquirit sapiens,
F & in prophetis vacabit. Hic panis adeò dulcis est, vt homi-
nem studiosum faciat omnem corporalem cibum, atque car-
nales delitias fastidire ac aspernati. Quamobrem dicit Hie-
Rom.15. ronymus, Ama studia scripturarum, & ventris delitias non
amabis. Et Apostolus, Quęcũq; (inquit) scripta sunt, ad no-
stram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & conso-
1.Mar.2. lationem scripturarum, spem habeamus. Hinc nempe in
libro Machabæorum Ionathas fassus est, Nos nullo horum
indigemus, habentes solatia sanctos libros, qui in mani-
bus nostris sunt: Quartus panis, est gratia gratum faciens
cum spiritualibus bonis sibi inseparabiliter annexis, quæ
sunt tres virtutes theologicæ, septem dona spiritus sancti,
cæteræque virtutes infusæ, & fructus spiritus, quibus anima
spiritualiter impinguatur, armatur, fœcundatur, inuinci-
bilisque

bilisque efficitur. Vnde secundum Apostolum, Optimũ est A
gratia stabiliri cor: & pœnitens ait, Percussus sum vt fœnum
& aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meũ.
Hic panis gratiæ in anima nostra spiritualem vitam incitat, Heb.13.
diformem similitudinem præstat, atque ad omne bonum fa- Psal.101.
cit idõneum. Ideo incessanter orare debemus dominum pro
gratiæ incremento, quia quo illa magis in mente perficitur
tãto ad omnes opterationes meritorias reddimur fortiores
atque proniores, ita vt laborẽ vix sentiamus. Quintus panis
est promissio futurorũ bonorũ, qui facit nos agiles, & ani-
mo infatigabiles in cultu diuino, scientes quòd nõ sunt cõ-
dignæ passiones ad mercedem nobis promissam, paratam,
mox dandam. De hoc pane dicit archiapostolus in sua cano B
nica, Videntes Iesum exultabitis lætitia inenarrabili, & glo
rificata, reportantes frũctũ fidei vestræ salutem animarũ ve- Rom.18.
strarum. Et ipse Saluator, Fulgebunt iusti sicut sol in regno 1.Pet.2.
patris eorum. Iohannes quoque in sua epistola, Charissimi, Matt.13.
nunc filij dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus, scimus 1.Iohã.3.
quia cum apparuerit similes & erimus, quia videbimus eum
sicuti est. Quicunq; manducat hunc panem, considerando
futura atque cœlestia præmia, mente peruigili ac profunda
non succumbit laboribus, non deficit in aduersis, non fran-
gitur prosperis, nec quærit laudes humanas, non pigrescit, Psal. 118.
sed viam mandatorum non solum ambulat, sed percurrit.
¶ Præterea, prædictis quinque panibus adduntur duo pi-
sces, suauem gustum præstantes. Primus piscis est actualis- C
experientia diuinæ dulcedinis, qua gustata desipit omnis
caro, ad quam hortatur propheta, Gustate & videte quo- Psal.53.
niam suauis est dominus. Vnde & Paulus testatur ad Corin- Cr.2.
thios, Sicut abundãt passiones Christi in nobis ita per Chri
stum abundat consolatio nostra. Et Psalmista, Secundũ mul Psal.39.
titudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes
tuæ lætificauerunt animam meam. Secundus piscis, est ab-
sorptio, resolutio, seu salutaris illa defectio mẽtis in deo, de
qua loquitur Hieremias, Factus est sermo domini in corde Hier.20.
meo quasi ignis existuans, & defeci, ferre non sustinens.
Itemque Psalmographus, Defecit caro mea & cor meum, Psal.72.
deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Sponsa quo-
que in Canticis, Anima mea liquefacta est, vt dilectus lo- Cant.5.
quutus est. Hunc piscem gustamus, dum anima nostra supra
se rapta

D se rapta atque in diuitias creatoris expansa, ac dilatata, re-
uerberatur, præ affectu dissoluitur à seipsa, omnibusque
creatis alienatur, & in solo deo sensificatur. Dum ergo fide
les his panibus ac piscibus fuerint satiati à Christo supra fœ
num, hoc est, in carne ista mortali, de qua Esaias effatur,
Esa.40. Omnis caro fœnum. Dicunt quia hic est verè propheta, im-
pletor & finis ac dominus prophetarum, qui venturus est
in mundum, ecclesiam suam vsque ad finem seculi spitua-
liter visitando, & in fine seculorum visibiliter descendendo,
& viuos ac mortuos iudicando. Ex huiuscemodi enim refe-
ctione interna, certissimè noscunt, laudant, ac diligunt cle-
mẽtiam atque potentiam saluatoris. Quemadmodum dicit
Psal.51. propheta, Duo hæc audiui, quia potestas dei est, & tibi do-
E mine misericordia.

¶ Prosequutio explationis huius capituli ab eo loco quo dicitur. *Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent & facerent eum regem.*

ARTICVLVS. XVII.

Andit deinceps gloriosissimus Euangelista,
effectum præinducti miraculi quinq; panum,
P duorumque piscium, & cætera signa ac docu-
F menta Christi describit. *Iesus autem cum co-
gnouisset*, id est, se cognoscere demonstrasset.
Omnia quippe vt deus cognouit à principio æternitatis, O-
mnia quoque vt homo cognouit ab exordio incarnationis,
Sed dicitur aliquid quasi de nouo cognouisse, quando per ef
fectum aliquem demõstrauit se hoc ipsum agnoscere, *Quia
venturi essent* illi quos tam miraculose pauit de quinque pa-
Mat.8. nibus, piscibusque duobus, *Vt raperent & facerent eum re-*
Lucæ.9. *gem*, cur raperent, quasi violentiam illaturi? puto quod
ideo quoniam Iesum presumebant, quem nouerant humili-
tatem ac paupertatẽ docere, non debere acquiescere eis in
accipiendo dominum. Propterea decreuerunt eum quamuis
nolentem ac renitentem facere regem, vel ideo dicit, vt ra-
perent, quoniam eum ingenti tumultu, affectu & gaudio, vo-
luerunt eum sibi in regem præficere.

¶ Sed

¶ Sed quomodo hoc audebant cum Romani, quibus erant A
subiecti, iam sub periculo mortis prohibuissent, ne aliqua Iohan.19.
plebs assumeret sibi regem præter imperatorẽ, vel sine Ro-
manorum consensu? Et etiam quia Iudæi isti Iesum regem
facere volentes, sciebant, quod principes sacerdotũ, scribæ
ac pharisæi oderunt iam Christum & ægre acciperent, quod
aliqua pars Iudeorum, præficeret eum sibi in principem. Di-
cendum quod isti viso præscripto miraculo multiplicationis
panum ac piscium, confessi fuerunt Iesum esse præcipuum
illum prophetam ab aliis prænunciatũ, q̃ esset saluator mũ
di. Sicque considerabant quod esset Christus in lege promis
sus & per consequens regnaturus, atque hereditarius rex Is-
rael. Quemadmodum per Hieremiam fuit prædictum. Ec-
ce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germẽ iu
stum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et per Esaiam, Super so B
lium Dauid, & super regnum eius sedebit. Voluerunt ergo Hier.23.
scripturas illas implere, & Iesum super se temporaliter, cor- Esa.9.
poraliterque regnare, errantes in hoc, quod putabant scri-
pturas illas de tẽporali, carnaliq; regno intelligẽdas, quasi
primus aduentus Messiæ promissus esset in maiestate & glo
ria, dominaretur & non potius, in omninoda abiectione,
paupertate, & humilitate occideretur. ¶ Quæritur, cũ Chri
stus etiam secundum naturam assumptam fuerit rex & sa-
cerdos, à principio incarnationis tanquam omni creaturæ
prælatus atque inter deum & homines mediator cõstitutus,
incipiens ex vtero virgineæ genitricis seipsum offerre pro
nobis, quomodo voluerunt eum facere regem? Dicendum C
quòd à principio fuit rex authoritate ac potestate, sed vo-
luerunt eum facere regem, quantum ad vsum seu executio-
nem potestatis. Denique, voluerunt eum facere regem spe-
cialiter, propter tria quæ consideraverunt in ipso, & speciali
ter spectant ac requiruntur ad regem. Primò, quia viderunt
eum pium, compassiuum ac liberalem sicut in satiatione sua
fuerunt experti. Secundò, quia viderunt eum valde sapientẽ
in omnibus. Tertio, quia viderunt eum potentem supra na
turam, sicque credebant se defendendos ab ipso. Idcirco
nec Romanos nec pontifices proprios attenderunt. *Fugit*
(id est, festinanter ascendit) *iterum in montem* in quem pri-
mo ascendit, vt dictum est. Et à quo descendit, occur-
rendo turbæ quam pauit, *Ipse solus* vt nemo sciret vbi esset,
& vt

D & vt quietius oraret:nõ quòd multitudo potuit eius contẽ
plationem impedire,vel solitudo iuuare,sed nos suo infor-
maret exemplo,videlicet vt post occupationem quanuis di
uinam cum aliis habitam,festinémus solitarium locum expe
tere,illicque nosipsos recolligere,venialia commissa abster
gere,cõtẽplationi & orationi vacare. Ascẽdit etenim Chri-
Mat.14. stus in montem orare,secundum Matthæum & Marcum.
Marci.6. Præterea, quòd Christus promouendus in regem fugit,
quæsitus verò ad crucifigendum paratum se obtulit,confun
dit superbiam, ambitionem, mollitiam nostram:ipse enim
Hebr.5. idcirco hæc fecit,vt doceat nos honores,prælationesque fu-
Galat.5. gere,aduersa autem æquanimiter sustinere.Sed heu pauci vi
E dentur, qui non mallent præesse quam subesse, iubere quã
obedire,honorari quàm sperni,qui ingerunt semetipsos nõ
vocati à deo,tanquam Aaron.Pauci aduersitatibus gaudent
magis quam prosperis.In istis nondum extinctus est amor
priuatus,nondum veraciter & perfectè se diligunt,nondum
vtuntur hoc mũdo velut exilio,hac vita, & via, præsentibus
in ordine ad futura.Verũtamẽ scimus teste Apostolo,Quis
qui sunt Christi,carnẽ suã crucifixerunt cũ vitiis, & cũ con-
cupiscentis. *Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli e-*
Mat.14. *ius ad mare*, hoc quod iam hic recitatur de nauigatione di-
Mar.6. scipulorũ, in aliquibus differre videtur à nauigatione,quam
alij Euangelistæ describunt,post miraculum panum. Hic e-
F nim habetur,quòd discipuli eius descẽderunt ad mare, quã-
si proprio motu hoc facientes,sed apud Matthæum legitur
quòd Christus iussit eos ingredi nauim. Et apud Marcum,
quòd coegit eos ad hoc.Itemque hic dicitur,quòd Iesus &
discipuli venerunt Capharnaum:ibi verò habetur quod ve-
nerunt in terram Genesar,siue Genezareth. Rursusque hic
dicitur,quòd cum discipuli voluissent Iesum in nauim acci-
pere,statim fuit nauis ad terram:ibi autem quòd introiit na-
August. uim. Ob hæc dicit Chrysostomus quòd non sit eadem res
gesta:de qua loquuntur Matthæus & Iohannes , quanuis in
multis cõueniant. Augustinus verò dicit oppositum, & hoc
Chryso. verius puto,vt patet ex circunstantia euangelicæ narratio-
nis.Rationes verò Chrysostomi soluerentur dicendo ad pri
mam,quod quanuis discipuli inuite separabãtur à Christo,
libenter tamen secundum rationem obediebãt,& ergo de-
scenderunt ad nauim,secundum imperiũ Christi. Ad secun-
dam

dam dicendum,quòd Genesar quandoque est nomen ciuita- A
tis,& quandoque regionis,in qua,vel iuxta quam,est ciuitas
Capharnaum sita.Sicque veniendo Capharnaum, venerunt
& Genesaret,id est,in illam prouinciam. Vel dicendum , q̃
primo applicuerunt Capharnaũ,postea Genesar.Ad tertium
dicendum,quòd quanuis Iohannes dicat nauem statim fuis-
se ad terram,non tamen negat Iesum nauem intrasse: secũ-
dum hanc ergo expositionem exponenda est litera hæc, vt Mat.13.
dictis Matthæi ac Marci concordet. Et *cum ascendissent* (di, Marc.6.
scipuli)*nauem*(iuxta præceptum Christi) *venerunt trans ma-*
te Tyberiadis(præmemoratum)*in Capharnaum*,hoc secundũ
Bedam dicitur per anticipationem:vnde infra recitat Euan- Beda.
gelista ordinem facti,quomodo illuc venerunt. Et *tenebræ*
iam factæ erant, id est principium noctis. Et *non venerat ad*
eos Iesus videlicet ad discipulos suos in nauem. Vnde secun- B
dum Matthæum vespere facto,fuit adhuc Iesus solus in mõ- Matt.13.
te.Et secundum Marcum,cum sero factum esset,fuit nauicu Marci.13.
la in medio mari. Sic spiritualiter,dum Christus qui est lux
vera non adest,tenebræ adsunt,caligo ignorantiæ & pecca-
ti,tribulatio,atque tentatio.*Mare autem vento magno flante*,
& aquas agitante seu commouente,*Exurgebat* intumescen- 1.Iohã.1.
tibus fluctibus eius intantum, quòd nauis iactabatur in flu-
ctibus.Pariformiter,absente auxilio atque præsentia Chri-
sti,motus vitiosi insurgunt in nobis , *Cum remigassent ergo*
(discipuli)*quasi stadia vigintiquinque aut triginta*, causa remi
gationis secundum alios Euangelistas fuit,quoniam ventus
fuit eis cõtrarius,propterea non poterant procedere,sed ni
tebantur ad Christum redire.Sic viri deuoti,dum tempesta- C
tibus persecutionum,variisq; tribulationibus agitãtur , cõ-
uertuntur,& reuertuntur ad Christum vt eius gratiosa pre-
sentia,consolentur,dicẽtes cum Psalmista, Vsquequo domi- Psal.12.
ne obliuisceris me in finem, vsquequo auertis faciem tuã à Ionæ.2.
me?Vnde & in Iona habetur, Cum angustiaretur in me spi-
ritus meus,domini recordatus sum.Stadium dicitur octaua
pars miliaris. *Vident Iesum ambulantẽ super mare, circa quar*
tam vigiliam noctis videlicet in vltima noctis parte , propin-
quãte aurora. Ex quo patet quòd discipuli tota penè nocte
in labore & periculo erant.Ambulauit autẽ Iesus super ma
re per dotem agilitatis secundum Hugonem,quod cõmuni-
ter non tenetur:sed quòd diuina virtute sic incessit,grauita-
n te sui

D te sui corporis non agente in aquam eam diuidendo, sicut di-
uina virtute ignis, interdũ non agit suo calore in corpus hu
manum, vt patet in Daniele de tribus pueris, & aliis multis
Dan.3. in nouo testamento, *Proximũ naui fieri*, id est, appropinqua-
re nauiculæ. Sic vtique quando in maximis tribulationibus
sumus, ita vt vix de euasione speremus, si suspiramus, ad Ie-
sum, mox experimur piissimum eius occursum, sitque proxi-
1.Cor.10. mus naui. i. ecclesiæ aduersitatibus laboranti, propter quod
Psal.70. dicit Apostolus, Fidelis deus qui non patietur vos tentari vl
Iob.13. tra id quod nõ potestis. Vnde orat propheta, Cũ deficiet vir
tus mea ne derelinquas me. Incõcussibiliter ergo speremus
in eõ dicentes cum sancto Iob, Etiam si occiderit me in ipso
E sperabo. Imò in tribulatione deus præcipue adest, quãuis nõ
sentiatur, sed quasi abscondat se, aspiciẽs nostrum certamen.
Dum ergo affligimur impugnamur, tentamur, pẽsemus deũ
presentem, & nostrum conflictum cõsiderantem, sicq; ani-
memur, viriliter militantes & de subsidio dei certissimè con
fidẽtes, scientes verum esse quod ait Psalmista. Cũ ipso sum
in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. *Et timue-
runt* propter nouitatẽ rei, & quia putabant esse phantasma,
Psal.90. secundum alios Euangelistas. Timebant enim ne fortẽ esset
spiritus malignus in specie Christi, & ne lederẽtur, aut mer-
Mat.14. gerẽtur ab eo. Vnde & præ timore exclamauerunt deũ inuo
Marci.6. cando. *Ille autem dixit eis*, *Ego sum*, Qui videor esse, videlicet
magister quẽ queritis quẽ amatis, qui possũ succurrere. Ne
F *lite timere* inordinato timore, nimis timendo propriæ pelle
& de illusione phantastica Sed est timor diuinus ac salutã-
ris, quo timemus culpam incidere, deũ offendere, gloria spo
liari, de quo ait scriptura, Qui sine timore est, non potest iu-
Eccle.1. stificari, & beatus homo qui semper est pauidus. *Volueruntq;*
Prou.28. *ergo eum discipuli accipere in nauem.* Amor est enim virtus vni
tiua, ideo magistro suo charissimo cupiebant corporaliter
quoque adesse. Cum autem dixerat Christus, Ego sum, sta-
tim post hoc, non tamen immediate, iussit tempestatem ces-
sare. Omittit hoc loco Iohannes, quod alij Euangelistæ scri-
pserũt, videlicet quod cũ Iesus dixisset, Ego sum. Petrus di-
Mat.14. xit, Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Cui
respõdit, Veni. Cum verò Petrus tẽderet super aquas, vidẽs
ventum validum, timuit, & cũ mergi cœpisset, clamauit, Do-
mine salua me. Dixitq; Iesus, Modicæ fidei, quare dubitasti
& appre-

& apprehendens manum Petri, intrauit cum eo nauiculam, A
& protinus vẽtus cessauit, *Et statim fuit nauis ad terrã*, id est,
iuxta Capharnaum, *Ad quam ibant* nauigio, non pedestres.
Christo nauem ingresso, nauis diuina virtute, ductu forte an
gelico, in breuissimo, & quasi imperceptibili temporis spa-
tio peruenit ad littus.

¶ Sic itaque fecit Christus quatuor magna miracula vno
tempore. Primum, quòd ipse super vndas incessit. Secun-
dum, quòd eius virtute Petrus similiter fecit. Tertium, quòd
tempestatem tam subito fecit quiescere. Quartum, ꝙ nauem
tam repente fecit ad littus pertingere. Sic spiritualiter dat Iacob.1.
Christus famulis suis electis virtutẽ ambulandi, atq; calcan-
di super aquas tribulationũ præsentium, & vincendi cuncta
aduersa, ita vt omne gaudium existiment, cũ in diuersas ten- B
tationes inciderint. Cum verò Iesus ingreditur nauem, hoc Philip.3.
est ecclesiam, seu corda fidelium, statim cum insperata cele-
ritate, est nauis ad terram optatam, quia tunc subito eõsolan Psal.76.
tur, & patriam contemplantur, eamque desiderio sancto in- Iob.5.
troeunt, habentes conuersationem in cœlis, qui paulo ante Deut.32.
fluctuabant in imis: estque hæc mutatio dexteræ excelsi, qui
vulnerat & medetur, & tunc & quomodo ei placuerit. *Alte-
ra die post* (miraculum panum) *turba quæ stabat trans mare Ty-
beriadis*, hoc est, exposito vrbis Capharnaum, circa locum
quo die præcedenti à Christo pasta fuit. Rediit enim ad il-
lum locum vt quæreret & regem faceret Iesum, *Vidit quia
nauicula alia non erat ibi nisi vna*, id est, die præcedenti C
non fuit ibi nisi vna nauis, in qua nauigauerunt discipuli. *Et
quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim* præfatam
quæ sola extitit ibi *Sed soli discipuli eius abiissent* in illa naui. A-
liæ verò superuenerunt naues à Tyberiade (vrbe prædicta) *iuxta
locum*, id est, vsque ad locum *vbi manducauerant panem* turba
quinque milium virorum, *Gratias agentes* domino, qui eos
tam mirabiliter pauit. Istæ naues, venerunt postea, scilicet
post recessum discipulorũ. *Cũ ergo vidisset turba quia Iesus nõ
esset ibi*, hoc est, in loco manducationis iam dictæ, *Neq; disci-
puli eius ascenderunt in nauiculas*, illas quæ supeperuenerunt,
& venerunt Capharnaum quærentes Iesum. *Et cum inuenissent
eum* trans mare in Capharnaum vel prope. *Dixerunt ei* (cum
admiratione) *Rabbi, quãdo huc venisti?* i. quando & quo mo-
do transuadisti hoc mare, sine nauigio, vel per quem modũ

D venisti ad locum hunc, cum sciamus te non intrasse cum discipulis tuis, vnicam illã nauiculam? *Respondit eis Iesus*, non ad interogationem eorum, vel quia indigni erant audire tantum mysterium, vel quia non credidissent, vel quia non fuit eis necesse hoc scire: Idcirco, primo redarguit crudelitatem eorum, & deinceps moralem doctrinam proposuit, *Et dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa*, id est, non propter spiritualem rationem, non ex admiratione sincera, ac vera dilectione mirabilium operũ dei, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, hoc est, ex affectu carnali, & auiditate alimoniæ corporalis, cupientes frequentius satiari à me sine vestro labore. ¶ Dominus Iesus scrutans corda & renes, discretor intentionũ, vidit interiorem imperfectionem istorum, qui voluerunt eum regẽ facere propter corporalia commoda, vt ociosam, delitiosamque sub eius dominio agerent vitam, putantes quòd semper posset eos vsq; ad satietatem nutrire, sine ipsorum solicitudine ac labore, qui semel tam mirabiliter, pauerat ipsos, ideo eũ quærebant, atq; redargui meruerunt. Non est tamen putandum, quòd omnes fuerint tales, quia nonnulli ex deuotione, piisq; causis eum comitabantur. *Operamini*, hoc est, operando acquirite, & adipisci studete, *Non* (solum vel principaliter) *cibum qui perit*, hoc est, Escam corpoream, quæ in substantiam aliti transmutatur, amittendo propriam formam, sicque corrumpitur, *Sed qui permanet in vitam æternam*, id est, manducantem confortat, in ipsoque permanet, quousque perducatur ad patriam, *Quem* cibum spiritualem animas vitaliter reficiet, *Filius hominis dabit vobis*. Cibus iste intelligi potest ipsum verbum incarnatum, vel corpus dominicum, vel actio virtuosa, & quicquid spiritualiter alit mentem, perducens eam ad vitam beatam, Primo enim querendum est regnum dei & iustitia eius: & deinde licitum est, cũ moderata solicitudine ac labore honesto, quærere sustentaculum vitæ, escam, potum, vestitum & domũ, præsertim cum dicat apostolus, *Qui non laborat, non manducet*. Et Psalmista, *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit*. Hinc verò quod nunc loquitur Christus, Operamini non cibum qui perit, concordat quod ait apud Matthæum, *Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini*. Et aliud nihil intendit per hæc, nisi vt tanto liberiores

E

F

Psal.7.

Mat.6.

2.The.2.
Esa.27.

Matth.6.

licitiores simus pro interna refectione, spirituali confortatione, gratiosa pinguedine animæ quàm corporis: quãto prestantior est immortalis anima summæ trinitatis imagine decorata, vili isto ac corruptibili corpore. Ex quanto magis dãnum imminet, si anima negligatur, quam si corpus maceretur. Denique sicut leccatores non contentantur qualicunque alimento, sed delicatissima fercula quærunt, sic nos si veri religiosi sumus, non debemus inferiorum virtutum actionibus, animas nostras tantum vel præsertim reficere, sed nobilissimarum virtutum epulas degustare, insistendo præcipue actibus fidei, spei, & charitatis: deinde actibus latriæ, aliarumq; virtutum cardinalium. Sed ad talia nemo idoneus est, nisi per virtutes morales fuerint in eo passiones reformatæ, vitiaque extincta. *Hunc enim* cibum spiritualem, *Pater signauit deus*, hoc est, deus pater præcipue requirendum ostendit. Vel, hunc filium hominis pater signauit deus, id est, hominibus per incarnationis mysterium demonstrauit, quatenus cibum spiritualem nobis conferret. Signauit quoq; pater filium suum in baptismo. Hic est, inquiens, filius meus dilectus, & per columbã, atque per alia testimonia, quibus probatur Iesus esse Christus filius dei. *Dixerunt ergo ad eum Iudei, Quid faciemus vt operemur opera dei?* id est, quid agendo eritimus deo obedientes, seu opera ei placentia exequentes, vt prædictum panem spiritualem consequi mereamur? *Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus dei*. Hoc est, actio placita deo, & donum ipsius quo panis iste acquiritur. *Vt credatis in eum quem misit ille*, id est, credere in me Iesum Christum missum à deo patre seu trinitate. Sumuntur itaque hoc loco facere & operari, multum late atque communiter, prout omnem actum interiorem & exteriorem includunt, ita quòd interior fidei actus, vocetur opus & factio dei quoniam donum ipsius est qui fidem ipsam infundit, & omnia opera nostra operatur in nobis. *Dixerunt ergo ei, Quod tu facis signum vt videamus & credamus tibi?* hoc est, quod miraculũ tam preclarum ac singulare operaris, vt illo conspecto, credamus tibi tanquam regi Messiæ, & Christo filio dei? *Quid operaris?* id est, nil tale facis, propter quod dignum sit tibi sic credere. ¶ Superius dictum est, quòd crediderunt in Iesum, viso miraculo quinque panum, Quomodo ergo nunc reprehenduntur de incredulitate? Et respondendũ, quòd loquuntur

A

B

Mat.3.
Iohan.1.

C

Esa. 25.

D tur sicut homines passionati, qui secundum omnem ventum mutantur: vnde satiati quasi blandiẽdo dixerunt, Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum, nunc verò increpati dicunt, Quid operaris. Imperfecta ergo atq; instabilis fuit fides eorum de Christo: & forte quæ dicta sunt de credentibus, & istis, nõ sunt referenda ad eosdem. In tanta enim turba erant diuersi, diuersimode sentientes. Quod autem Christus nil operetur comparatione Mosi probant. *Patres nostri manna manducauerunt in deserto, sicut scriptum est* in Psalmo, quantum ad sensum. *Panem de cœlo dedit eis manducare*, tanquam dicerent, Tu nos semel satiasti multiplicando panes hordeaceos, sed quid est hoc respectu cibationis patrum nostrorum egredientium de Aegypto? qui quadraginta annis refecti sunt pane cœlesti Mosi principatu, secundum quod Exodi sextodecimo dominus dixit, Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. *Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, nõ Moses dedit vobis*, hoc est, patribus vestris, *Panes de cœlo*

Psal. 77. & 104.

Exod. 16.

E

¶ Hoc tripliciter verum est. Primo, quoniam Moses nõ dedit eis hunc panem, sed deus omnipotens ministerio angelorum formauit, dedit ac pluit manna. Secundo, quoniam panis ille, nõ descendit de cœlo proprie dicto, videlicet de cœlo empyreo, sydereo, seu aliquo orbe cœlesti, altioris naturæ præ elementis, sed de cœlo aëreo. Tertio, quoniam manna non fuit panis verus, sed figuralis ac typicus. Sed sciendum, quòd verum quandoque distinguitur contra fictum seu falsum, & sic fuit verus panis. Quandoque autem contra figuratiuum, sic non erat verus panis, sed typicus, præfigurans panem cœlestem ac spiritualem, qui datur nobis in Sacramento, de quo subditur. *Sed pater meus dat vobis quantum in se est*, hoc est, paratum ad dandum se exhibet, *Panem de cœlo verum*, non finguralem tantum. Et quis sit panis ille subiungitur *Panis enim Dei*, hoc est, à deo patre datus, *Est* (ille) *qui descendit de cœlo*, id est, vnigenitus filius dei, seu verbum incarnatum. *Et dat vitam* (gratiæ) *mundo*, hoc est, hominibus in ipsum credentibus. Ipse igitur CHRISTVS est verus panis mentem reficiens, tam ratione suæ diuinitatis, per quam reficit angelos, & gratiam causat in nobis, quam ratione suæ humanitatis, cuius virtute & merito, omne spirituale bonum consequimur, quasi per causam mediatam & instrumentalem: quia de plenitudine eius omnes accipimus,

F

mus, gratiam pro gratia, vt dictũ est primo capitulo. Denique, panis iste descendit de cœlo empyreo, in quo deus specialiter habitare censetur, non locum mutando, sed nostram naturam induendo, seque hominibus visibiliter ostendendo. Et quoniã anima Christi fuit creata à deo, & corpus eius immediate formatum à spiritu sancto, potest dici quòd etiam secundum assumptam humanitatem descendit de cœlo, secũdum sensum expositum, *Dixerunt ergo ad eum*, (carnales Iudæi) *Domine, semper da nobis panem hunc*. Non petierunt panem cælestem, de quo CHRISTVS loquebatur, sed corporalem, de quo eum loqui putabant. Optabant enim corporaliter refici pane meliori quã fuerat manna. Et sicut mulier Samaritana non intellexit Christum loquentem de aqua spirituali: sed dixit, Domine, da mihi hanc aquam, vt non veniã huc haurire nec sitiam: sic isti nõ intellexerunt Christum loquentẽ de pane spirituali, sed dixerunt, da nobis semper hũc panem, videlicet vt sine labore & cura tã optimo pane vescerentur. *Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ*, hoc est, conferens vitam gratiæ in via, & vitam gloriæ in patria. Nec solum conseruo ac roboro vitã istam, sicut cibus corporeus cõseruat atque fortificat vitam naturæ præsentem, sed etiam, causo vitam hanc spiritualem cum deest, quod cibus corporalis non valet efficere, quantum ad vitam naturæ. *Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum.* Huic simile est quod supra dixit Saluator, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum, quod illic prolixe, diuersisque modis expositum est: quibus perlectis patet intellectus loci præsentis. Qui enim venit ad Christum per charitatem & gratiam, nõ esuriet post hanc vitam, quoniam satiabitur satietate æterna, cum viderit deum per speciem: nec sitiet in æternum, quanuis ad tempus sitiat durante vita præsenti, in qua beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam. In futuro etenim seculo incessanter potabitur torrente voluptatis dei, vbi fluminis impetus lætificat ciuitatem dei.

A

Iohan. 1.

Iohan. 4.

B

Iohan. 4.

1. Iohã. 3.

Matt. 5.

C

Psal. 35.

¶ Quomodo autem intelligi possit quantum ad vitam præsentem, quòd scilicet veniens ad Christum & credens in ipsum non sitiat neque eluriat in præsenti, & quomodo hoc non discordet ab eo, quod in Ecclesiastico inducitur, Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient, elucescit ex dictis in expositione quarti capituli.

Psal. 45.

D ¶ Deinde Christus ostendit, quòd quantũ in se fuit, ipse ob-
Eccle. 24. tulit panem vitæ Iudæis, sed ipsi propter suam incredulitatẽ, eum non gustauerunt. *Sed dixit vobis, quia* (id est, quòd, *& vidistis* me oculo corporali secundum quod homo sum, *Et non credidistis verbis meis* nec in me, quod sim vnigenitus filius dei, & Christus vobis promissus. Obtuli ergo vobis hunc panem ostendendo vobis meipsum, sed non manducastis, quia nõ credidistis: qui enim credit manducat. Sed ne putaremus omnes Iudæos deserẽdos vel propter illorum incredulitatẽ, misericordiam dei euacuandam, declarat quibus dandus sit panis iste vitalis atque viuificus. *Omne* (genus hominum) *quod dat mihi pater*, id est, quos pater per inspirationem internam inclinat ad me. Vel quos ab æterno elegit, ac prædestinauit in me, vtpote quos decreuit per meã incarnationẽ ac
Roma.8. E passionem saluare, *Ad me veniet* nunc per fidem & gratiam, in futuro autem per beatificam visionem, imò & per localẽ sui exaltationem vsq; ad cœlum empyreũ. De his nempe dicit Apostolus ad Ephesios, deus elegit nos in Christo ante
Ephes.2. mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius. Et in Psalmo ait pater ad filium, postula à me &
Psal.21. dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Et *eum qui venit ad me* per mentis suæ conuersationem, fidem, & charitatem, vel qui facit quod in se est, quanuis nondum gratiã habeat. *Non eiciam foras*, id est, nõ separabo eum à grege electorũ meorum, nec à pietate mea eum excludam, sed incorporabitur mihi. Et si pater meus dederit eum mihi modo prætacto, fi-
F naliter saluus erit. Non enim est Christus personarum accep-
tor, sed in omni gente qui timet eum & operatur iustitiam
Acto.10. acceptus est illi. Ecce quãta est misericordia saluatoris. Nullum quantumcunque abiectum vel impium despicit, aut relinquet, si cõuertatur ad ipsum, faciendo, quod in se est. Cuius ratio subditur, *Quia descendi de cœlo* humanam naturam assumendo, vt dictum est plenius, *Non vt faciam voluntatem meam*, id est, proprium beneplacitum, *Sed voluntatem eius qui misit me* puta patris cœlestis.

¶ Quomodo intelligendum est hoc? Nũne patris & filii secundum naturam diuinam, est vna numero voluntas, sicut & vna essentia? Quod enim dicitur absolute, in tribus personis non numeratur, sed voluntas Christi humana, fuit diuinę voluntati inflexibiliter subiecta, vnita, & conformata, non solum

lum propter beatificam fruitionem animæ Christi, sed insu- A
per propter hypostaticã humanæ naturæ vnionem cum verbo. Et respondendum, quòd Christus loquitur de voluntate humana, quę licet fuerit deo semper cõformis, nõ tamẽ Christus fecit eam in quantum fuit sua, sed in quantum erat volũtati paternæ subiecta. Idcirco, formaliter dicitur volũtatem patris fecisse, quoniam illa fuit ratio ob quam fecit quod suę voluntati humanæ complacuit. Vnde Christus loqui videtur secundum generalem modum loquendi, secundum quem aliquis subditus vel amicus dicit de suo prælato vel dilecto. Non facio quod mihi placet, sed quod illi, quanuis quicquid placuerit illi, sibi quoque summe complaceat.

¶ Quæritur cũ deus sit sua volũtas, quomodo potest quis fa
cere voluntatẽ dei, cùm nullus possit facere deum? Et respõ- B
dendum, quòd voluntatem dei dicimur facere, dum eius præceptis paremus, vel consiliis acquiescimus. Frequenter enim sumitur voluntas pro signo voluntatis, videlicet pro præcepto vel consilio, vel pro re volita.

¶ Denique, verbis istis incomparabilis nobis commendatur humilitas Christi, qui cum sit verus deus, patri æqualis, tam humiliter asserit se venisse, non vt propriam impleat voluntatem, sed patris. Cõfunditur ergo & condemnatur superbia nostra, rebellio nostra, duritia nostra, qui ad murmurãdum, repugnandum, & tumescendum, tam proni consistimus. Cõtemplemur igitur efficaciterq; sectemur caput nostrũ, pro-
priam voluntatem penitus abnegantes, secundum quod ipse C
alibi docet, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & Lucæ.9.
tollat crucẽ suam quotidie, & sequatur me. Quo enim syncere propter deum propriam voluntatem magis relinquimus, frangimus, abnegamus, eò amplius deus seipsum ingerit nobis, ita quòd eũ possidere incipimus, & nostris desideriis ac-
quiescit, offerẽs se copiosissime mẽtibus nostris. Vnde Esaias Esaiæ.58.
inducit, Si glorificaueris dominum, dum nõ inuenitur voluntas tua, tũc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudinem terræ ait dominus. Hanc abnegationẽ efficit ve-
ra charitas dei, quoniã amor secundum Dionysium non sinit Dionysius
amantem esse suiipsius, sed amati. *Hæc est autem volũtas* (hoc est, res placẽs ac volita) *si eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi* modo iam explanato. *Non perdam ex eo*, hoc est, nullum electorum perire permittam: quia & si ad tẽpus errauerit

Drauerit, finaliter perire nõ valet. Propter quod fertur in Psalmo, Cùm ceciderit nõ colligetur, quia dominus supponit manum suam. Rursusque, Impulsus euersus sum vt caderẽ, & dominus suscepit me, *Sed resuscitem illud in nouissimo die*, hoc est, in die iudicii vniuersalis. De quo sanctus Iob ait, In nouissimo die de terra surrecturus sum. Omnes quippe resurgemus, nec dubium quin per omnipotentiam Christi in momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba secundum Apostolum, Dies autem iudicii appellatur nouissimus, quia ex tunc motus cœli cessabit, & per consequens, tempus quod est mensura motus cælestis. Tempore autem cessante, cessabũt dies, & nox proprie sumpti. *Hæc est enim volũtas patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt filium* (per cõtemplationem fidelem) *& credit in eum* per fidem formatam. Loquitur autẽ de visione ænigmatica, non de visione clara per speciẽ. Visio enim dei, per speciem fidem excludit. De visione verò ista obscura dicit Apostolus, Videmus nunc per speculum in ænigmate, & nunc cognosco ex parte, *Habeat vitam æternam* pro mercede in patria, id est, clarã notitiam dei. Visio enim per speciem est tota merces. Patet ergo ꝙ voluntas patris est salus, cõseruatio, atque redemptio nostra. Vnde etiam protestatur Apostolus, Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, sed quia vita ista æterna, est subiectiuè in anima, idcirco de corporis glorificatione adiecit. *Et ego resuscitabo eum*, hoc est, de morte naturæ seu somno mortis, ipsum excitabo, corpus resolutũ, in cineresq; redactum redintegrando, eique animam copulãdo, vt beatitudo animæ mox redundet in corpus, & vtrunq; pariter glorificetur. *Murmurabãt ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis qui de cœlo descẽdi, & dicebant, Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quomodo ergo dicit, quia descendi de cœlo?* Isti Iudæi increduli multipliciter errauerunt. Primò, quia murmurabant, in quo imitati sunt patres suos: qui deum grauissimè offendisse leguntur, murmurando contra eum in solitudine. Verba enim quæ isti intelligere propria subtilitate non poterant, debebant humiliter inuestigasse ac didicisse, nec debuerunt ambigere de veritate loquentis, cuius in tantis miraculis experti erant sanctitatem atque potentiam, assistentiamque diuinam. Secundò quia putabant Iesum naturali ordine ex commixtione viri ac fœminæ natum. Et ergo putabant quòd Ioseph esset pa-

Psal. 36. Psal. 117. Iob. 19. 1. Cor. 15. 1. Cor. 13. 1. Thes. 4. Exod. 15. Exod. 19. Exod. 17. Num. 16.

ter eius carnalis, Mariam quoq; à viro cognitam reputabant. Tertiò, quoniam æstimabant Iesum esse purum hominẽ, idcirco non descendisse de cœlo, quia natus in terra ex homine. *Respondit ergo Iesus & dixit, Nolite murmurare inuicẽ*, quoniam grande peccatum est. Itaque nolite murmurare quasi aliquid falsi dixerim. Nec tamen mirum si murmuratis. & vtriusque ratio subditur, scilicet quòd verba Christi nullam falsitatem continebant, & quòd mirum non fuit murmurare Iudæos. *Nemo potest venire ad me*, id est, non solum non venit, sed nec potest venire ad me interiori accessu, per fidem & charitatem, *Nisi pater qui misit me traxerit eum*, hoc est, per suam charitatem & pietatem inclinauerit atque perduxerit mentem eius ad me, infundendo ei fidem & gratiam, quibus mihi spiritualiter vniatur & incorporetur. Non est enim volentis neque currentis, sed de miserentis, cuius donum est omne bonum quod inest nobis.

¶ Tractatus iste interior est, non violentus neq; coactus, sed amorosus atque spontaneus, ex diuina charitate procedens. Deus nanque mouet vnumquodque secundum propriam suã naturam. Rationalem ergo creaturã, conuertit & mouet ad Christum intellectualiter, sponte ac libere. Denique tractus iste, inter charitatem trahentis & vniõnem tracti, cum ipso est medius, fine quo tractu nihil possumus, quia cũ Christus sit finis noster, seu terminus supernaturalis, non possumus ad ipsum moueri siue pertingere, nisi aliunde trahamus, puta à patre cælesti, imò à tota trinitate, cuius indiuisa sunt opera, sicut nec terra potest ascendere, nisi ab alio eleuetur. Et cum homo sit grauis, quia corpus quod corrũpitur aggrauat animam, & potestas eius infirma, quia non sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: via quoque longa, periculosa atq; difficilis, nam & arcta est via, angustaque porta, quæ ducit ad vitam, patet quòd maxime indigemus hoc tractu, ideo semper dicamus cum sponsa, Trahe me post te.

¶ Præterea, tractus iste ex diuina vt dictũ est charitate procedens, iuxta illud Hieremię. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: quòd tripliciter fit. Quosdã etenim trahit deus flagellis, quę tamẽ ex dilectione infligũtur, domino cõtestãte, Ego quos amo, arguo & castigo. Propter quod ait Oseas, In funiculis Adam trahã eos in vinculis charitatis. Isti funiculi sunt pœnalitates originale peccatum sequentes, quibus

Rom. 9. Rationalis creatura libere mouetur. Sapien. 9. 2. Cor. 5. Matt. 7. Cantic. 1. Hier. 31. Apoc. 3. Osee. 11.

D quibus affligimur, & ad deum conuerti monemur. Quosdam
Psal. 12. verò trahit deus beneficiis, vt eum qui dixit, Cantabo domi-
Psal. 115. no qui tribuit mihi bona. Et, Quid retribuam domino pro
Esaiæ. 63. omnibus quæ retribuit mihi? Esaiam quoque audi dicentem,
Miserationum domini recordabor. Laudē domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Quosdam verò trahit pro
missis, vt qui contemplatione præmiorum cælestium cōuer-
Hebr. 11. tūtur, quemadmodum de Mose dicit Apostolus ad Hebræos
Psal. 118. quod aspexit in remuerationem. Et Psalmista, inclinaui (inquit) cor meum, ad faciēdas iustificationes tuas in æternum, propter retributionē. ¶ Aliqui insuper trahūtur solo amore dilecti: à quibusdam additur quintus modus trahendit, qui
E est per occultam virtutem spiritus sancti, & inspirationē internam. Sed iste modus generalis est omnibus præinductis, quoniam sine occulto influxu, siue instinctu spiritus sancti nec flagellis, nec donis, neque promissis, nec aliquo alio modo traheremur ad Christum. Illa autē tractio qua trahimur ad deum, solo eius amore, præstātior est atque diuinior, imò omnino deifica est, quia per eam ad deum cōuertimur, eumque diligimus, honoramus, exquirimus, quoniā in seipso naturaliter atque totaliter bonus, sanctus, summus, perfectus.
Leuit. 19. Vnde hoc ipsum, ad filios spectat charissimos. Et *ego resuscitabo eū in nouissimo die*. Quid est hoc? Nónne & eos quos pater non trahit suscitaturus est filius? ¶ Cur ergo quasi pro
F præmio spondet tracto quòd suscitabitur eum in die nouissimo? Et respondendum iuxta Apostolum, quòd omnes vtique resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Nunc ergo loqui-
1. Cor. 15. tur Christ°, de suscitatione beatæ immutationis, hoc est, glorificationis in carne: quoniam anima propter naturalem inclinationem ad corpus, non est perfecte beata, donec corpori glorificando reuniatur. Vel potius glorificato fuerit copulata. ¶ Insuper probat Christus testimonio propherarum, quòd multi sint patre trahēte conuertendi ad ipsum. *Est scriptum in prophetis* (id est, in libris eorum) *Erunt* (tēpore gratiæ) *omnes* (homines) *docibiles dei*, id est, apti doceri, vel docti à deo. Sic tamen, vt sit distributio pro generibus singulorum,
Psal. 71. non pro singulis generum, quomodo alibi dicitur. Et bene-
Danie. 7. dicētur in ipso omnes tribus terræ. Et item in Daniele, Om-
Matt. 22. nes gentes tribus & linguæ seruient ei: cum tamen comparatione

tione aliorum pauci sint qui Christo veraciter seruiunt, si- A
cut sunt pauci electi. Vnde ad insinuandum, quod post incarnationem filij dei, per prædicationem Euangelij, essent incōparabiliter plures diuinitus illustrandi atque ad Christū conuertendi, quam ante dicta fuut verba præallegata, & quod nunc Christus allegat, Erunt omnes docibiles dei. ¶ Quocirca sciendum, quòd Christus, apostoli, & Euangelistæ frequenter allegant scripturas veteris testamenti, potius quantum ad sensum, quam quoad formam verborum. Vnde quod dicitur nunc, Erunt omnes docibiles dei, inuenitur nō solum in vno propheta, sed in multis, quantum ad sensum, quāuis in nullo inueniatur, quò ad formam sermonis. Sciptum est enim in Esaia, Repleta est terra scientia domini, quasi aquæ
maris operientes, Et rursus, Ponā omnes filios tuos doctos B
à domino. Hieremias quoque, Omnes à maiore eorum vsq; Esa. 11.
ad minorem cognoscent me. *Omnis* (homo viator) *qui audi-* Esa. 14.
uit, auribus cordis) *à patre*, intus loquente, id est, diuinum Hiere. 31.
instinctum aduertit Et *didicit* per inspirationem internam, id est, quem pater docuit de his quæ spectant ad fidem, qualis fuit qui ait, Audiam quid loquatur in me dominus deus,
Venit ad me per fidem & operationem, per charitatem & o- Psal. 84.
bedientiam. Ideo dicit propheta, Beatus homo quē tu eru- Psal. 93.
dieris domine, & lege tua docueris eum. Non ergo ad cōuersionem hominis sufficit vox prædicatoris, nisi fuerit deus interius instruens. ¶ Deniq; Thomas in summa cōtra Gen- Thomas.
tiles redarguit Origenem dicentē, quòd deus dicitur causa Aqui.
bonorum nostrorum solum, quia est causa habituum infuso- C
rum, per quos meritoriè operamur, videlicet, gratiæ habitualis fidei, spei, & charitatis. Dicit itaque Thomas, quod etiā quandoque deus est proxima causa actionum nostrarum interiorum. Esaia testante, qui ait, Domine dabis pacē nobis. Esaia 26.
Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et itē Apo- Philip. 2.
stolus, Deus est qui operaī in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Hoc est ex sua pietate voluntaria, voluntateque pia, non meritis vestris. Dicit insuper Thomas, quod semper acquiescimus actuali inspirationi, quę nobis à deo infunditur. Et fundatur hoc verbū Thomæ in authoritate Au- Thomæ
gustini, dicentis, Gratia quæ occultè humanis cordibus diui- Aqui.
na largitate tribuitur, à nullo corde duro respuitur, quoniā August.
ideo datur, vt duritia cordis penitus auferatur. Ad propositū igitur,

D igitur, Omnis qui audiuit, didicitque à patre, hoc est, actualem illustrationem immediate à deo percepit, venit per cõsensum, ad Christum, quoniam omnis talis veraciter acquiescit, non tamẽ omnis talis saluatur, sed qui prædestinatus est finaliter perseuerans. Sed ne ex verbis inductis aliquis æstimaret deum patrem esse oculo carnis visibilem, vel intellectu comprehensibilẽ, addidit Christus. *Non quia patrem* (æternum) *vidit quisquam*, hominum oculo corporali, vel etiã intellectuali, loquendo de visione comprehensionis perfectæ, quia sic solus deus comprehendit seipsum, immensus im
E mensum. Loquendo autem de visione dei per speciem quam habent sancti in patria, sic nullus purus viator vidit deum visione fixa ac cœliformis, quanuis Moses & paulus credãtur deum in hac vita vidisse per speciem in raptu quodam, non diu durante. De hoc dictum est plenius primo capitulo, super illud, Deum nemo vidit vnquam. Sed quoniam Christus hæc proferens homo fuit, ne Iudæi putarent eum non vidisse patrem, subiecit, *Nisi is qui est à deo*, hoc est filius natus à patre vel missus à deo trinitate. Filius enim in quãtum homo, missus ac originatus est à seipso secundum quod deus. *Hic vidit patrem* visione perfectæ comprehensionis, inquantum est deus, & item visione beatificæ fruitionis, secundum quod homo ab incarnationis exordio. Ex hoc sequi videtur
F quod Christus nõ loquitur de visione corporali, quia sic nec ipse videt patrem.

Sup.ca.i.

¶ Porrò per hoc quod ait, Nisi his qui est à patre, nõ excluditur spiritus sanctus quin & ipse comprehendat patrem, cũ dicat Apostolus, quòd spiritus scruptatus profunda dei. Et quæ dei sunt, nemo nouit nisi spiritus eius. *Amen amen dico vobis, qui credit in me* Fide charitate ornata. *Habet* (nunc) *vitam æternam* in spe, in merito, in radice, in dispositione propinqua. Habet enim causam meritoriam, spemque idoneam ingrediendi vitam æternam, seu obtinendi beatificam diuinę essentię visionem. Vel habet vitam gratię realiter in præsenti. Qui enim credit in Christum, habet Christum. Et vtique Christus est vita æterna, quemadmodum contestatur. Ego sum via, veritas & vita. Iohannes quoque in prima sua ait canonica, hic est verus deus & vita æterna. *Ego sum panis vitæ* substantialiter atque causaliter. Panis sum omnia pascens, nont amẹnin quenquam conuertor, aut mutor, sed fideliter

1.Cor.2.

Ioh.14.

1.Iohã.5.

deliter manducantem conuerto in me: sum etiam panis vitę, A quia sumentibus digne do vitam gratię in præsenti, & vitam gloriæ in futuro. De hoc verbo superius dicta sunt plura. Deinde, inanem gloriationem Iudęorum de manna præsumentium, Christus euacuat. *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt* Palam est, quòd mortui sunt morte naturæ. Sed quia mox subditur. *Hic est panis de cœlo descendens, vt quis manducauerit ex ipso non moriatur*. Certum est quòd loquitur de morte culpæ. Hoc enim Christus adiecit, distinguendo inter panem vitæ quem ipse dat, & manna, sed nunquid omnes patres Iudæorum, qui manna edebant, mortui sunt morte culpæ? Non vtique. Quia nec Moses, nec Aaron, nec Iosue, nec cæteri iusti illius exercitus. Loquitur ergo saluator de patribus Iudæorum, quorũ vestigia isti se-
B ctabantur, puta incredulis seu peruersis, qui dixerunt, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo Illis quippe fuit panis ille insapidꝰ. Iustis verò optime sapiebat, quemadmodum in libro sapientiæ scribitur, Panem de cœlo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem, ad quod enim quisque volebat, conuertebatur. De illis verò carnalibus tantum, non carnalibus simul & spiritualibus patribus loquitur Christus Iudæis alio loco. Murmuratores filij murmuratorum, implete mansuram patrum vestrorum. Subditur ergo de pane vero vitali, non figurali duntaxat, quanuis & panis vitæ quem dat Christus sit aliquo modo figuratiuus alius panis cœlestis in patria, de quo in Luca habetur, Beatus qui manducabit panem in regno
C dei. Hic panis vitæ, de quo dictum est, vtpote verbum incarnatum, vel corpus dominicum, *Est panis de cœlo descendens*. Verbum enim descendit per incarnationem, & noui effectus productionem. Corpus autem descendit, quia virtute spiritus sancti formatum, non quia de cœlo allatum. Descendens inquã ad hoc, *Vt si quis manducauerit ex ipso* mãducatione sacramentali & spirituali simul, vel spiritualiter dũtaxat: de quibus in sequenti articulo plenius dicam deo præstante, *Non moriatur* Morte culpæ in præsenti, vel morte dãnationis æternæ in futuro, quæ est mors secunda.

Num.21.

Sapiẽ.16

Matt.23.

Lucæ.14.

Apoc.20.

¶ Eluci-

D ¶ Elucidatio residuæ partis huius Capitis. ab eo loco quo dicitur.
Ego sum pastor viuus, qui de cœlo descendi.

ARTICVLVS XVIII.

Sacramētū Eucharistiæ cur Christus instituerit

S Acramentum Eucharistiæ instituit Christus dupliciter. Primo, verbo, seu assertione. Secundò facto, seu consecratione. De prima autē institutione nūc agitur. Et quoniam sacramentum istud incomprehensibilissimum, vltissimumque consistit, idcirco ad excludendum omnem errorem ac dubitationē, Christus apertissime tractat de sacramento hoc ipso. *Ego sum panis viuus* quia secundum
E naturam diuinā essentialiter vita sum, viuens in me ipso, & vitam gratiæ, vitamque gloriæ causo in aliis, omnes electos reficiens & confortans. Porrò, secundum naturā assumptā sum panis viuus, quoniam propter vnionem cum verbo habeo plenitudinem omnium gratiarum, & gloriam perfectissimæ fruitionis in deo, atque per corpus & sanguinem meū fidelium animas alo ac poto gratiam illis præstando, per modum causæ instrumentalis ac meritoriæ Humanitas etenim Christi, est instrumentum animarum coniūctum ac propriū verbi per quod, & cuius virtute ac merito omnia diuina nobis præstantur gratiarum charismata, sicut & corpus nostrū est instrumentum animatum, vnitum, & propriū animæ rationalis, per quod anima agit & effluit, *Qui de cœlo descendi*
F per incarnationis mysterium, & noui effect⁹ productionem non per localem descensum, vt dictum est sæpius *Si quis mādducauerit* non sacrmentaliter tantum, sed sacramentaliter & spiritualiter, vel ad minus spiritualiter cum proposito manducandi sacramentaliter cum fuerit oportunum, *Ex hoc pane, viuet in æternum* vita spirituali, quæ nunc in ipso inchoatur, & virtute sacramenti perficitur, atque in patria consummatur. Nunc enim viuit bene agēdo per gratiā, & in futuro viuet, deum videndo per gloriæ lumen, dummodo finaliter perseueret in huius manducationis effectu Viuet itaq; in æternum, quantum est ex parte sacramenti, quòd tantæ efficaciæ est, vt possit vitam æternam influere.

¶ Cum quilibet communicans recipiat panem istum totum ac integrum, non partem duntaxat, cur ait, si quis manducauerit

uerit ex hoc pane, & non potius si quis manducauerit hunc A
panem? Dicendum, quòd ad insinuandum quòd panis iste inconsumptibilis est nunquam deficiens.

¶ Præterea ad intelligendum omnia quæ de isto sacramēto In sacrā-
ia asserunt, oportet scire ꝙ in sacramēto altaris sunt tria. Pri mēto Eu.
mum est sacramentum tantum, videlicet species panis & vi- charistiæ
ni post consecrationem. Secundum, est rex & sacramentum, quæ sint,
videlicet corpus & sanguis Christi. Tertium est rex tantum vtpote gratia sacramentalis, vel vnitas corporis mystici. Species itaque panis & vini dicuntur sacramentum, quoniā rei sacre sunt signum, videlicet corporis & sanguinis Christi: corpus verò est sacramētum respectu sui effectus, qui est gratia vel respectu sui signati, quod est corpus mysticum putaecclesia. Cum igitur aliquis accipit corpus & sanguinem sub B
speciebus sacramentalibus, & non participat sacramenti huius effectum, scilicet gratiā, atque ecclesiæ in corporationē propter suam incapacitatem, indignitatem, & prauitatē quia ponit obicem gratiæ. Dicitur manducare sacramētaliter tātum. Quum vero sumendo sacramentum, recipit eius salutarem effectum, manducat sacramentaliter & spiritualiter, dū autem sortitur effectum præfatum, nec tamen suscipit sacramentum manducat spiritualiter solum. Et *panis quē ego dabo* per me ipsum in cœna, hoc sacramentum instituendo, discipulisque tradendo, & in ara crucis panem hunc patri offerendo & deinceps per meos ministros, videlicet sacerdotes quibus conuenit sacramentum istud consecrare, atque porrigere aliis, *Caro mea est*, quæ alit mentem fidelium. Tunc C
quia verba vnita, tum quoniam gratiis plena per redundantiam, & quia diuinitatis gratiam creantis est instrumentum, itemque merito suæ actionis ac passionis, *Pro mundi vita*, id est, pro spirituali viuificatione hominum viatorum in mundo degentium. Ad hunc enim finem vt à morte culpæ ac miseriæ eriperemur, vitamque gratiæ & glorię cōsequeremur: Dedit Christus corpus suum in cruce in prætiū, & in sacramento in edulium, atque remedium. Quotidie quoq; dat panem istum pro vita nostra, hoc est, ad hoc, vt in vita gratiæ roboremur, ac perficiamur. Veruntamen non est sic intelligendum quòd ait, pro mundi vita, quod per receptionē huius sacramenti, vita gratiæ in homine inchoetur, imò qui sine vita gratiæ ad hoc sacramentum accederet, amplius no-

D reretur in anima, reusque fieret corporis domini. Cũ enim sacramentum istud sit cibus spiritualis, ideo sicut cibꝰ corporalis cum datur non prodest, nisi viuenti vita naturæ: sic cibus hic spiritualis non conuenit, nec proficit, nisi viuenti vita gratiæ *Litigabant ergo*, id est, verbis contendebant, *Iudæi* hęc ab ore Christi audientes & carnaliter ac ruditer capientes *Ad inuicem dicentes* ex infidelitate, & inordinata admiratione. *Quomodo potest hic* quem tenemus pro puro homine & filio Ioseph, *Carnem suã nobis dare ad manducandum*, quasi dicant, Hoc impossibile est atque inutile. Christus vero testatur hoc esse nõ solum non inutile, sed insuper necessarium ad salutem ipsorum. *Dixit ergo ei Iesus, Amen amen dico vobis, Nisi manducaueritis carnem filii hominis* in sacramẽto sacramentaliter & spiritualiter, vel spiritualiter ad minus per fidem & votum accendendo, gratiamque Christi participando: Et *biberitis eius sanguinem* modo prædicto, *Non habebitis vitam* spiritualẽ *In vobis* sed carebitis gratia in præsenti & gloria in futuro. Quemadmodum enim mẽbra corporis naturalis moriuntur ac pereunt, nisi capiti connectãtur, & ab eo motum sensumque participent: sic homines ex quibus quasi ex membris constituitur mysticũ corpus Christi, vita gratię destituuntur, nisi capiti quod est Christus, per sacram communionem nectantur recipiendo ab illo vitã spiritualem, & motum meritorium. ¶ Præterea sicut corpus humane corporeo cibo non sustẽtatur, nec permanet in vita naturali, sic anima sine hoc cibo viuifico, non persistit in vita gratiæ spirituali. Sed verba inducta intelligenda non sunt quasi sanguis Christi seorsum sumendus sit à vulgo communicante. In primitiua tamẽ ecclesia hoc fiebat, sed nunc ordinatũ est aliter propter effusionis periculũ. Sanguinẽ ergo Christi accipit populus spiritualiter, & etiã aliquo modo realiter, quia in sacramento corporis continetur, & sanguis sicut econtra. Licet enim transsubstantio panis directe terminetur ad carnem saluatoris, & conuersio vini ad sanguinẽ eius ex naturali tamẽ cõcomitantia sub vtraque specie sunt quatuor. Quia sub specie panis est corpus Christi, vi conuersionis. Anima verò sanguis & verbũ, sunt ibi ex naturali sequela, cum nõ sint separata ab inuicem. Pariformiter sub specie vini est sanguis directè, puta ex vi cõuersionis, caro autẽ anima & verbum concomitantur. *Qui manducat meam carnẽ et bibit*

1.Cor. 12.

E

Colos 1.

F

bibit meum sanguinem, non sacramentaliter tantum, sicut iam dictum est. *Habet vitam æternam* quoniam habet meipsum, & habet vitã gratiæ, quæ virtute huius sacramenti continuatur, donec ad vitã glorię sempiternę pertingat. Futurã quoq; beatitudinem iam habet in spe, virtute & gratia huius sacramenti. Et *ego resuscitabo eum in nouissimo die* vt me deũ, & hominem videat oculis carnis & cordis per propriam speciem quem nunc cernit per fidem. Carnalibus enim oculis videbimus Christum in humanitate, mentalibus verò in diuinitate. *Caro vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*. Hoc ait Saluator, ne putaretur parabolicè loqui more consueto, ita quòd carnem suam diceret panem quia signaretur per panem, & esset sub forma panis solum sicut in signo. Vel propter aliquam proprietatem cum pane cibus diceretur, quomodo dicit Apostolus. Petra erat Christus, quoniam figurauit Christum, Et Esaias, Verè fœnum est populus, propter conuenientiam quandam. Et infra ait de seipso Saluator, Ego sum vitis vera. Ad insinuandum ergo quòd caro sua sit verè & substantialiter sub specie panis, veraciterq; sumatur à communicante: Sanguis quoque ipsius verè sub specie panis contineatur, & recipiatur, adiecit, caro mea, id est, corpus. Sumitur enim nunc caro, nõ prout ossa excludit, sed pro toto corpore, neruos, venas ac ossa habẽte: verè est cibus animæ non corporis, quia non visibiliter, nec corporaliter sumitur, quanuis verum corpus sumatur. Et potius dicit caro quàm corpus, quia nunc loquitur de corpore suo inquantum est alimonia spiritus, caro autem magis dicit quid cõmestibile, quàm corpus: & sanguis meus verè est potus refrigerans, rigans, inebrians mentem, non ventrem,

A

B

1.Cor. 10.
Esa. 40.
Infra.
Cap. 15.

C

¶ Omnia quippe sacramenta nouæ legis ordinãtur ad spiritualem vitam. Spiritualis autem vita per baptismum acquiritur, quia baptismus est regeneratio spiritualis, & per confirmationem augetur. Oportet ergo vt per aliquod sacramẽtum nutriatur, & hoc est Eucharistia, quæ est spirituale alimentum huiusmodi vitæ. Cibum autem oportet realiter adhibere atque vniri cibato, idcirco in sacramento hoc Christus realiter continetur, substantialiterque communicanti vnitur. Et simile est de sanguine, qui est potus.

¶ Præterea quoniam sacramentũ istud est cibus, ideo quicquid operatur cibus materialis in corpore manducantis, hoc

D agit hic cibus spiritualis in anima digne recipientis. Quemadmodum ergo cibus corporeus naturalem vitã sustentat, cõfortat, ad perfectionem deducit, deperditum reparat, delectat, impinguat: sic cibus iste viuificus vitam spiritualem ac deiformem in anima fulcit, roborat, perficit, amissa bona restaurat, exhilarat, & impinguat diuitias gratiæ accumulando in anima. Vnde effectus sacramẽti istius sunt collatio gratię, adeptio glorię, remissio peccati mortalis, obliti ac venialium, diminutio pœnæ, mitigatio fomitis, præseruatio à malis futuris, secundum quod dicit Chrysostomus, Sicut leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles factí diabolo. Voluit quoque Christus in hoc sacramento veraciter contineri ac suscipi, ad ostendendum perfectum fer-
E uorem suæ incomprehensibilis charitatis ad nos, & propter nostram vtilitatem, quia ex reali præsentia atque immediata vnione Christi nobiscum, consequimur maxima bona, sicut subiungitur. *Qui manducat meam carnem*, sacramentaliter, & spiritualiter, *Et bibit meum sanguinem* eodem modo, *In me manet*, per charitatem & gratiam, & mihi incorporatur. Tyrannis vtique habitat in adiutorio altissimi, & protectione dei
Psal.90. cœli commoratur, *Et ego in eo* permaneo, per salutares huius sacramenti effectus, per gratiosam custodiam, per inhabitationem benignam. Nam & per eadẽ dona quibus deus ad nos conuerti, & in nobis esse ac habitare, quasi in templo asseritur, inquantum ea infundit atq; conseruat, nos quoque ad eum redimus, & in ipso subsistimus ac manemus. Palam
F est, quòd speciebus sacramentalibus iam consumptis, designat Christus esse in communicante per præsentiam carnis & sanguinis, permanet tamen in eo per præsentam suæ diuinitatis, & per affectus sacramenti prætactos. Communicans ergo manet in Christo, sicut membrum in capite, recipiendo influentiã eius, & Christus manet in illo, sicut caput in membro, influendo in illud. Ecce quanta beatitudo, dignitas, & gloria deuotorum, qui tam præstantissimo alimẽto vescuntur, & Christo tam intime copulantur, tantisque gratię dõnis deificis adimplentur, quanta denique est dilectio, dignatio, liberalitas, & misericordia Christi veri dei, qui nobis periculis & indignis sic præstat, sic vnit, sic ingerit semetipsum. Nonne veraciter monstrat, quod deliciæ eius sunt cum filiis hominum? Et quàm paratus est dare nobis omnes
Prou.8. gratias

gratiam suam, quibus tam ineffabiliter præstat seipsum. Non A
ergo simus ingrati tanto benefactori, & tam incomprehensibilibus beneficiis eius, sed feruido animo, solicita mente, reuerentiq; corde ei ministremus, ad eius mensam nos prepare mus, ad eius mansionem in nobis nos dignificemus, venialia cuncta pro posse vitãdo, mentem ad Christũ frequenter erigendo, cordis custodiæ iugiter insistendo. Tunc enim poterimus fractum multiplicem huius sacramẽti percipere, eiusque dulcedinem mirabiliter degustare, quod aliter non contingit. Quamuis enim venialia & distractio improuisa, sacramenti huius principales effectus non impediant, impediunt tamen experimentalem gustum suauitatis ipsius. Dicamus ergo mẽte intenta, ac grata, cũ propheta, Benedic anima mea Psal.102.
domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Imò to- B
tum psalmum, in quo continetur iste versiculus, quia præcipue applicabilis est ad regratiandum Christo pro beneficiis istis. *Sicut misit me viuens pater*, id est, pater æternus omnis vitæ fontale principium, qui est substantialiter sua vita, *Et ego viuo propter patrem*. Hoc præcipuè intelligendum est de Christo secundum naturam assumptam, vt sit sensus. Et ego viuo propter patrem, id est, vitam meam refero ad patrem, videlicet ad honorem & gloriã eius, sicut ad superiorem & vltimum finem. imò sic Christus retulit vitam suã ad totam trinitatem, quæ est omnis creatę naturę vltimus finis. Potest quoque exponi de Christo, secundum naturam diuinam hoc modo, Viuo propter patrem, id est, à patre vitam accepi, nõ aliam, sed eandem quam possidet ipse. Et *qui manducat me*, C
sacramentaliter ac spiritualiter, Et *ipse viuet* per charitatem & gratiam, *Propter me*, id est, ad honorem & gloriam meam ordinabit vitam suam, quemadmodum ait Apostolus, Omne quodcunque facitis in verbo vel opere, in gloriam dei facite. Vel viuet propter me, id est, à me spiritualis vitæ augmentum recipiet, & viuificabitur quotidie magis perfecte. In hoc enim sacramento continetur fons gratiæ, qui cõ- 1. Cor.10.
municantem perfundit, atque viuificat, nisi obicem ponat. Colos. 3.
Hic est panis, supersubstantialis, *Qui de cœlo* summo Descendit, in quo patet nobilitas ac desiderabilitas eius. Quomodo autem Christo secundum vtranque naturam conueniat esse panem, & descendisse de cœlo, iam dictum est sæpius. *Non sicut manducauerunt patres vestri manna*, id est, pa-

D nis iste præstantior & efficacior est quàm manna, cum sit ve
Exod.16. rus cibus, nō figuratiuus, gratiam conferens, nō promittens.
Deut.6. Manna autem fuit figura huius panis, nec contulit gratiam,
sed præsignauit. Per hoc enim quod omne delectamentū con
tinebat, figurauit, quòd sacramentum Eucharistiæ omnem
spiritualem dulcedinem, virtutem, & gratiam contineret. Et
mortui sunt. Omnes enim illi qui manna comederunt, mor
tui sunt morte naturali ac corporali: sed quidam eorum qui
bus isti increduli Iudæi similes erant, mortui sunt morte cul
pæ. *Qui manducat hunc panem* digne, cum debita reuerentia
& deuotione, in memoriam dominicę passionis atq; eximiæ
charitatis Christi, diiudicans corpus domini. ¶ Instituit e
E nim Christus hoc sacramentum in memoriam suæ amarissi
Matth.26. mæ passionis, & ardentissimæ dilectionis, quatenus toties
suæ dilectionis nos flamma accenderet, & ad eius sectanda
vestigia pronos efficeret: quoties sacramentū istud superdi
gnissimum angelis adorandum susciperemus, *Viuet in æter*
1.Pet.2. *num* in anima, per spiritualem virtutem & gratiam huius pa
nis, imò & tandem viuet vita beata ac immortali in corpore
& anima suscitatus, atq; fœliciter immutatus à Christo. Hæc
verba præinducta *Dixit Iesus in synagoga, docens in Caphar*
naum metropolim Galilææ. ¶ Potest per synagogam intel
ligi, vel cōgregatio Iudæorum, vel domus in qua ad audien
dum atque orandum confluxerant. Quanuis enim Iudæi pō
poterant immolare, nisi in templo Hierusalem, in singulis
tamen vrbibus habebant domum vel synagogam, in quā con
F uenerunt ad audiendum verbum dei, & lectionem legis ac
prophetarum, & ad deprecandum dominum. Docuit ergo
Christus in ciuitate præcipua, in loco patēti, in populo ma
gno, quasi non timens reprehendi, nec falsa annuncians. Vn
de in passione respondit, Ego palam loquutus sum mundo,
Iohan.18. ego semper docui in synagogis, &c. Omnis enim qui facit ve
Iohan.3. ritatem, venit ad lucem. *Multi ergo audientes ex discipulis eius*,
id est, multi discipulorum Christi audientes Christum tam
alta & incomprehensibilia de seipso, & corporis sui edulio,
ac sanguinis poculo prædicantem, *Dixerunt, Durus* id est,
ad intelligendum difficilis, & rationi vel veritati contrarius.
Est hic sermo, ille præcipuus, quo dixit, Panis quem ego dabo
caro mea est, &c. *Quis potest eum audire?* cum sonet tam ma
le. Quasi dicant, Blasphemare videtur, & obturandę sunt au
res.

res. Verba siquidem Christi de comestione suæ carnis, po- A
tuque sanguinis carnaliter intelligebant, putantes quòd sic
promitteret se daturum suum corpus ad manducandum, san
guinemque ad potandum, quomodo alii cibi ac potus appo
nuntur. *Sciens autem Iesus apud semetipsum*, id est, in luce
propriæ notitiæ, absq; exteriori perceptione, *Quia murmu*
rarent de hoc, quod dixit se panem viuum descendentem de
cœlo, vel de hoc, quod dixit se præstiturum carnem suam ad
manducandum, *Discipuli eius* non veri ac humiles, sed su
perbi, *Dixit eis, Hoc vos scandalizat*, hoc est, ad ruinam pec
cati, ad murmurationem perfidiamque inducit, non ex parte
mei, sed ex vestra imperfectione. Fuit ergo ibi scandalū pas
siuum, non actiuum. *Si ergo videritis filium hominis ascenden*
tem in corpore glorificato, *Vbi erat prius*, id est, ad cœlum, B
in quo fuit ante incarnationem, non secundum naturam hu
manam, sed diuinam. Vnde, ad insinuandum vnitatem per
sonæ vtriusque naturæ in Christo, dicitur filius hominis fuis
se in cœlo, antequam descendit in virginē. His verbis, Chri
stus euacuauit atque dissoluit scandalū discipulorum. ¶ Per
hoc enim, quòd prædixit se in conspectu ipsorum, si secum
manerent, ascensurum in cælum, pateret potius, quod descē
dit de cælo, & quod non daret corpus suum ad manducandū
carnaliter eo modo quo aliæ carnes eduntur, non sine earū
diuisione, laceratione, & consumptione, quoniam naturale
est vnumquodque redire ad locum suæ originis: imò secun
dum philosophos, Vnumquodque conuertitur ad id, à quo C
processit. Caro quoque sic comesta non potuisset ascēdere.
Spiritus id est, spiritualis intellectus verborum, quæ dixi de
manducatione corporis mei, *Est qui viuificat* animam, vi
ta gratiæ, *Caro autem* carnaliter intellecta, & per se. *Non*
prodest quicquam communicanti, imò qui verba inducta car
naliter accipit, & carnem non nisi sacramentaliter edit non
solum non viuificatur, sed animæ mortem illabitur.
¶ Veruntamen, verba prætacta ad literam, non mystice in
telligenda sunt de vero corpore Christi, sed ipsum verum
corpus spiritualiter contemplandum est, atque sumendum,
quoniam modus quo est in sacramento, est supernaturalis &
incorporalis. Hinc quoque dicit Apostolus, Litera occidit,
spiritus autem viuificat. Quemadmodum ergo scientia sine 2.Cor.3.
charitate non prodest, sed obest cum infler, non quia in se

D mala, sed propter abusum habentis: & sicut corpus naturale
Iacob. 3. sine anima mortuũ est, sic caro sine spiritu, nõ prodest quic-
quam, etiã nec caro Christi, quia sine gratia spiritus sancti,
& spirituali intellectu, non confert quicq̃, sed communican-
tem damnationi facit obnoxium, eo quòd carnem tam san-
ctam sumat indigne, non spiritualiter ac discrete. Verũ, sicut
scientia maximę prodest si adsit dilectio, sic caro Christi ad-
iuncto spiritu: sic etiam caro apostolorum prædicando, & di
scurrendo profuit nobis, operante spiritu sancto. Vnde quod
ait, Spiritus est qui viuificat, accipi potest de spiritu sancto,
seu gratia eius. *Verba quæ ego loquutus sum vobis* de corpore
& sanguine meo, *Spiritus & vita sunt*, id est, spiritualem in-
tellectum requirunt, quantum ad modum intelligendi, sicq;
E viuificant mentem per gratiam, & sapientiæ lucem. Corpus
quippe Christi est in sacramento, per modum incorporalem
ac indiuisibilem, quoniam non est ibi sicut in loco, vel per
propiam dimensionem sed per dimensionem panis, quanuis
Ephes. 2. proprie dimensiones eius sint ibi concomitanter, sicut & ce-
tera quædam accidentia Christi, quia non minus splendet in
Psal. 21. manibus sacerdotis, q̃ in throno maiestatis. *Sed sunt quidam
ex vobis* discipulis meis. *Qui non credunt* verbis quæ dixi,
cum tamẽ tot, tãtisq; testimoniis scire possint me esse Chri-
stum, & per consequens, falsa docere non posse. Et quia non
credunt, non sunt veri discipuli. Addiscentem enim oportet
Aristot. credere. Nec valent verba prædicta spiritualitet intelligere,
Esa. 7. cum Esaias testetur, Nisi credideritis, non intelligetis. *Scie-*
F *bat enim ab initio* æternitatis, & à principio incarnationis,
Iesus, qui essent credentes futuri, *Et quis traditurus eum esset*
Iesus, secundum quod deus nouit ab æterno per sciẽtiam in-
creatam, omnia occulta, contingentiaq̃ue futura, secundum
naturam verò assumptam sciuit huiusmodi, per scientiam in-
creatam omnia occulta, contingentiaq̃ue futura: secundum
naturam verò assumptam sciuit huiusmodi, per scientiam in-
fusam, ab exordio incarnationis. Ista sunt verba Iohannis
Euangelistæ qui consequenter recitat verba Christi. *Et di-
cebat Iesus* auditoribus suis, *Propterea*, id est, quia futura
agnosco: & quosdam vestros non credere præuidebam, *Dixi*
2. Thes. 3. *vobis, quia nemo potest venire*, id est, per fidem conuerti ad me,
2. Tim. 2. *Nisi fuerit ei datum à patre meo*. Non enim omnium est fides,
& nouit dominus qui sunt eius. Atque vt Lucas profitetur in
actibus,

actibus, Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam A
æternã. Hoc enim dixit Christus superius quantũ ad sensum. Acto. 13.
Nemo (inquiẽs) potest venire ad me, nisi pater qui misit me Iacobi. 1.
traxerit eũ. Omne etenim donum optimum, & omne datum
perfectum, est descendens à patre luminum. ¶ Sed dicit ali-
quis, Si nemo potest venire nisi deus dederit, ergo qui nõ ve
nit per impotentiam excusatur. Deus nanque vltra vires nil
exigit. Et respondendũm, quòd à nobisipsis nil possumus, &
tamen possumus quicquid deus præcipit nobis, quia secundũ
philosophum id dicimur posse per nos, quod possumus per a-
micos. Quoniã ergo deus, quantũ in se est, paratus est opem
impendere, imò & gratiam influit, dummodo fecerit homo
quod in se est, ideo per impotentiam nõ excusamur, sed pos-
sumus quod iubemur. *Ex hoc*, id est, istis auditis, præser-
tim ob id quod dixerat Christus, Nisi manducaueritis car- B
nem filii hominis, &c. *Multi discipulorum eius* non duode-
cim Apostoli, nec septuagintaduo discipuli, *Abierunt* mente
per infidelitatem & apostasiam, & corpore per localem re-
cessum, *Retro Satanam* non post Iesum, nolẽtes intellectum
suum subiicere, incomprehensibilibus testimoniis Christi ac 2. Cor. 10.
fidei. Quo contra dicit apostolus, In captiuitatem redigen-
tes omnem intellectum in obsequium Christi, *Et iam cum eo
nõ ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim Apostolos, Nũquid
& vos vultis abire?* Non quasi ignorans sciscitatur, sed vt il-
lorum fides manifestaretur, nobisq̃ue imitanda proponere-
tur, & vt ostendat quòd coacta obsequia non acceptat. *Re-
spondit ergo ei Simon Petrus* pro omnibus, quia feruentior ac C
principalior cæteris, vnde & solito feruore nunc respondit
pro sociis, *Domine, ad quem ibimus?* hoc est, si te relinqui- Mat. 19.
mus, alium tibi similem verumq̃ue saluatorem inuenire ne-
quaquam valebimus. Tu sufficis nobis, propter quem cun-
cta reliquimus. *Verba vitæ æternæ habes*, id est, doctrina
tua cælestis est, & obedientes tibi ad vitam æternam perdu-
cit. Non enim temporalia bona, vt Moyses & prophetæ, sed
æterna promittis. In his verbis ostẽditur vera & feruida cha-
ritas Petri ad Christum, à quo nullatenus voluit separari.
Amor nempe, nẽcit amantẽ amato, tanto inseparabilius, va-
lidius atq; intimius, quò fuerit maior. Propter quod ait Pau-
lus, Quis nos separabit à charitate Christi? *Et nos credimus* Rom. 8.
fide formata, quanuis nondum perfecta & stabilita, *Et cogno-*
uimus

D *uimus*, per donum intellectus, quod inest omnibus fidem formatā habentibus, & per illud perspicit anima quæ fidei sunt, videns par aliquam rationem qua fides ostēditur esse à deo, quod vera sint quæ asserit fides, & congrue ait, credimus & cognouimus, quoniam credere præcedit intelligere, *Quia tu es Christus* spirituali oleo, id est, gratiarum plenitudine vnctus, quantum ad naturam assumptam, in regem & sacerdotem altissimum, *Filius dei*, non adoptiuus, sed naturalis. Hoc frequenter confessus est Petrus, & in verbis istis tangitur duplex natura, vnitasq; personæ in Christo. Verùm quia responsio Petri quantum ad Iudam claudicauit, de quo tamen Petrus nil mali præsumpsit, ideo subditur, *Respondit eis Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi*, id est, præ cæteris ad
E gratiam apostolatus vocaui, *Et vnus ex vobis diabolus est*: non per essentiam, sed mutationem. Hoc est diabolicus propter
Mala.3. malitiam, sicut Iohannes Baptista dictus est angelus. Et alio
Mar.1. loco Saluator vocat diabolum hominē, dicens, Inimicus ho-
Matt.13. mo hoc fecit, *Dicebat autem de Iuda Simonis Ischaristis.* Fuit enim oriundus de vico nomine Ischarioth. Ita sunt verba Iohannis Euangelistæ, non Christi. Christus enim non expressit Iudam, quia occultus fuit, & ne diffamatus fieret peior. Vel potius, vt per eius proditionem implerentur scripturæ prophetarum de traditione CHRISTI, à suo discipulo. *Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.* Implicite ergo CHRISTVS admonuit Iudam, qui sibi de propria prauitate conscius fuit.

F ¶ Circa hunc locum aliqua dicunt Augustinus & Beda, quæ
August. sicut non audeo reprobare, ita nec approbare, quanuis ali-
Beda. qui reprobant ea. Dicunt ergo, quòd Christus elegit Iudam, vt per eius proditionem compleret nostram salutem: non tamen excusatur Iudas à culpa, quia non ideo tradidit, quia electus, sed qui traditurus fuit, electus est. Quemadmodum enim iniqui male vtuntur beneficiis dei, sic deus bene vtitur maleficiis hominum, & sic Christus bene vsus est malitia Iudæ. Ego puto, quòd Christus elegit Iudam ad apostolatum, vt videns tātam pietatem Christi, pœniteret, & apostolicum officium digne persequeretur. Sed quoniam Christus nouit aliter esse futurum, sustinuit Iudam propter melius, scilicet vt per eū impleretur, prophetia de Christi proditione. Tanta quippe est bonitas dei seu Christi, quòd nō sustineret ne-

que permitteret malum, nisi posset & vellet inde elicere bo A
num. Prædicta autem assertio Augustini & Bedæ fundatur in hoc, quòd dicunt Iudam à principio suæ vocationis malum fuisse, & in malitia perstitisse, cuius oppositum tenet & probat Lyra, quia distributio bonorū pertinet ad iustitiam commutatiuam secundum philosophum, vtpote vt melioribus maior honor impendatur. Non ergo Iudas vocatus fuisset ad apostolatum, nisi tunc dignus fuisset, vel iustificatus à Christo, sicut Matthæus, vt esset dignus tanto honore. Quic- Matt.9.
quid autem sit de veritate assertionis Augustini & Bedæ, ta- Marci.2.
men ratio ista nihil obtinet. Primò, quoniam apostolatus si- Lucæ. 5.
cut & prophetia pertinet ad gratias gratis datas, quæ sæpe impiissimis dantur. Vnde de facientibus miracula multa, & prophetantibus in nomine Christi, dicturus est Christus, Di- B
cedite à me, quoniam nunquam noui vos. Et Balaam perse- Matt.7.
ueranti in malo, datus est spiritus prophetiæ. Rursus, quo- Num.25.
niam communicatio bonorum à deo liberrima est, sine præ- 24.
miis, meritis, idcirco non proprie pertinet ad iustitiam commutatiuam, imò nec ad iustitiam. ¶ Insuper, quidam imponit Bedæ, quòd dicat Iudam non esse electum ad apostolatū, sed ad proditionem. Diligenter ergo inspiciens verba Bedæ super Iohannem, inueni aliter. Dicit enim Beda, quòd vndecim erant electi, vt in apostolica dignitate perseuerarent, & per eos fides prædicaretur vbique: per quod Beda dat intelligere, quod Iudas non fuit electus, vt in apostolica dignitate maneret, sed non negat eum ad apostolatum fuisse electum, imò si Beda hoc diceret, satis male sonaret, quia apud Mat- C
thæum Iudas Ischarioth vocatur apostolus, & in Marco le- Matt. 10.
gitur, quòd CHRISTVS vocauit eum cum aliis vndecim, Marci. 3.
lecitque eum apostolum, committens ei, sicut & aliis prædicationis atque curationis officium. In actis quoque loquitur Petrus de Iuda, Connumeratus est (inquit) in nobis, & sortitus est sortem ministerii huius. Et post pauca legūtur apo- Acto. 1.
stoli exorasse, vt deus ostenderet, quis inter Matthiam & Io seph acciperet sortem apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas. Verè igitur electus fuit in apostolum. Chrysostomus Chryso.
verò dicit, quòd Iudas tempore suæ vocationis fuit bonus. Matt.22.
¶ Quæritur, cum in scripturis communiter electi accipiantur pro prædestinatis, iuxta illud, Multi vocati, pauci ve- 1.Reg.9.
rò electi: quomodo Christus dicit se elegisse duodecim, quo- 10.

rum

D rum vnus fuit præscitus? Et respondendum, quòd in scripturis interdum electi dicuntur ad aliquam gratiam particularé gratis datam, vel etiam gratum facientem ad tempus durantem promoti. Vnde Saul vocatur electus. Et in Psalmo cantamus, Electos Israel impediuit. Et Salomon appellatus est amabilis domino. In Esaia quoque dominus ait de Cyro rege Persarũ, viro gentili atque damnato, Elegi te, & non cognouisti me. ¶ Postremò, omnino certũ est, quòd Iudas fuit malus tunc, cum Christus hæc verba de eo pronũciauit. Et fortè extunc permansit in malo, quousque prodito Christo suspendit seipsum. Nos ergo cum beatissimo principe Apostolorum certissime credentes & cognoscentes, quòd Iesus est Christus filius dei, dicamus semper ad Iesum, Domine verba
E vitæ æternæ habes, nõ me permittas abire à te. Integerrima itaq; deuotaq; fide suscipiamus corpus & sanguinem saluatoris, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra.

Psal.77. 2.Reg.12. Esa.45. Mat.27.

¶ Declaratio Cap. VII.

Post hæc ambulat Iesus in Galilæam.

ARTICVLVS. XIX.

QVID post mirabilem pastionem quinq; millium virorum de quinque panibus duobusq; piscibus & cętera documenta Christi in præcedenti recitata capit gestum sit, pandit Euangelista. *Post hæc autem* quæ
F in capitulo præcedenti descripta sunt, *Ambulabat Iesus in Galilæam*, id est, per diuersa loca huius prouinciæ, prædicãdo in synagogis Galilæorum. Sermoné quippe immediate præhabitum fecit in synagoga Capharnaũ metropolis Galilææ, & inde egrediens, perambulabat vrbes & villas Galilææ, faciendo diuersa miracula, plurimaq; docendo, quæ iste Euangelista omisit, quia ab aliis tribus Euãgelistis nouit esse sufficienter conscripta. *Nõ enim volebat in Iudæam*, id est, in terrã duarum tribuum, scilicet Iudæ & Beniamin, vbi sacerdotes, scribæ, ac Pharisæi æmuli Christi communiter habitabant, *Ambulare* passim ac publicè, *Quia quærebant eum Iudæi interficere*. Idcirco declinauit ab eis, non quasi mortem, vel eos qui corpus occidũt formidans, cũ fuerit in omni virtute perfectus, & solo nutu omnes aduersarios suos occidere potés; sed vt

Iohan.6.

sed vt daret exẽplum sæpe pro causa, loco & tempore fugiẽ A
di persecutores, cedendo furori eorum, ne grauius peccent, vel bono cõmuni inferant nocumẽtum. Noluit autem Christus in omnib⁹ supernaturali modo procedere, ne putaretur incarnatio eius phantastica, & ne viri religiosi sine magna causa quærant miraculosum effectum à deo, sed in aliquibus processit, & habuit se modo humano, vt sciatur veraciter homo factus, & vt nos faciamus quod in nostra situm est potestate, non tentantes deũ. *Erat autem in proximo* id est de propinquo imminebat, *Dies festus Iudæorum* videlicet *Scænophegia*. id est, festiuitas tabernaculorum, quæ septem diebus durauit. Hanc celebrauerũt Iudæi in Hierusalem decima die mensis septimi, in memoriam quòd post egressum de AEgypto habitauerunt in deserto in vmbraculis, tentoriis, tabernaculis seu papilionibus per annos quadraginta. De hac festi B
uitate præcipit Moyses in Deuteronomio. *Dixerunt autẽ ad eũ fratres eius*, id est, consobrini siue affines. Non enim erãt secundũ Bedam filij Ioseph ex alia coniuge, qui creditur virgo mãsisse, vt purissimę ac pudissimæ virginis esset custos, atque minister condignus: sed erant cognati domini Iesu, nõ tamen de numero eorum quos Christus iam ad apostolatũ vocauit, quia post pauca subiungitur, q̃ isti fratres eius non credebant in eum, Apostoli autem credebant. *Trãsi hinc, & vade in Iudæã* præsertim in Hierusalem Iudææ regionis metropolim, *Vt & discipuli tui* quos habebas in Iudæa, vel nunc ascensuri sunt in Hierusalem, *Videam opera tua*, id est, miracula *Quæ tu facis*. Habuit enim Christus in diuersis locis C
quosdam discipulos, qui eum corporaliter non sequebãtur, & de illis iam agitur. *Nemo quippe in occulto quid*. i. aliquid magnum, seu opus miraculosum, *Facit, & quærit ipse in palã esse*, id est, talia operando desiderat apparere, & in manifesto coram aliis operari. Miracula enim ordinantur ad declarationẽ diuinæ potentiæ, atq; ad conuersionẽ vidẽtiũ, ideo in manifesto agenda sunt. Hæc sunt verba hominum adhuc carnalium, humanam laudem amantium, qui sic de omnibus iudicant, quales ipsi intra se sunt. Vani enim & ambitiosi, arbitrãtur facile alios omnes eis esse cõformes. Cæterũ verba istorum vniuersaliter vera nõ sunt, quia non solum Christus suscitauit filiã archisynagogi occultè, multisq; à se curratis præcepit ne publicarẽt ipsum, Sed Helias quoq; & Heliseus susci-

Iohã.1. Deute.5. Eccle.8. Esa.7. Mat.4. 1. Cor.10. Exod.13. Deut.19. Beda. Marc.5. Lucæ.9.

D suscitauerunt pueros defunctos in cubiculo. *Si hæc facis*, quæ tibi suggerimus, eundo Hierusalem versus, illicq; signa agẽdo in festiuitate iam imminente, coram omnibus qui ibi nũc confluent, *Manifestas teipsum mundo*, id est, hominibus potentiam tuam ostendis, & quòd sis Christus opere mõstras. Quod autẽ verba prædicta inordinata fuerunt innuit Euangelista, subdendo, *Non enim fratres eius* iam dicti, *Credebant in eum*, quia non est propheta sine honore, nisi in domo sua & in cognatione sua. Vnde & isti dubitant, an miracula Iesu essent vera miracula, facta virtute diuina. Vel si hoc crediderunt, non tamen tenuerunt eum pro Christo vnigenito dei, veròq; deo, sed pro homine puro & propheta. *Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum*. id est, tempus manifestandi meipsum, eo modo quo vos desideratis, videlicet ad cupiẽdũ ho-
E norem, ac gloriam ab hominibus, quia non veni ministrari, sed ministrare, & ad dominandum in mundo, nondum aduenit. Primus enim Christi aduentus vsq; ad passionem debuit esse occultus, & in abiectione ac humilitate, vt iudicaretur,
Mat.20. nõ in omnimoda manifestatione, vt quasi rex regum ab omnibus honoraretur quoniam si sic, tunc vtique nemo ausus fuisset iudicare, siue occidere eum. Sed post passionem fuit tempus glorificationis, manifestationis, dominationisq; sue quia extũc per prædicationem & signa Apostolorum, aliorumque prædicatorum, cœpit Christus suam maiestatem ostendere, & vbique regnare, vt omnes agnoscerẽt & adorarent sublimitatem ipsius. Ideo itaque dicit, Tempus meum *Nondum aduenit*. Nouit enim Christus intentionem fratrũ
F suorum, quòd non inuitarent eum ad ascendendum Hierusalem versus, & ad signa illic agenda ex deuotione, sed vanitate, vt scilicet ipse Iesus eorũ cognatus, & ipsi ,ppter eũ, tanquam cognati eius humanã laudem, fauorem, & commodum, ex perpetratione miraculorũ consequerẽtur. ¶ Potest quoque exponi, Tempus meum, id est, hora eundi ad Iudæã & prædicandi, & faciendi illic miracula, nondum aduenit, quoniam à deo præordinatum non est, vt in principio huius festiuitatis ibi sim, sed in mediate ipsius aduenim, *Tempus autem vestrum semper est paratum*. Tempus dicitur bonũ & malum, paratũ & imparatum, propterea quę sunt, vel fiũt
Mat.26. in tẽpore. Vnde ait Saluator, sufficit diei malitia sua, Et Apo
Ephe.5. stolus, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et tamen

A men rursus dicit Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, & vtiq; tẽpus acceptabile, ac salutare non est malum: nihilominus, vnũ & idem tempus dicitur ma 1.Cor.6.
lum, propter mala pœnæ & culpæ, que sunt vel fiunt in eo, & acceptabile propter misericordiã dei, & cætera dona gratiæ operaque virtutum quæ fiunt in ipso. Simili modo dixit Saluator, tempus fratrum suorum esse semper paratum, quia quod quærebãt, videlicet laus vana & fauor humanus, ac cõmodum temporale, quotidie inueniuntur, exhibẽtur, & acquiruntur. Vel ideo dicit, tempus suum nondum venisse, sed tempus illorum semper esse paratum, quoniã habuit multos insidiatores, illi verò sine periculo aduersariorum ascendere poterant. Et huic cõsonant verba sequẽtia. *Non potest mundus* id est, homines mundani vobis similes in peccatis, O- B
disse vos Odium enim ex dissimilitudine oritur, & amor ex conformitate, ideo mali & seculares se inuicem amant carnali & cæco amore Veruntamẽ similitudo est causa odij indirectè, siue per accidens, inquantum vnus similium impedit alium à consecutioue rei optatæ. Propter quod figuli inuicem litigant, & homines eiusdem officij sibiinuicẽ inuidẽt.
Vnus quoque multum eruditus, conatur deprimere aliũ si- Proue. 13.
bi similem. Hinc inter superbos semper sunt iurgia, & inter iracũdos discordiæ. Mundus ergo persequitur mũdum, imò vnus peruersus odit atq; interimit alium. Sed verũ est quod Christus nunc loquitur, quoniam mundanus homo secundũ quod talis, non potest directè odio habere, ac detestari simi lem sibi, quia affectu & opere sunt concordes: tamen indirectè & per accidens contingit oppositũ, secundũ quòd vnus C
secularis concipit alium, quasi suo voto vel studio contrarium, aut nociuum. ¶ Denique, cum in diuinis scripturis di- Eccle.1.
citur, Hominem malum non posse corrigi vel facere bonũ, Hiere.13.
& hominẽ bonum non posse peruerti, vel facere malum, intelligendũ est de hominibus bonis & malis formaliter, hoc est, secundũ quod tales sunt, non materialiter, quia personæ tales cum sint liberi arbitrij possunt mutari, durante statu vi tæ presentis. In talibus quoque loquutionibus frequẽter ac- Mat.13.
cipitur impossibile pro difficili, quemadmodum peccatũ in Marc.3.
spiritum sanctũ dicitur nõ posse remitti. Et Hiere. ait Si mu- Lucæ.11.
tare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas Hier.13.
& vos poteritis bene facere. Et Christus in Euangelio, Non Matt.7.
potest

Universidad de Deusto Biblioteca

D potest arbor bona fructus malos facere, neq; abor mala fructus bonos facere. Certumq; est hoc de hominibus dici. Sic verissime dicimus, impossibile est superbum deo placere, homicidam saluari, iracundum à spiritu sancto inhabitari, sed & pœnę quæ talibus determinantur, intelligendæ sunt sub conditione, videlicet nisi pœniteant, vel per modum comminationis, vel quia frequenter sic accidit. Secundum hunc itaq; sensum dicit nunc Christus fratribus istis mundanis, Nõ potest mundus odisse vos. Hinc dicit Iohannes in sua epistola, Nolite mirari si odit vos mũdus. Hoc dicit de iustis. De impiis verò adiecit, ipsi de mundo sunt, & de mũdo loquuntur

1.Iohã.3.
1.Iohã.4.
Iaco.4.
Psal.52.

E & mundus eos audit. Merito ergo amicitia huius mundi inimica est deo, in tantum ꝙ deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, *Me autem odit mundus*, id est, homines vitiosi, præsertim principes sacerdotũ cum suis fautoribꝰ, quibus grauis fuit Christus ad videndum, *Quia ego testimonium perhibeo de illo, quia* id est, quòd *Opera eius mala sunt*. i. peccata eorũ apertè redarguo. Veritas autẽ odiũ parit. Propter quod Salomon loquitur, Ambulans recto itinere, & timẽs deum despicitur ab eo qui infami graditur via, Et denuo ait. Nõ amat pestilẽs eũ qui se corripit. De talibus scribit Amos Odio habuerũt corripiẽtẽ & loquẽtem perfectè abominati sunt. Hæc fuit prima atq; pręcipua causa odij & persecutionis Iudęorum in Christũ, quia increpauit prauitates eorum. *Vos autem ascendite ad diem festum hunc* hoc est, ad principium solenniatis præfatæ secundum legem. *Ego autem non ascendo*

Sapien 2.
Proue.14.
Amos.5.

F *ad diem festum istum*, id est, ad exordium festiuitatis istius, sed postea veniam. Itaque non ascendam, eundo vobiscũ, & puplicè veniendo. *Quia tempus meum nondum impletum est*, secundum sensum expositũ. *Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa*. *Vt autem*, id est, postquam. *Ascenderunt fratres eius ad* Hierusalem, *Tunc & ipse ascendit* post paucos dies. quia (vt cito patebit) ipse venit in templũ quarta die festiuitatis prędictæ. Fratres verò ipsius interfuerunt, primo festiuitatis huius diei, *Non manifeste, sed quasi in occulto*, quia (vt dictum est) ad hoc declinauit à suorum aduersariorum aspectu, vt daret exemplum aliquando fugiendi persequẽtes, & ne daret illis incitamẽtum amplioris rãcoris. Venit itaq; non manifestè, vel quia sine magno comitatu processit, vel quia per rara itinera iuit, vel quia conspici noluit: per quod dedit exemplum

vr inter-

vt interdũ humiliter lateamus, atque occulte agamus bona A
que agimus, ne alij contra nos prouocentur *Iudæi ergo quærebant eum in die festo* in Hierusalem, quoniam solitus fuit ibi adesse in præcipuis festis, Et *dicebant*, *Vbi est ille?* famosus qui omnibus notus est, quia in omnibꝰ singularis, in pulchritudine vltus, in habitudine corporis, in rectitudine æquitatis, in doctrina, in eloquẽtia, in miraculis. Hinc ergo nõ exprimunt nomen ipsius, & fortè ꝙ quidam eorum ex contẽptu, vt mali, quidam verò ex reuerentia, vt credentes, hoc fecerunt. Et *murmur multus*, id est, magna contentio & ingẽs cõfabulatio, *Erat de eo in turba*. sicut de absentibus magnæ reputationis esse solet, cuius ratio subditur, *Quidam enim dicebant, quia bonus est*, id est, vera docens, & iuste viuens. Nullus tamen eorum æstimauit cum essentialiter bonum tãquã B
verum deum. *Alii autem dicebant*, Non est bonus, *Sed seducit turbas* per simulatam iustitiam, falsa miracula, pestiferamq; doctrinam. *Nemo tamen* istorum, *Palam loquebatur de illo*, aliquid diffiniẽdo de bonitate vel prauitate ipsius in audientia publica, *Propter metum Iudæorum*. Istud dupliciter potest intelligi. Si enim quod ait, propter metũ Iudęorum, intelligatur de Iudæis, qui quærebant Christum occidere, tũc id quod dictum est, Nemo palam loquebatur de eo, intelligendum erit duntaxat de his qui dixerunt de Iesu, quia bonũ est. Illi enim ne offenderẽt, tacuerunt. Si verò quod ait, propter metum Iudæorum accipiatur simpliciter de Iudæis inter quos multi etiam magni, atq; potentes fuerunt, qui ne senserunt de Iesu, tunc quod dictum est, Nemo palam loquebatur de eo, intelligendũ erit de omnibus qui murmura C
uerunt & loquebãtur de Iesu, dicẽtes, Vbi est ille? Nam aliqui male sentientes de Iesu, non audebant corã omnibus Iudæis detrahere ei. *Iam autem die festo mediante*, id est, prædicta festiuitate tabernaculorum septem diebus durãte, iam pro media parte elapsa, videlicet quarta die eius. Sumitur ergo in isto capitulo dies festus, nõ pro vno die duntaxat, sed totalitater dierum solennitatis istius. *Ascẽdit Iesus in templũ* Hierosolymitanum, Et *docebat*. ¶ Superius dixit Euangelista, quòd noluit Iesus in Iudæam transire, quia quærebant eum Iudæi occidere Quomodo ergo nunc refert, eũ templum coram vniuersis intrasse, manentibus Iudæis in volũtate tam impia? Et respondendum, quòd propter prædi-

p ctam

D ctam causam distulit Christus quandoque intrare Iudæam,
non ex timore, vt dictum est, Non tamen semper vt instruat
prædicatores, ne gregi sibi cõmisso subtrahant verbum salu-
tis in necessitatis articulo, Itēq;, vt declaret Iudæos nil pos-
se contra ipsum, nisi quantũ ipse permiserit. Docuit ergo Ie-
sus in templo, introducendo documenta legis, ac prophetā-
rum, & illa perfecit per propria documenta. Et *mirabantur*
Iudæi, *Dicentes, Quomodo hic literas scit*, id est, scripturas le-
gis, ac prophetarum, *Cum non didicerit?* eas ab homine. Ad-
dierunt nanque excellentissima documenta Christi, testimo-
niis scripturarum firmata: & patuit eis, quòd Iesus non fre-
quentauit, neque ab hominibus instructus fuit, ideo mirabā-
E tur. Admiratio quippe cõsurgit, cũ aliquid noui apparet, cu-
ius causa nescitur. Istud verò nouum, atque insolitum fuit, &
Esaiæ.11. nescierũt quòd Iesus esset ille, de quo Esaias propheta pre-
Colos.2. dixit, Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus,
spiritus cõsilii & fortitudinis, &c. Latuit eos quòd Iesus es-
set deus & homo, in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scie-
tiæ absconditi, qui secundum naturam assumptam accepit à
deo, trinitate omnium præsentium, præteritorũ, ac futuro-
rum plenam scientiam, ab incarnationis principio. Verũtā-
Mat.13. mẽ, admiratio horum partim rudis fuit, & increpabilis. Cã-
Marc.6. enim vidissent plura signa per Iesum fieri, quàm fecerũt, pro-
phetæ, debebãt attẽdere, ꝙ qui prophetas docuit per inspi-
rationem internam, docuisset & Iesum Christum similiter.
Hinc est, quod Matthęus & Marcus referunt dixisse Iudæos
F Vnde huic sapientia & virtutes. Nonne hic est filius fabri?
Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina non est mea, sed eius
qui misit me. Iuxta dialecticos nulla ꝓpositio verior est, quā
in qua idem prædicaẽ de seipso, & nulla falsior quàm in qua
idẽ de seipso negatur. Quomodo ergo ait, Mea doctrina non
est mea? Si enim sic est, ergo doctrina Christi: nõ fuit Chri-
sti, & contraria, simul stabunt. Dicendum ꝙ doctrina Chri-
sti fuit aliquo modo sua & aliquo modo non fuit sua. Est igi-
tur sensus, Mea doctrina, hoc est, prædicatio euangelica, quæ
est mea, tanquã loquentis, ac recipientis, non est mea, tãquã
à seipso eam habentis. Christus enim non solum secundũ na-
turam assumptam, sed insuper secundũ naturã diuinã acce-
pit à patre quicquid habet & est, puta essentiam atque scie-
tiam. Vel sic. Mea doctrina, quæ est mea tanquam de centia
non

non est mea per studium instructionis humanæ, quia per in- A
fusionem eam accepi. Augustinus & Beda videntur subtilio- Aggusti.
rem tangere intellectũ, tamen obscurũ & pia interpretatio- Beda.
ne egentem. Pro quo sciendũ, ꝙ sicut Christus dicitur ver- 1. Cor.1.
bum & sermo patris quo omnia loquitur, sic dici potest do-
ctrina patris, quia per ipsum instruit omnes. Itaque ait, Mea
doctrina, hoc est, sapiẽtia quę ego sum, nõ est mea, hoc est, à
meipso, sed eius qui misit me, scilicet patris. Tanquã primi
æterniq; fontis atq; datoris. Sic quilibet nostrũ considerans
se ex se nihil habere, se totum quod habet vel est, diuinitus
recepisse dicere potest ac debet. Mea anima, mea virtus, mea August.
scientia, nõ est mea, sed creatoris mei. Vnde secundũ Augu-
stinum, Doctrinã appellat hic Christus, non doctrinam vo- B
lubilem & sonoram, sed essentialem, seu increatam scientiã.
Istam expositionem non arbitror literalem, quia secundum
eam Christus non directè soluisset quæstionem Iudæorũ di
centium, quomodo hic literas scit? *Si quis voluerit* voluntate
efficaci, procedente in opus cum potest. *Voluntatem eius face-*
re, hoc est, deo patri obedire eius præcepta seruando arque
in me vnicum filium eius credendo: passionesque, propriam
voluntatem, ac vitia, rectum iudicium impedientia abiicien-
do *Cognoscet* per donum intellectus, per experientiã quan-
dam, & item per admirabilem certitudinem ex diuina illu-
stratione manentem, *De doctrina*, hoc est, euangelica disci-
plina quam doceo, *Vtrum ex deo sit*, id est, an vera & mihi à
patre collata consistat. *An ego à meipso loquar*, hoc est, pro-
prio corde ea confingam, & non missus à deo, sed meipsum C
ingerens prædicem. Per fidem enim peruenitur ad intelle-
ctum, iuxta illud Esaię, nisi credideritis, nõ intelligetis, & per Esa.7.
obedientiam peruenitur ad gustum, per opera quoque ad il-
luminationem. Qui ergo voluntatem dei facit modo præta
to, meretur dono intellectus impleri ad cognoscendum ea
quæ fidei sunt, meretur quoq; supernaturaliter consolari, in-
effabiliterque delectari in domino, & certificari ab ipso, per
que fit in omni veritate fidei prorsus certissimus, ita vt nihil
ei videatur rationabilius, certius, pulchrius assertionibus fi-
dei benedictæ. Talis quoq; certissime scit, quòd in Christia
na lege maximè condemnatur omne pactum cum dæmone,
omnis operatio magicę artis, omnis simulatio atq; callidita-
sque cognoscit miracula à Christianis vberrime facta, non
esse

D esse facta ope diabolica, arteq; magica, aut circiuentione & caliditate humana, sed potestate diuina, quæ falsam doctrinam miraculis non confirmat. ¶ Deniq; talis scit, quàm sancta, perfecta, simplex, & pura sit christiana religio, in qua omnia ad priuati amoris plenã extirpationem, & ad diuini amoris perfectionem, per ordinatissima media ordinãtur: scit etiam quàm virtuosi fuerunt patres, qui fecerunt miracula, quàm patientes, casti & humiles, quam charitatiui, contẽplatiui, veraces, atq; pacifici. Ex quibus cognoscũt, quod diuina sit Christi doctrina. Hinc ergo viri interni, virtuosi, & contẽplatiui, sunt in fide certissimi atq; immobiles. *Qui à seipso loquitur*, hoc est, proprias adinuentiones, nõ veritates desuper
E reuelatas, Et *docet* prædicat, *Gloriam propriam quærit* Operatur enim ex amore priuato, non diuino, & vanus est, ac superbus. Tales fuerunt hæretici, & malarũ legum doctores vt Mahumetus, qui licet dixerint se quærere dei honorẽ, tamen mẽtiti sunt, nã quæsierunt seipsos, cupiẽtes ab hominibus honorari. Vel sic, Qui à semeipso loquitur, hoc est, ex proprio spiritu, non ex inspiratione diuina propriã gloriam quærit, quanuis prædicet vera, ac sancta. Tales sunt modo innumerabiles, qui quærunt videri, reputari, promoueri, præesse, & ad hęc obtinenda, laborãt studendo, docendo, & multa specie tenus bona agẽdo. Est enim qui nequitẽr se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Veruntamen, tales primo & maximè fallũt seipsos, *Qui autem quærit gloriã eius qui misit illum*,
F hoc est, ego & qui mea sectantur vestigia, qui quęrimus gloriam dei patris *Hic verax est* veritate doctrinę & vitæ, quia
Eccle.19, deo instruente profatur. Et *iniustitia*, hoc est, mala intentio, seu peccatũ reprehensione dignum. *In illo non est* Hoc certe est quantũ ad Christum, sed quantum ad famulos eius nõ est, sic intelligendum, ꝙ sint omnino à culpa immunes, sed sunt sine peccato mortali. Et quantum ad hoc, quod gloriam dei quęrũt, iniustitia carẽt. Soli enim deo debetur honor & gloria: idcirco, qui quęrit gloriam propriam, furtum committit,
1.Tim.1. subripiens deo quod eius est. Per hæc ergo probat Christus suam doctrinã esse à deo. Nõ enim quęsiuit gloriã propriam
Eccle.30. inordinate, sed totius paupertatis & humiltatis prębuit se exemplum, nemini blandiens, neminem palpans, sed vsq; ad mortem pro iustitia certans, ita ꝙ verissime dicere potuit illud beati Iob, vigesimoseptimo capitulo, Donec deficiam non

non recedam ab innocẽtia mea. Iustificationem quam cœpi A
tenere, non deseram. Sed quia Iudæi obiecerunt Christo, ꝙ legem Moysi non seruaret. Dictum est enim quinto capitulo, quòd persequebantur Christum, eo quòd paralyticum curasset in sabbato, ideo subdit, *Nonne Moyses dedit vobis legem?* Tanquam minister Dei, non sicut principalis legislator, quomodo Christus dedit vobis euangelicam legem, Et *nemo ex vobis facit*, hoc est, obseruat *Legem in omnibus* Hoc asserit Christus cordium iudex & cognitor, vel quia in turba quam alloquebatur, nullus fuit iustus, legisque factor, vel quia tam pauci fuerunt, quòd comparatione aliorum quasi nulli videbantur. Per hoc innuit Christus, quòd digni non erant eum arguere de sabbati transgressione, quanuis sic fuisset, quia qui in maioribus vel paribus culpis sunt, nõ ha B
bent faciem alios increpandi, præsertim si ex officio eis non incumbat. Charitas enim debet esse ordinata, vt vnusquisque in primis corrigat semetipsum, deinde & proximum. *Quid me quæritis interficere?* quod est contra legem, quę prohibet innocentes occidi. Hoc Christus dixit, vt ostenderet se illorum machinationes cognoscere, & eos ad emendationem inducere, non tamen vt mortem imminentem euaderet. *Respondit ei turba* multitudo illa turba Et *dixit*, *Dæmonium habes*, hoc est, quasi insensatus & malitiosus loqueris, malum suspicando de nobis. *Quis* nostrum *Te quærit interficere?* quasi dicant, Nullus. Et vtrumq; mentiti sunt, imponentes filio dei insaniam, atque mendacium. Nam in principio huius capituli dixit Euangelista, quòd Iudæi quærebant Iesum occidere. Et quid tam irrationabile, vt Christo qui est C
sapientia & veritas patris, qui & dæmones expulit verbo, regnumque diaboli dissipauit idololatriã destruendo, imponere tantam dementiam & falsitatem. *Respondit Iesus* & Sup.ca.5.
dixit eis, *Vnum opus feci*. Non vnum duntaxat, quoniam omnia facta sunt per me. Pater quoque meus vsque modo operatur, & ego operor, sed vnum opus feci, cuius occasione contra me murmuratis, mihique legis transgressionem imponitis. Opus istud est curatio paralytici, cui iussit Iesus ferre grabatum suum & ambulare, quod factum est sabbato, quemadmodum dictum est quinto capitulo. *Et omnes miramini* admiratione turbante, ex malitia procedente. Miramini (inquam) quòd ego qui videor religiosus & zelum dei

Universitat de Deusto Biblioteca

D me habere ostēdo, hoc feci in sabbato. Qui enim odit alium, facta illius faciliter interpretatur in peius, & ea quę vel in se bona sunt, vel modice culpabilia, adeò magnipendit, ac reprobat, vt apud se miretur quòd ille talia operatur hoc modo Manichęus atque Montanus mirabantur, quòd deus legis & prophetarum prącepit plebi Israel spoliare Aegyptum. In verbis istis commendatur nobis ineffabilis patientia, mānsuetudo, atque tranquillitas Christi, qui ad tantam cōtumeliam tam benigne, mititerque respondit. Discamus, ergo Christi exemplo iniurias verborum ęquanimiter ferre, aduersa trānquillo animo sustinere, non reddere malum pro malo, nec vinci à malo, sed vincere malum in bono. Ideo nempe dicit Psalmista, Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersum me. Et Salomon in Prouerbiis, non respōdeas stulto iuxta stultiā suam, ne efficiaris ei similis. Alibi quoque hortatur, Ne dicas, reddam malum pro malo, expectā dominum & liberabit te. Et ne dicas, Quomodo fecit mihi, sic faciam ei. ¶ Denique, induratis istis Iudæis, quia tam facile proruperunt in verba contumeliosa atque blasphemā, assimilantur homines passionati, vitiosi, & impatientes si quidem licet foris aliquid boni agere videantur, intus tamen lānguoribus animæ pleni sunt, prącipuè morbo qui dicitur, Nolime tangere, vnde cum parum pulsantur, tanguntur, vel excitantur, euomunt quo replentur. Prorumpunt enim in verba malitiæ & nequitiæ, in verba fœtida, pungitiua, & inordinatissima. *Propterea*, hoc est, ad præfigurandum operā mea, qui spiritualiter circūcido, *Moyses* deo iubente Deut. hoc est, in scriptis redegit, atque proposuit. *Vobis circumcidetis nem*, hoc est, præceptum circucisionis masculorum in præputio, dicens, Masculus cuius præputij caro circuncisa non est, delebitur anima illa de populo suo. *Non quia ex Moyse est*, hoc est, circuncisio originaliter data, ac iussa non est Moyse. *Sed ex patribus*, hoc est, patriarchis data est primo. Primo enim data est Abrahæ, vt patet in Genesi: deinde Isaac, Iacob, & duodecim patriarchis. Propter quod ad Romanos testatur Apostolus, Dico Iesum Christū ministrum fuisse circuncisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Hoc Christus adiecit, ad declarandum magnitudinem præcepti circuncisionis. *Et in sabbato*, hoc est, septima die quæ celebris erat. *Circumciditis hominem* infantem. Præceptum equidem fuit, vt

Psal.38. E Prou. 26. Proue. 20. Prou. 24. F Gen. 17. & 21. Act. 7. Roma. 15. Leuit. 12.

infans octauo die circūcideretur. Dū ergo nascebatur in sabbato, circuncidebatur sabbato subsequenti. *Si circuncisionem accipit homo in sabbato* imò quia sic est, *Vt non soluatur lex Moysi*, hoc est, absque transgressione prącepti de celebratione sabbati per Moysen dati, *Mihi indignamini, quia totum hominem*, hoc est, paralyticum illum in corpore & anima, *Sanum feci in sabbato?* quasi dicat, Hoc valde absurdum est, cum maior atque vtilior sit curatio totius hominis quàm circuncisio corporis. Sed & curatio illa miraculose facta solo verbo sine labore, magis cōfert ad gloriā dei quàm circuncisio. In hoc verbo saluatoris quo dicit. Totum hominem sanū feci, fundatur illud dictum commune, quòd Christus sanauit in anima, quos curauit in corpore. Dei nanque perfecta sunt opera, & iniquis potius obest sospitas carnis quàm prosit, dū exhibent membra sua arma iniquitatis peccatō. *Nolite iudicare secundum faciem* superficialiter, secundum solam apparentiam, secundum signa incerta, secundum sensum exteriorem. Tale nanque iudicium sæpius fallit. *Sed iustum iudicium iudicate*, hoc est, iudicando discernite, ac proferte, iudicando secundum rationem informatā prudentia, regulatā iustitia, procedentem secundum ordinem iuris, & veritatem rei diligenter pensantem. ¶ Prącipit ergo Christus vt iudicemus eo modo quo Esaias prædixit de ipso, Non secūdum visionem (inquit) oculorum iudicabit, neque secundum auditum auium audiet, sed iudicabit in iustitia. Quod igitur in Matthæo ait Saluator, Nolite iudicare, vt nō iudicemini, dictum est de iudicio inordinato, videlicet vsurpatorio, suspitioso, peruerso. ¶ Deniq; ad rectitudinē, seu veritatē iudicii multā exigūtur. Primò, vt procedat ex lumine rationis, non ex impetu passionis. De hoc multa dicūtur in lib. Iob. Vt est illud. Nūquid sapiēs respōdebit, quasi inuētū loquens, & implebit ardore stomachū suū? Et illud, Quid perdis in furore animam tuam, & respondete absque contentione? Passiones quippe actū rationis impediunt. Secundò, vt sit sine personarum acceptione, quemadmodū Moyses loquitur in Deuteronomio, Dixi principibus & iudicibus, quod iustū est iudicate, siue peregrinus sit ille, siue ciuis, nulla erit distātia, ita parvum audietis vt magnum, Nec accipietis cuiusquā personā. Oportet ergo priuati amoris affectionem, amorem, odiumque abiicere, ne iudex sit partialis. Tertiò, vt clamori, vel fa-

A B C Esa. 11. Mat. 7. Iob. 15. Iob. 8. Iob. 6. Deut. 8.

Duori plurimorum non cedatur, iuxta illud Exodi, Ne sequa-
Exod. 23. ris turbam ad faciendum malũ, nec in iudicio acquiescas sen-
tentiæ plurimorũ, vt à vero deuies. Quarto, vt causa ignota,
Iob. 29. seu dubia debite inquiratur, prout Iob ait, Causam quã igno-
Eccle. 7. rabam, diligentissime inuestigabã. Quinto, ne propter timo-
rem æquitas deseratur. Propter quod scriptũ est, Noli quæ-
rere fieri iudex, nisi váleas virtute irrumpere iniquitates, nẽ
forte extimescas facię potentis. Sextò, Ne in iudicãdo plus
Exod. 29. quàm oportet vel decet iudicans alicui compatiatur, secun-
Leuit. 19. dum quod dominus præcipit in Exodo, Pauperis non mise-
reberis in iudicio. Et rursus, Non declinabis in iudicio pau-
peris. In Leuitico quoque, Non consideres personam paupe-
Exod. 23. ris, nec honores vultum potentis. Septimò, Ne dona accipi-
E ant, iuxta illud Exodi, Non accipias munera, quæ excæcant
etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Octauo, ne
preces admittantur in præiudicium aduersariæ partis. No-
no, vt altera pars audiatur, & quilibet æquanimiter suã cau-
sam proponere permittatur, iuxta quod legitur in actis Apo-
Acto. 25. stolorum, Non est consuetudo Romanis damnare aliquem
hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat ac-cu-
satores, locumque defendendi accipiat ad abluẽda crimina.
Deut. 25. Decimo, ne pœna excedat mensuram culpæ. Propter quod
Moyses dicit, Iuxta mensuram culpæ, erit quantitas plagã-
rum. Vndecimò, vt iudicium ordinetur ad bonum eius qui iu-
dicatur. His itaque obseruatis, erit iudicium verum, veritate
F iustitiæ, & doctrinæ, hoc est, æquũ & sapientiale. De hac ma-
Mat. 7. teria multa iam dixi Matthæi. 7. & ad Rom. 2. idcirco cele-
Rom. 2. rius atque facilius transeo. *Dicebant ergo* videlicet, quoniam
Iesus dixit, Quid me quæritis interficere? *Quidã ex Hierosolymis*, hoc est, ciues Hierusalem qui melius q̃ alii nouerant,
machinationẽ sacerdotũ scribarũ, ac pharisæorum, qui maxi-
me morabantur in Hierusalẽ cõtra Iesum. *Nonne hic est quem quærunt interficere?* Tanq̃ dicerent, Vtique iste est, *Ecce palam loquitur*. Contra illos dicendo, Nemo ex vobis facit legẽ. Et
quid me quæritis interficere? sicque imposuit eis grauissima
crimina in templo coram omni frequẽtia plebis, *Et nihil ei dicunt*, quod videtur procedere, vel ex timore, quasi timẽtes
Iesum, vel ex scientia, quasi scientes nunc eum esse Christũ,
ideo addũt. *Nunquid vere cognouerunt principes*, hoc est, principales in populo, scilicet sacerdotes, scribæ, pharisæi, ac se-
niores,

niores, præsertim pontifices, *Quia hic est Christus* quasi di- A
cant, Hoc apparet ex eo quod silent. Isti ciues ignorabãt Ie-
sum esse tantæ potentię, quòd sine eius virtute, ac permissio-
ne nemo loqui potest, aut agere quicquã. Idcirco quod prin-
cipes tacuerunt, retulerunt ad eorum scientiam, cum potius
referendum fuerit ad Christi dispensationem, ac ordinatio-
nem, qui quãdo voluit, seu permisit, persecutionẽ sustinuit.
Ista tamen dixerunt dubitando non affirmando. Vnde mox
arguunt ad oppositum. *Sed & hunc scimus* hoc est, cogno-
scimus, *Vnde sit* hoc est, de qua progenie, & de quo loco,
videlicet, à Nazareth Galilææ. *Christus autẽ cum venerit ne-
mo scit*, hoc est, sciet. *Vnde sit*. Quomodo verum est hoc cum
vulgatum fuerit apud Iudæos Christum nasciturum de tri-
bu Iuda, per Dauid in Bethlehem? Dicendũ, quòd Iudæi pro-
B
pter diuersa loca scripturæ ambigui erant, de qualitate aduẽ-
tus Christi, & forte quòd ideo, quia non intellexerũt ex scri-
pturis, quòd in Christo esset duplex natura, pura diuina &
humana, idcirco non poterant concordare scripturas. ¶ Por-
rò quòd aiunt, Christus cum venerit nemo scit vnde sit, habe-
re poterãt ex eo quod scriptum est, apud Esaiam, Generatio- Esa. 53.
nem eius quis enarrabit? Et Malachias, Quis (inquit) poterit Malac. 3.
cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad vidẽdum eũ?
Ipse enim quasi ignis cõflans. Hieremias quoq; ait decimo- Hier. 14.
quarto cap. Quare venturus es, quasi vir vagus? Et itẽ, Quare
vẽturus, quasi colonus in terra? Verum est ergo quòd nemo
scit, hoc est, comprehendere potest vnde sit Christus, id est, C
æternam atq; diuinam eius originem: sed nec generatio eius
de virgine cõprehendi potest à nobis, quãtum ad modum e-
ius. Quis enim capere queat, qualiter de clauso dulcissimæ
virginis vtero exiit verum corpus Christi *Clamabat ergo*.
Quia ex magno affectu salutis Iudeorum & voce sonora, si- Esa. 58.
cut Esaias prædixit, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocẽ Hieron.
tuam. Quod sanctus Hieronymus exponit de Christo ad li-
teram, *Docens in templo Iesus*. ¶ Quomodo nunc dicitur Ie-
sus clamasse, cum in Esaia sit prophetatum de eo, Nõ clama- Esa. 42.
bit nec audietur foris vox eius? Et respondendum, hoc dictũ
esse de immoderata, seu passionata vociferatione, de qua di- Ephes. 4.
cit Apostolus, Omnis clamor, & amaritudo, & indignatio, Psal. 21.
tollatur à vobis. Porrò, de ordinato Christi clamore fertur Psal. 68.
in Psalmis, Deus meus clamabo per diem, & non exaudies. Infra. c. 8.

Et

Universidad de Deusto Biblioteca

D Et laborauí clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. Et *me*
Mat.11. *scitis, & vnde sim scitis.* Infra ait Christus Iudæis, Neque me scitis. Et in Matthæo, Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius. Quomodo ergo nunc assert, Et me scitis? Responsio plana est, quoniam aliquo modo nouerant eum, videlicet secundum sensitiuam cognitionem, & quantum ex illa intellectualiter elicere poterant. Nouerant eum secundum suam humanitatem quodammodo, sed multum imperfecte. Putabant quippe, quòd naturali ordine genitus esset, & in esse creato subsisteret, & vnde sim scitis, hoc est, ortum & patriam meam. Hoc loquutus est Christus, quãtũ ad id quod dixerunt Iudæi, Nũc scimus vnde sit. Sed quantum ad id quod dixerunt, Christus quum venerit, nemo scit
E vnde sit. Respondit. Et *à meipso non veni*, hoc est, originem à vobis ignotam habeo, quia à patre per generationẽ æternam egressus sum, & ille me misit.

¶ Deniq; quod ait, à meipso nõ veni, si sic intelligatur propria voluntate non veni, Verum erit de Christo secundum quod homo, quia voluntas eius humana, non fuit causa quod venit in mũdum per incarnationem, sed in incarnatione voluntas illa creata est, voluntas verò patris fuit causa huius aduẽtus. Christus autem vt deus habet eandem numero voluntatem cum patre, idcirco quod ait, A meipso non veni, nõ est accipiendum de Christo secundum naturam diuinam, nisi in hoc sensu, A meipso non veni, hoc est, à patre voluntatem, & potestatem accepi, per quam veni in mundum, assu-
F mendo naturam humanam. Nihilominus Christus vt deus propria volũtate venit, ac potestate: imò & misit seipsum secundum quod homo est. *Sed est verus qui misit me.* Hoc est, Deus pater, qui est substantialiter verus veritate essentiæ in seipso & verax in verbis, atque operibus, *Quem vos nescitis.* Certum est quòd Iudæi non sciebant deum patrem per speciem sicut beati in patria, nec per comprehensionem plenariam, quia sic non cognoscitur deus, nisi ab intellectu infinitæ virtutis & capacitatis, videlicet à seipso duntaxat.

¶ Sed quæstio est, an sciebant eum per fidem? Et respondendum, quòd non omnes Iudæi habuerunt explicitam fidem de superbenedicta Trinitate, idcirco nec patrem nouerunt per fidem explicite. Nouerunt tamen eum secundum esse absolutum, inquantum est deus, per fidem, vel etiam per naturalem

A
rationem. Si verò loquamur de notitia formata non informi, sic mali Iudæi non nouerant eum, sicut nec cæteri impii, quantumcũque subtiles & eruditi. Qui enim se dicit 1.Iohã. 2.
nosse deum & mandata eius non custodit, mendax est. Ego *autem scio eum*, quia vt deus comprehendo eum plenarie. Secundum naturam verò assumptam, vidi eum per speciem ab incarnationis principio, clariusque quàm aliquis beatorum. Et *si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mẽdax*, quod impossibile est, cum veritas nõ possit mentiri, nec creator creaturis in vitiis conformari. *Sed scio eum, scientia increata*, seu comprehensiua & creata, vel fruitiua, *Quia ab ipso sum*, hoc est, ab eo accepi esse, & idem numero nõ diuersum, per gene
B
rationem æternam, Et *ipse me misit*, per incarnationis mysterium, hoc est, me incarnari, hominibusque apparere, mundumque saluare constituit. Scientia autem comprehensionis perfectæ, competit filio, ratione generationis diuinæ. Scientia verò infusa, fruitiua & in genere notitiæ creatæ, summe perfecta, conuenit Christo, ratione missionis præfatæ. Quoniam enim missus est ad saluandum genus humanum, data est ei omnimoda plenitudo gratiæ atque scientiæ inditæ. *Quærebant ergo* principes & fautores eorum, *Eum apprehendere*, hoc est, capere ad occidendum, non amplecti ad perfruendum, de qua apprehensione loquitur sponsa in Canti-
cis, Quis mihi det te fratrem, vt inueniam te foris & deoscu- Canti.8.
ler, ac apprehendam te? Nos quoque quia non possumus Iesum comprehendere, studeamus saltem apprehendere eum,
C
hoc est, per fidem & charitatem attingere eum, eiõ; intime quantum fieri potest vniri. ¶ Cur voluerunt apprehendere eum? Primò, quia tam dure, ac iuste corripuit eos. Secundò, quia tam magna asseruit de seipso. Et *nemo misit in illũ manus* violentas, *Quia nondum venerat hora eius*, hoc est, tẽpus suæ passionis in quo mori decreuit, non antea, nec postea. Hoc quod nondum venit hora eius, fuit causa, signum, non efficiens quod non capiebatur. Diuina verò voluntas atque potentia, erat causa efficiens quod captus non fuit, quia refrenauit malitiam Iudæorũ, non permittens eã in actũ procedere.

¶ Præterea, quia in Euangelio sæpius legitur, Nondum venit hora eius, vel aliquid simile, quidam hæreticorum dicere Iohan.2.
ausi sunt, quòd Iesus natus est sub certo fato, vel constellatione, cuius virtute fecit quæ fecit. Sed quàm falsum sit hoc,

non

D non oportet probare, cum certum sit ipsum supernaturaliter esse conceptum, ac natum. *De turba autem multi crediderunt in eum*, quod esset Messias, *Et dicebant, Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?* Ex quo hi qui ita dixerunt, erant credentes in Iesum, videturque sic exponendum, Christus cum venerit, hoc est, si ponatur secundum aliorum æstimationem, quòd Christus nondum aduenit, tamen cum & si venerit, prout illi expectant, non faciet plura miracula, quàm efficit iste. Ideo est credendũ quòd sit Christus, in cuius aduentu dixerunt prophetæ multa signa esse facienda Vnde habetur apud Esaiam, Ecce deus vester veniet, & saluabit vos. Tunc aperiẽtur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Nullus quippe ante aduentum Christi tanta fecit miracula sicut Christus, & omnes qui post eum fecerunt vera miracula, nõ nisi in nomine eius ea fecerũt, imò qui scire desiderat quàm innumerabilia, præclara & gloriosa prodigia operatus est Christus, aliorum trium euangelistarum euangelia legat. Verùm, quoniam fides istorum nõ fuit multum perfecta, idcirco quod aiunt, Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet? Intelligi potest per modum cuiusdam inquisitionis. Quantitas enim miraculorum fiendorum à Christo in eius aduentu, non fuit in scripturis determinata, ideo inquirebant inter se, an ne plura signa fierent in Christi aduentu, quàm quæ viderunt à Iesu produci. *Audierunt pharisæi* præcipui æmuli Christi *Turbam* credentium, *Murmurantem*, hoc est, suppressa voce dicentem, *De illo hæc* bona. Non enim audebant palam confiteri magnificentiam Iesu, timore pharisæorum, scribarum atque pontificum

Esa.30,

E

F

¶ Prosequutio huius Capituli ab illo loco quo dicitur, *Miserunt principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent eum, &c.*

ARTICVLVS XX.

E *T miserũt pricinpes & pharisæi ministros, vt apprehẽderent eum.* Pharisæi liuore contra Christum accensi, ac tabefacti, audito quòd turbæ confiterentur, glorificarentque Iesum, asserendo quòd esset Christus, & plu-

rima faceret signa timuerunt quòd reciperent Iesum pro rege Messia, idcirco collocuti sunt cum principibus sacerdotum, vel principalioribus Iudæorum de occisione Christi. Et inito pacto miserunt ministros, vt caperẽt Iesum. Aliqui dicunt quòd personaliter hoc facere non audebant, timore turbæ credentis, sed miserunt legatos viros periculis se tradentes & quod legati isti fuerunt Gentiles Verùm ex consequentibus magis apparet, moxque patebit, quòd fuerũt Iudæi. *Dixit ego eis*, videlicet, ministris ad se capiendum missis, *Iesus*, *Adhuc modicum* tempus *Vobiscum sum* hoc est, non diu ero, nec conuersabor sensibiliter inter vos, *Et vado* hoc est tempore hoc pauco expleto, ibo per passionẽ, resurrectionem & ascensionem, *Ad eum qui me misit*, hoc est, ad patrem cœlestem, vt sedeam ad dexteram eius. Tanquam diceret, Iam nunc non apprehendar à vobis, quia non volo, eo quòd tempus meum nõ aduenerit, sed adhuc parumper ambulando in populo, ad docendum eum, & ad compléda opera quæ pater dedit mihi vt faciam ea, quo facto, facietis, me permittente, quod nunc facere cupitis, sed non potestis me prohibente, Hæc omnia vtpote modicum manere in mundo, ire ad patrem & capi, Conueniunt Christo secundum naturam assumptam. Nempe secundum diuinitatem manet æternaliter in patre, non recedens neque reuertens ad eũ, & totum mundum inuariabiliter implet, permanens vbique & in omnibus, per essentiam, præsentiam, atque potentiam. *Quæretis me, & non inuenietis.* Hoc à diuersis, variis modis exponitur. Primo sic, Quæretis me, post resurrectionẽ, hoc est, ad me conuertemini per fidem, in die pentecostes: vel postea quando videritis per apostolos tanta mirabilia fieri in nomine meo. Vnde in actibus Apostolorum habetur Cõpuncti sunt corde, & dixerunt, Quid faciemus viri fratres? Iuxta hunc sensum infra loquitur Christus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & non inuenietis me, præsentia corporali, atque sensibili sicut modo. Secundo sic Queretis me, hoc est, auxilium meũ implorabitis, & non inuenietis me ad libitum vestrum, tempore destructionis Hierusalem à Romanis, Tunc enim (vt dicitur) multi Iudæorum nouerunt se vastari à Tito propter occisionem Christi, & tunc Christum habere liberatorem optabant, sed non obtinuerunt.

A

B

C

Acto.2.

Iohan.8.

¶ Ista

D ¶ Ista expositio modici est valoris, cum sit incerta. Beda verò exponit sic, Quòd quæsierunt Iesum post resurrectionē,
Beda. quando viderunt tot milia conuerti ad Christū, sed non inuenerunt eum spiritualiter, quoniam magnitudinē sui peccati, quo Christum occiderunt, pensantes, non verè pœnituerunt, sed baratrum desperationis inciderūt. Videtur autem sic conuenienter posse exponi. Quæretis me, ante passionem & post hanc vicem ad capiendum, & non inuenietis me corporaliter vsque ad tempus, vt enim infra habetur,
Iohan. ii. Principes dederunt præceptū, vt si quis sciret vbinā esset Ie-
Iohan. i. sus, indicaret. Ex quo elicitur, quòd sæpe quæsierūt eum ad capiendum, sed non inuenerunt. *Et vbi ego sum*, Nunc secundum diuinitatē, videlicet, in summo cœlo, in sinu patris.
E Vel, Vbi sum, hoc est, vbi post passionē mox ibo & ero, videlicet ad dexteram dei, *Vos non potestis venire* propter peccata vestra, vel propria potestate: tamen per gratiam meam, si pœnitentiam verā egeritis, venietis illuc, & eritis mecū. *Dixerunt ergo Iudæi*, Hoc est, ministri prædicti, & alij forte qui aderant, *Ad semetipsos* id est, vnus ad alium, non intelligentes verba prædicta, sed inter se conquirētes, quomodo essent intelligenda. *Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum?* Christus apertè dixit, Vado ad eum qui me misit, & tamen non intellexerunt, quòd prædixit se iturum ad patrem cœlestem. *Nunquid in dispersionem Gentium iturus est*, Hoc est, ad gentes vbique dispersas, & per sectas ad loca
F diuisas. Sic enim contemptibiliter loquebantur de Gentilibus, quos multum spernebant, propter peccata eorum, & dilectionem suam, ac patrum suorum. *Et docturus gentes* videlicet corporaliter recessurus à Iudæa, & congregaturus multos discipulos ex Gentibus. *Quis est*, hoc est, quomodo intelligendus est, *Hic sermo, quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire?* ¶ Hoc forsitan repetebant ad inuendum, quòd secundum eorum æstimationem verba Christi non erant intelligēda de recessu eius ad Gentes quoniā per verbū de præsenti dixit, Vbi ego sum, vos nō potestis venire. Ignorabāt itaq; quid notaui: per hoc: *In nouissimo die autem magno* hoc est, multum celebri
Leui. 23. *Festuitatis* tabernaculorum durantis septem diebus, vt di-
Num. 29. ctum est, Primus enim vltimus dies huius festi fuerant celebriores. *Stabat Iesus* tanquā confirmatus in bono, erectus in omni

in omni virtute, & paratus ferre subsidium cunctis ad ipsum A
confugientibus. Potestq; per suam stationē, diuinitatis ipsius
inuariabilitas designari, *Et clamabat* affectuosè, eloquen-
tissimè, ac securè prædicando. *Si quis sitit*, hoc est, spiritua- Eccl. vlti.
lia bona desiderat, gratiā cupit, fluenta doctrinæ, aquā sapi- Esa. 55.
entiæ apperit. De qua sitiscriptum est in Ecclesiastico, Animæ vestræ sitiunt vehementer. Apud Esaiam quoq; ait, Omnes sitientes, venite ad aquas, *Veniat ad me*, non corporali gressu duntaxat, sed & mētis humili præparatione, faciēdo quod in se est, fide quoque non hæsitanti, & oratione cōstanti, Vnde scriptum est in Iacobo, Si quis vestrum indiget
sapiētia & postulet à deo, qui dat omnibus affluēter, & da- Iacob. i.
bitur ei. Postulet autē in fide, nihil hæsitans. Ideo subditur:
Et bibat, hoc est, desideratam gratiam hauriat, spiritualiter B
recreetur, & refringeretur à me. Omnis quippe qui petit, ac
cipit. Propter quod in Apocalypsi dicitur, Qui sitit, veniat
& qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Quicunq; ergo mœ- Lucæ. ii.
stificatus indiget consolatione, qui fatigatus indiget confor Apo. vlt.
tatione, qui tribulatus indiget subuctione, recurrat integra
fide, ac humili mente ad Christum. Non cessans sperare in
eo, & proculdubio auxilium sortietur. Ipse enim verissimè
ait, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, &
ego reficiam vos. *Qui credit in me*, fide formata, ac plena.
Loquitur autem Christus ad literam de his, qui suo magiste-
rio stabiliter adherebant vsque passionem & pentecosten, Mat. ii.
sicut patebit, *Sicut dicit scriptura*, in prouerb. quantum ad
sensum, non quantum ad formam verborum. Ista allegatio Prou. 5.
refertur ad sequentia, *Flumina de ventre eius fluent aquæ vi-* C
uæ. ¶ Quomodo autem intelligendum sit hoc, Euangeli-
sta subiecit, nec debemus anticipare expositionem tanti in-
terpretis. *Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credē-
tes in eum*. Est igitur sensus. Flumina aquæ viuæ, id est, do-
na spiritus sancti, fluenta doctrinæ cœlestis, & gratiæ co-
piosæ ac multiformis, emanabunt de corde ipsius ad alios.
Vel de habitu & interiori actu, ad opera exteriora. Itaque
per flumina designantur dona spiritus sancti. Per aquam vi-
uam, ipse spiritus sanctus De quo dictum est, Qui biberit ex
aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam
æternam: Per ventrem verò, mens ipsa interna, in qua habi-
tat spiritus sanctus per dona sua, de huius modi etenim ven-
tre,

D tre ait Salomon in prouerbiis, Fili suscipe sapientiam, quę
Prou.22. pulchra tibi erit, cum susceperis eam in vẽtre tuo. Et Esaias,
Esa.16. Venter (inquit) meus quasi cithara ad Moab sonabit. Ex
Acto.2. mentibus ergo Apostolorum & aliorum, qui cum eis in die
1.Pet 4. Pentecostes spiritum sanctum receperunt, fluxerunt prædicta flumina per euangelicam prædicationẽ ad totum mundum: quoniam gratiam sibi diuinitus communicatam, in alios administrauerunt, sicut optimi dispensatores multiformis gratiæ dei. ¶ Præterea, quòd prædicta intelligenda sint de effusione spiritus sancti in signo visibili super apostolos,
Acto.2. & cum eis consistentes in die pentecostes, pandit Euangelista subdendo. N*ondum enim* quando Christus hæc prædi-
E cauit, E*rat spiritus sanctus datus* fidelibus, scilicet in tãta plenitudine, tamque euidenter, vt post resurrectionem, quando
Iohã.20. Christus dedit spiritum sanctũ in signo visibili. Primò, per
Acto.2. insufflationem ante ascensionem. Secũdò, per ignearũ apparitionem linguarum in die pentecostes. Fuit autem spiritus sanctus datus à principio mundi vniuersis electis, quoniam nullus sine gratia eius, sine donis eius, sine fide & charitate
2.Pet.2. saluatus est, & sancti patriarchæ atque prophetæ in magna copia gratiam spiritus sancti sortiti sunt, quemadmodum Petrus dicit, Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Nihilominus, Apostoli primitias spiritus sancti receperunt, quia præ cæteris sanctis antiquis exuberantius, euidentiusque repleti sunt spiritu sancto, & de mysteriis Chri-
F sti excelentissimè illustrati. Porrò, quod subditur aduertendum est diligenter: Causam enim cur spiritus sanctus non-
Acto.2. dum datus fuit, hoc modo assignans adiunxit. *Quia Iesus*
Rom.8. *nondum fuerat glorificatus*, id est à morte resuscitatus, atq; in corpore gloriosus effectus. In anima enim fuit glorificatus à principio incarnationis, presertim quantũ ad parte animę superiorẽ. ¶ Cur ergo spiritus sanctus datus non est plene, & in signo visibili ante Christi resurrectionem? Respondet Chrysostomus, quoniã talis cõmunicatio nõ debuit fieri, nisi per Christi passionẽ humano genere reconciliato. Augustinus verò dicit, q̃ ideo, vt per tam copiosam spiritus sancti receptionem, certissimè suspiremus ad patriam, ad futuram resurrectionem, ad beatam immortalitatem. Cuius Christus in seipso monstrauit exemplum, apparẽdo discipulis in vero

verò corpore veraciter glorificato. Sed literalis, vt arbitror A
ratio est, quoniam ad hoc datus est spiritus sanctus tam co-
Acto.2. piose in signo visibili, vt apostoli omni notitia scripturarum omnique vsu linguarum impleti, Christi euangelium vbique & constantissime prædicarent: & item, vt per igneas linguas figuratur, vt igneam legem essent prædicaturi, omniumque linguarum rationes docturi. Hec autem agenda non erant, nisi post resurrectionem, nam ante resurrectionem dictum est eis à Christo, In viã gentium ne abieritis Christus etiam Mat.10.
noluit suam maiestatem tam euidenter ostendere ante passionem, vt postea ne sua passio impediretur. Potest quoq; alia ratio addi, quia non decuit mẽbra tanta gratia decorari, nisi capite totaliter glorificato, omnique gratia accidentalis præmij adornato. *Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius.* qui erant pulcherrimi, atque vehementer B
notabiles. *Dicebant* (inquit) *Hic est vere propheta.* Secundum Lyram: per prophetam intellexerunt prophetam illum antonomatice dictum, de quo Moses scripsit, Prophetã suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, tanquam me. Sed eũ hoc dictum sit de Christo ad literam, & Euangelista nunc subdat. *Alii dicebant, Hic est* Christus, sequitur quod illi per prophetam non intellexerunt Christum dominum prophe- Deute.18.
tarum, sed prophetam simpliciter, quem vocabant verè prophetam, id est, diuinitus illuminatũ. Qui autem dixerũt, Hic est Christus, melius consideraverunt verba & opera Iesu. Qui verò dixerunt, Hic est verè propheta errauerũt, si prophetam sumpserũt in specie distinguendo prophetam contra dominum prophetarum Christum Iesum qui fuit pro- C
pheta, & comprehensor, saluator, & finis prophetarũ. *Quidam autem* increduli, volentes probare testimonio scripturarum quòd Iesus non esset Christus, *Dicebant nunquid à Galilæa venit* CHRISTVS? quasi dicat, A prouincia Galilææ Christus non est descensurus, nasciturus, seu aduenturus. *Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid & de Bethlem castello* id est, modica vrbe, vel castello, id est, domo. *Vbi erat* id est, habitauit & hortus est, *Dauid venit Christus?* Christus nasciturum esse de semine Dauid, prænunciatum fuit in Psalmo, De fructu vẽtris tui ponam super sedem tu- Psal.131.
am. Et apud Hieremiam, Suscitabo Dauid germen iustum. Hier.25.
Apud Esaiam quoque, Egredietur virga de radice Iesu, &c. Esa.10.

D Certum est enim, quòd Christus nõ descendit de stirpe Ie-
Mich.5. se, nisi per Dauid. Præterea quod Christus nascereturin
Bethlehem, per michæam prædictum erat & tu Bethlehem
Ephrata, ex te mihi egredietur qui fit dominator in Israel.
Quoniam ergo nouerãt Iesum nutritum in Nazareth vrbe
Galilææ, putabant quòd ibi natus fuisset, & per consequens
non esset Christus, *Dissentio itaque facta est in turba propter*
eum, diuersis diuersas sentientibus atque dicentibus. *Qui-*
dam autem ex ipsis voluerunt apprehendere eum, putantes quod
nec propheta, nec Christus esset, sed seductor. Erant enim
obstinati & pessimi, luminique rebelles, *Sed nemo misit super*
illum manus, quia noluit CHRISTVS, & eorum pro-
E uitatem repressit. *Venerunt ergo ministri* qui missi erant, vt
caperent Iesum, *Ad pontifices & pharisæos*, à quibus fuerant
missi, *Et dixerunt eis* (id est, ministris) *illi*, *Quare non adu-*
xistis eum (captum & vinctum?) *Responderunt ministri*, *Nun-*
quam sic locutus est homo, sicut hic loquitur, id est, tanta est sa-
pientia atque facundia oris sui, tam promptè, ordinatè & do-
ctrinaliter loquitur, quòd nemo ei similis fuit. Nec mirum,
cum ipse vnicum dei verbũ quod nõ laborat in verbo. Hinc
Iob.36. ait Psalmista, Diffusa est gratia in labiis tuis. Et in Luca le-
Iohan.1. gitur, Omnes mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant
Psal.44. de ore eius. *Responderunt Pharisæi*, *Nunquid & vos seducti*-
Lucæ.4. *stis*? id est decepti estis, putantes propter pulchritudinem
verborum eius, quòd sit propheta, aut Christus, Aliqui de-
cunt, quòd isti ministri, quanuis mala intentione accesse-
F runt ad Christum, tamen audiendo efficacissimam prædica-
tionem ipsius, immutati fuerunt à malo proposito, incipien-
tes aliqualiter bene sentire de eo. Vnde Pharisæi attendentes,
tes, voluerunt eos à fide Christi prorsus auertere, adiicien-
tes. *Nunquid aliquis ex principibus* id est, sacerdotibus &
scribis, per quos tunc regebãtur Iudæi, & doctores, & cete-
ris doctiores fuerunt, *Credidit in eum, aut ex Pharisæis*? quia
cæteris religiosiores vi lebantur: tanquam dicant, Nullus ex
doctis & magis atq; deuotis credit ei. *Sed turba hæc* (con-
rens post eum) *quæ non nouit legem*, (id est, vulgus indo-
ctum & ignobile) *maledicti sunt*, id est, miserabiliter fallu-
Iohã.1. tur, facile credens propter insipientiam suam & ruditatem.
Iohã.3. Totum mentiuntur Pharisæi, quemadmodum moris est Ie-
Iohã.12. dæorum, quos in tantum excæcat inuidia, vt siue per verba

siue per falsa, non cessent auertere alios ab eo quem odiunt. A
Nam & aliqui ex principibus crediderunt in Iesum, scilicet,
Nicodemus & Nathanaël legis lector. Infra quoque legitur
quòd multi ex principibus crediderunt in Iesum, sed & de-
notissimi Iudæorum iam crediderunt in Iesum. Pharisæi
quoque pleni erant hypocrisi, auaritia, ambitione, inuidia.
Turba quoque non fuit maledicta, sed prælecta, quemad-
modum fatur apostolus, Quæ stulta sunt mundi elegit deus, 1. Cor.4.
vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt con-
fundat fortia. Hoc ipse Saluator perpendens exultauit spiri-
tu sancto, & apud Lucam introducitur, & ait, Confiteor tibi Lucæ.19.
pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapienti- Mat.11.
bus & erudiẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Et Psalmista, Te-
stimonium (inquit) domini fidele, sapientiam præstans par-
uulis. Quanto ergo quis minus de seipso præsumit, quanto B
minus in propria subtilitate & scientia gloriatur, quanto-
minus alios vilipendit, tanto copiosius meretur illuminari à
Christo. Hinc quoque simplices & fœmine sint deuotiores
quàm multum literati viri, quia quò minus habent de excel-
lentia in naturalibus, eò humiliores sunt, & per consequens
pleniores sunt veræ sapientia, illa videlicet quæ est primum
donum spiritus sancti ex intima deuotione. Vnde Salomon
ait, Cum simplicibus sermocinatio dei. *Dicit Nicodemus ad* Prou.3.
eos, Ille qui venit nocte ad eum (puta ad Iesum, vt dictum est) *qui* Ioan.3.
erat vnus ex ipsis, id est, de numero principum & pharisæo- Ibidem.
rum, vt patuit. *Nunquid lex nostra iudicat*, hoc est, ad iudican-
dum per approbationem vel condemnationem docet. *Ho-*
minem nisi audierit ab ipso prius, id est, verba de ore eius audie
rit, *Et cognouerit* (per certitudinem) *quid faciat*? Vbertim e- C
nim in lege præceptum fuit, vt causa iudicandi inuestigare-
tur, audiretur, discuteretur, & vt ipse qui causam habuit sta-
ret coram senioribus, sacerdotibus vel iudicibus (quorũ fuit
iudicare) audiretur; ab eis, sicq; opera eius verè cognosce-
rent, hocq; Nicodemus inseruit, ne incautè dãnarent Iesum,
vel aliquẽ ab ipso auerteret, & vt induceret eos ad diligentẽ
aduertentiã, atq; præsentialem audientiam Christi, eõfidens
eos si hoc facerent cõuertendos ad Christum, sicut ipse iam
fuit conuersus ad eum, cuius tantã expertus fuit virtutẽ, sa-
pientiam eminentiamque in sermone. *Respoderunt pharisæi*
& dixerũt ei, (vtpote Nicodemus) *Nũquid & tu Galilæus es?*

Universidad de Deusto Biblioteca

D id est, à Iesu Galilæo deceptus, discipulusque illius effectus. *Scrutare scripturas*, id est, tu qui legis doctores, scripturas Mosi & prophetarum diligenter inquire per actualem considerationem, quas nosti per habitualem notitiam, *Et vide*, i. si hoc feceris ex scripturis oculo interiori videbis, *Quia propheta à Galilea*, id est, à tam vili terra & plebe, *Non surgit*, id est, non nascitur, non procedit, non ascendit. Mirabilis cæcitas pharisæorum, qui sic loquuntur acsi deus eligeret gentem, propter locum, & non potius locum propter gentem: & quòd asserunt à Galilæa non surrexisse prophetam patet falsum, de Helisæo propheta & Delbora prophetissa. Tobias quoq; (quem cõstat fuisse de Galilæa) prophetico spiritu fulsit, imò deus frequenter in vilioribus locis efficit opera magis præclara: vnde & Nazareth ciuitatulam Galilæ elegit pro loco cõceptionis & educationis. Bethlehé quoq; ciuitatulam Iudæ pro loco natiuitatis, non Romã caput mundi, neque Hierusalem Iudææ metropolim, ne exaltatio Iesu ac diuulgatio fidei Christianæ ascriberetur potẽtiæ ciuium vel eminentiæ loci, aut alicui causæ naturali, sed in omnibus agnoscatur opera diuinitas, cuius virtute & cooperatione scimus inualuisse fidem catholicam, Christianamque legem. *Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam*. Nã propter prædictas dissensiones solutum est eorum consilium.

3.Reg.19.
Iudiciũ.4.

E

¶ Elucidatio Cap. VIII.

F *Iesus autem perrexit in montem Oliueti.*

ARTICVLVS XXI.

Vid post facta ac documẽta in precedenti capitulo recitata egerit atque docuerit Christus, Euangelista explanat. *Iesus autem perrexit in montem Oliueti*, qui propter oliuas illic nascentes & abundantes sic dictus est. Apud Lucam habetur, quod Iesus exiens noctibus morabatur in monte qui dicitur Oliueti. Apud Matthæum verò & Marcum legitur, quòd egressus à Hierusalem abiit in Bethania, cum duodecim. Quo ergo nunc dicitur perrexisse in montem Oliueti, intelligendum est, vel quia intrauit domum Marthæ in Bethania, quæ

Iohan.7.
Lucæ.12.
Matth. 21.
Marc.11.

fuit iuxta præfati montis radices, vel quia ad tempus morabatur in monte hoc vacando orationi in loco quieto & separato, non quòd indigeret huiusmodi adminiculo, sed vt cunctis fidelibus, & præsertim prædicatoribus daret exemplum quærendi locum solitarium orationi, contemplatioque aprum post prædicationem, vt ibi recolligerent semetipsos, idem quoq; facerent ante prædicationem, quoniã ordinatus modus prædicandi consistit, primo per orationem ad deum recurrere pro illustratione sapientiæ suæ, & omnium vanitatum & imperfectionum euitatione, vt quòd orando hauserunt, prędicando diffundant. *Et diluculo iterum venit in templum*, quia vt alibi ait, in his quæ patris sui erant oportuit eum esse, in quo zelus suæ dilectionis quem habuit ad populum Iudęorum, quemadmodum ait, Hierusalem Hierusalem, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. *Et omnis populus venit ad eum*, maximè vulgus. Iam enim celeberrima fuit fama Iesu in doctrina & eloquentia, in sanctitate, & in signis. *Et sedens* (in templo) *docebat eos*. *Adducunt autem scribæ* qui doctiores fuerunt, *Et pharisæi*, qui videbantur religiosiores: vnde & isti cum fuerint vani: nomen scientiæ & sanctitatis affectantes, specialiter Christo inuiderunt, eo quòd in sapientia & sanctitate eos excederet, non solum secundum veritatem sed & secundum populi reputationem. Amatores etenim excellentiæ ac laudis humanæ, inuident iugiter his qui eis excellentiores vel pares videntur, timentes ne sibi præferantur. Adducunt itaque *Mulierem in adulterio deprehensam*, Cur non adduxerunt adulterum, cum eandem pœnam meruerit? dicunt aliqui, vt facerent populo æstimationem, quòd fuit discipulus Iesu: sed hoc est magis in contrarium. Cum enim studuerint Christum diffamare, si inuenissent aliquem discipulorum eius in tanto facinore, illum maximè publicassent ac produxissent in medium, quatenus crimen discipuli in magistrum redundaret. Quemadmodum enim filius sapiens est gloria patris, sic bonus discipulus est honor magistri. Forsitan ergo adulter euasit manus eorum, vel muneribus eos placauit. Sed potius reor, quòd ideo fœminam adduxerunt, non virum, quia optabant vt Iesus parceret delinquenti, indicando vt dimitteretur adulterans, sicque accusarent eum de legis transgressione, quoniam lex iussit huiusmodi lapidare

A

Ibidem.
Iohan.1.

B

Lucæ.2.

Lucæ.13.

C

Pro.10.
Prou.15.
Iob 9.
Leuit. 20.

Universidad de Deusto Biblioteca

D dare. Consuetudinarium est iudicibus, fœminis magis occupati, faciliusq; indulgere quàm viris, quia & cæteris partibus minus peccant in eodem genere culpæ quàm viri, cum sit in eis fragilitas maior, carnalitas fortior, intellectus debilior, propter quod mulier nomine carnis frequenter exprimitur in scripturis, Et *statuerunt eam in medio templi* (vel populi coram Christo) *& dixerunt*, *Magister*, blande & reuerenter, fraudulẽto corde loquuntur, vt Iesus minus caueat se ab eis, magistrumque nominant, cuius noluerunt esse discipuli. Tales sunt multi vulpini obseruatores deo odibiles, à quibus tunc magis cauendum est, dum amplius se humiliant, arrident, & applicant. Vnde scriptum est. Ne credas inimico tuo
Eccle. 12. in æternum, quoniam septem doli in corde eius. *Hæc mulier*
E *modo deprehensa est in adulterio*, id est intenta in crimine, propter quod excusationi locus non patet. *In lege autem Moyses*
Leuit. 20. *mandauit nobis huiusmodi lapidare*, id est, actibus saxorum occidere. *Tu ergo* qui in aliquibus non seruas legem, quam vim dispensandi habens, & dominus legis *Quid dicis eis* agendum cum ista nepharia? *Hæc autem dicebant tentantes eum*, id est intentione fallendi, experiri volentes quid diceret, vt possent accusare eum. Proposuerunt enim sibi quæstionem, cuius responsio pro vtraque parte increpabilis videbatur, quia si respondisset quòd dimitteretur, accusarent eum de Mosaicæ legis destructione. Si verò iudicasset, quòd occideretur, obiicerent ei, quòd cõtra propriam faceret prædicationem, quia in omnibus misericordiam docuit, non rigorem iustitiæ: magis tamen optabant, quòd iudicaret eum
F dimitti, quia sic grauius videretur redarguendus. *Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra*. Per hoc designauit quatuor. Primo, quòd ad mulierem peccatricem inclinauit suam clementiam. Secundo, quòd à malitiosis accusatoribus auertit suę pietatis respectum, quasi detestans eorum calliditatem. Tertiò, quòd sententia non sit subito & ex prouise promenda, sed cum deliberatione matura. Quarto, quod iudicium proferendum sit secũdum scripta, vel prius scribendum, deinde publicandum: quòd in pluribus locis populis obseruatur. Quid autem scripserit non refert Euangelista: sed aliqui dicunt, secundum quod tactum est, quod scripsit, id quod postea protulit. Alij dicunt, quòd scripsit eorum peccata, vt propria peccata videntes, erubescerent.

Quidam

Quidam affirmant, quòd scripsit hæc verba, terra iudicat terram, id est, peccator peccatorem. *Cum autem perseuerarent* A
(in studio decipiendi) *interrogantes eum* (quid iudicaret) *erexit se*, non corporaliter tantum, sed & spiritualiter ab humili taciturnitate ad magnæ authoritatis sublime ac iudiciale
Acto. 10. eloquium. Porrò, si Christus à deo iudex omnium constituus, tam morosus fuit ad iudicandum de alio, etiam in manifestis, cur nos tam proni sumus ad iudicandum de alius etiam non commissis & subditis, & hoc in causis incertis parauisque rebus? Et *dixit eis, qui sine peccato* (mortali) *est vestrum*. Sine venialibus enim nemo est, nisi forte ad horulam. Propter venialia quoque non sit homo ad iudicandum, seu puniendum magnos excessus indignus, *Primus in illam lapidem mittat*, id est, si imò vultis vt secundum legis rigorem punia- B
tur, secundum congruum ordinem iuris. Decet enim iustitiã à iustis exequutioni mandare. Si igitur aliquis vestrum est, qui legem transgressus non est, ab illo præuaricatrix legis debitam pœnam recipiat.

¶ O ineffabilis prudentiæ responsionem, ex ore æternæ sapientiæ profluentẽ, in qua vtiq; responsione, sic tẽperata est iustitia per misericordia & econtra, quòd nullatenus potuit iudicans reprehẽdi. Quod enim dixit, qui sine peccato est vestrũ, primus in illam lapidem mittat, ad iustitiã pertinebat, ꝙ verò per talem sentẽtiã peccatricem de manu illorũ eripuit, misericordiæ fuit. O quàm facillimè sapientia dei, Christus
1. Cor. 1. dominus, laqueos sibi expansos dissoluit, secundũ quod Salo
Proue. 21. mon ait, Non est sapientia, non est prudẽtia, non est consiliũ C
contra dominũ. Et *iterũ se inclinans scribebat* in terra: reiteratio facti cõfirmationis extat iudiciũ, seriositatisq; signũ. At verò secũdo scripsit idem quod primo, non penitus certum. Et aliqui dicunt, ꝙ primo scripsit sententiã. Secundò, scribarum ac pharisæorũ peccata, vt cõsiderantes propria crimina desisterent à lapidatione adulteræ, atq; seipsos corrigerent. Dicitur quoq;, quòd non scripsit omnia hæc quasi per singula verba, sed aliquem tractum seu figuram depinxit in terra, in qua illi viderunt sua peccata representata quasi in signo.

¶ Quæritur, quomodo Iesus scripsit in terram cum fuerit in templo pauimentum habente? Et respondendũ, quod terra frequenter accipitur pro quacunque re terrestri, in qua elementum terræ prædominatur: quemadmodum olim homini

Universidad de Deusto Biblioteca

D mini dictum est, Terra es: Si ergo super lapides scripsit, quo-
Gene. 3. modò scripsit in tam dura materia? Dici potest, quòd materia cessit ei, vel quòd aliquid humoris ac pulueris superiacuit pauimento, in quibus scripsit. Secundum Bedam, ideo Christus se rursus inclinauit & scripsit, vt vultũ ab illis sua responsione confusis diuertẽdo, daret eis exeundi libertatem. Denique, iuxta Bedam, per hoc quòd Christus ante prolationẽ sentẽtiæ, & statim post eam scripsit in terra, docemur, vt antequam fratrem vel proximum iudicemus, & postquam eum corripuimus ad nosipsos mentis oculum conuertamus, discutiendo conscictias proprias, ne forte in similibus, vel grauioribus vitiis simus culpabiles. *Audientes autem scribæ & pharisæi* (sententiam Christi) *vnus post alium exibant* de templo:
E nam voce saluatoris velut telo, quodam percussa, confusa, & victa erant corda eorum, agnoscentium propria scelera, ideo verecundia quadam perfusi cum se inuicem aspexissent deiecto capite egrediebantur, Et *remansit solus, & mulier in medio stans.* Quomodo solus remansit cum nec discipuli eius, nec populus videatur egressus, nisi cum eo vel post eum? Dicendum, quòd mansit solus, id est, sine prædictis insidiatoribus, & mulier in medio stans, quia incerta fuit adhuc quid Iesus iudicaret de ea. *Erigens autem se Iesus* per quam erectionem suæ pietatis designatur respectus, *Dixit ei* interrogando non ex ignorantia, sed vt ad verba mulieris cõuenientius re-
Psal. 144. sponderet, *Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit?* id est, lapidandam determinauit. *Quæ dixit, Nemo domine.*
F Quia confusi abierunt, qui eam accusauerunt. *Dixit autem Iesus* cuius miserationes super omnia opera eius, quæ
Lucæ. 19. venit quærere & saluum facere quod perierat, *Nec ego te condemnabo*, id est, lapidandam dictabo, & si pœnitentiam egeris non te condemnabo in hora mortis tuæ, nec in die iudicii. *Vade* non solum corporaliter recedendo, sed à priscis
Psal. 83. nis malis te elongando, statum immutãdo, de virtute in virtutem eundo. Et *amplius noli peccare*, id est, peccato non con-
Tob. 4. sentias, sed firmum propositum non peccandi habe. Vnde ait alibi Saluator, Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiã. Itaque quòd dixit, nec ego te condemnabo, im-
Matt. 9. fericordiæ fuit: quòd verò adiecit amplius noli peccare, fuit iustitiæ. Dimisit ergo Saluator piissimus mulieri huic pœnam & culpã, sicut & latroni in cruce. Veruntamẽ, ista forma absoluendi

soluẽdi non est ad imitationem trahenda, sed satisfactio imponenda est cõfitenti secundum exigentiam culpæ. Christus A
Luçæ. 23. autem habuit potestatem excellẽtiæ in sacramẽtis, potuitq; sine exteriori satisfactione tantæ contritionis gratiã peccatrici huic infundere, quòd sufficiebat ad remissionem culpæ pœnæque. Et forte præuidit, quòd mulier tam efficaciter emendaturã fuit vitam suam, quòd non oportuit ei specialem satisfactionem imponere. *Iterum ergo loquutus est eis* puta discipulis, populo & cunctis qui aderant. *Ego sum lux mundi.* Hoc Christus adiecit ad ostendendum, quòd sua absolutio, qua absoluit adulteram, fuit idonea, eo quòd ipse sit lux mũdi, ignis purgans, illuminans atque perficiens.

¶ Deniq; Christus, secũdũ quòd deus est lux increata, æterna, infinita, superessentialis, fontana, omnem mentẽ creatam B
intus illustrans lumine naturæ, gratiæ vel gloriæ. Secundum naturam quoq; assumptã est lux mundi, id est, hominum vniuersorum. Lux inquam participata non substantialiter, sed propter plenitudinem gratiæ, sapientiæ & sanctitatis sibi infusæ, de cuius plenitudine accipiendo illuminamur ab eo. Il- Iohan. 3.
luminauit autẽ mundum docendo, cõuersando, miracula fa- Iohan. 1.
ciendo. Apostolis quoque ait Saluator, Vos estis lux mundi, Baruch. 3.
sed illi erant lumina particularia & ministerialia seu instru- Matt. 5.
mentalia, quoniam vnusquisque eorum aliquam partem hominum illustrauit, tanquam minister summæ lucis. Christus verò est lumen vniuersale ac principale, tamen vt homò fuit lumen instrumentale: sed aliter, quàm cæteri sancti, quia humanitatis Christi est instrumentum diuinitatis proprium & C
coniunctum, quemadmodum caro est instrumentum animæ eam informantis. Alii autem sancti sunt instrumenta separata diuinitatis atque communia, sicut securis est instrumentũ artificis, *Qui sequitur me* per fidem, dilectionem & operum exhibitionem, quod ad omnem pertinet Christianum: iuxta illud, Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambu- 1. Iohã. 2.
lauit, & ipse ambulare. Et Paul° ad Ephesios, Imitatores dei Ephesi. 5.
estote, & ambulate in dilectione, sicut & Christ° dilexit nos. *Non ambulat*, id est, non conuersatur, nec viuit, nec oblectatur, *In tenebris* ignorantiæ & peccati, de quibus tenebris ha- Psal. 34.
betur in Psalmo, Fiant viæ illorũ tenebræ & lubricum. Hinc itaq; via, id est, conuersatio impiorum dicitur tenebrosa, via autem iustorum clara & luminosa, secundum quod Salomon asserit,

D asserit, Via impiorũ tenebrosa, nesciunt vbi corruunt. Iusto-
Prouer. 5. rum autem semita quasi lux splendẽs procedit, & crescit vsq;
Psal. 35. ad perfectam diem, *Sed habebit* pro præmio huius imitationis *Lumen vitæ*, id est, lumen gloriæ sempiternæ in patria, de quo canit Psalmista, In lumine tuo videbimus lumen. Habebit quoque in patria pro obiecto & præmio obiectali lumen increatum, sanctam & superbenedictam trinitatem quæ est origo omnis vitæ naturalis, gratiosæ & gloriosæ.

¶ Insuper qui Christum sequitur nunc, habet vitæ lumen, videlicet Christum, per fidem, spem & dilectionem, quem in patria habiturus est per speciem, id est, per claram visionem, tentionẽ & fruitionẽ, quæ sunt tres dotes animæ correspondentes tribus virtutibus theologicis. His nanque virtutibus
E & dotibus habemus, tenemus & possidemus deum in præsenti & in futuro: quoniam deus sublimis & benedictus, tam amorosus & liberalis cõsistit, quòd præstando nobis dona sua præstat seipsum, ita vt fiducialiter, veraciterque dicamus, deus noster, & deus meus. Itaque qui nõ sequitur Christum, currit, & pertinget ad tenebras gehennæ: qui vero sequitur eum, currit atque peruenet ad lumen vitæ, claritatemq; pa-
Esaiæ. 6. triæ, quemadmodum Esaias promisit, Non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam: quoniam Christus hoc loco asseruit, Ego sum lux mundi. Manichæi dixerunt, quòd Christus esset sol, iste visibilis: quod quàm stultum sit non oportet probare.

¶ Postremo sciendum, quòd cum ratione luminis sit manife-
Ephesi. 5. stare seu clarificare, iuxta illud Apostoli, Omnia quæ argu-
F untur, à lumine manifestantur: idcirco lumen seu lux proprie dicitur in spiritualibus ac diuinis, quoniam manifestatio maximè spectat ad intellectũ, in quo est veritatis inspectio. Hinc ergo deus dicitur lux per essentiam, quia ab ipso omnis deriuatur cognitio, & nulla creatura est lux secundum perfectam lucis proprietatem ac rationem, sed solus deus. Omnis enim creatura habet aliquid tenebrositatis, defectibilitatis, & imperfectionis admixtum cũ sit depẽdens, finita & indigens: Deus vero gloriosus & fortis sic lumen est, vt non sit in eo aliquid non luciditatis seu imperfectionis vel ignobili
1. Iohã. 3. tatis. Propter quod ait Iohãnes in prima sua canonica, Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. *Dixerunt ergo ei pharisæi*, Iam dictum est, quòd scribæ & pharisæi, qui adulteram adduxerunt

adduxerunt egressi sunt. Isti igitur pharisæi, de quibus nunc A
agitur, alii fuerunt ab illis. *Tu de teipso testimonium perhibes* laudando tuã personam sublimi præconio, quasi nullus propheta vel patriarcha commendauit seipsum. *Testimonium tuũ non est verum*, id est, ratum & efficax, sed increpabile & suspectum, cum homo non sit bonus iudex suiipsius: nec mora
le est, laudare seipsum, cum Salomon protestetur, Laudet te
alienus, & non os tuum, extraneus & non labia tua, vnde A- Prou. 27.
postolus, Non qui seipsum commendat ille probatus est. Id- 2. Cor. 10.
circo cum Paulus commendasset quodammodo semetipsum, 2. Cor. 12.
subiunxit, Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari. ¶ Sed cum hæc ita se habeant, quomodo saluatur quòd Christus (cuius omnis actio nostra est instructio) recommendauit seipsum? Et respondendum, B
q̃ nõ solum, Christus, sed & multi sanctorũ Christo vtriusq; testamenti testimoniũ perhibuerunt de se, & laudauerũt seipsos, non propter laudem humanam & gloriam vanam, sed ad dei honorem, & aliorum instructionem. Sic nanque prophetæ scribũt reuelationes sibi diuinitus factas, & quomodo deus vel angeli eis loquuti sunt. Et tale testimonium efficax fuit, quia ex multis aliis patuit verum esse quod asseruerunt videlicet ex sanctitate conuersationis & miraculis, ex affectu impletionis, aliisq; diuersis indiciis certis: & ita non ipsi dũtaxat, sed & deus perhibuit testimoniũ eis. Simili modo testimonium Christi de seipso efficacissimum fuit, quia ex emi-
nentia suæ sapientiæ ex magnis ac infinitis suis prodigiis, ex C
sanctimonia vitæ, multisque aliis patuit eum esse virum sanctum & iustum, omni fide dignissimum. Authoritates verò præmemoratæ intelligẽdæ sunt secundum communem cursum, & de his quibus aliunde testimonium siue præconium non perhibetur. Item q; de laude ad seipsum nõ ad dei honorem, proximorumq; vtilitatẽ relata. Talis etenim laus procedit ex bonitate non ex charitate. ¶ Præterea ratio curtestimoniũ & præconiũ à seipso prolatum nõ est idoneum, hęc est, quoniã cognitio hominis de seipso est sepe incerta & fallax propter inordinatũ atque priuatum affectũ ad se, propter quod homo in multis cõplacet sibi, in quibus displicet aliis. Et quanuis cognitio sui sit aliquando certa, tamen iudicium ex affectu prefato frequenter peruertitur: iuxta illud, Amor & odiũ, peruertũt iudicium. Illud ergo iudicium firmum est, quod

D quòd ex certitudine notitiæ, & rectitudine affectionis emanat. Christus autem, virtus & sapiẽtia patris pefectè cognouit, & iuste amauit seipsum in omnibus: ideo testimonium suum de se extitit firmum, propter quod subditur. *Respondit Iesus & dixit eis*, E *si* (id est, quãuis) *vel quia*, *Ego testimoniũ*
Eccle.9, 1.Cor.1. *perhibeo* (id est, do) *de meipso, verum est testimonium meum, quia scio* scientia increata comprehensiue atque creata apprehensiue, *Vnde* (id est, à quo) *veni* vtpote deum patrem à quo natus sum ab æterno, & à quo sum missus in tẽpore. *Et quo vado*, id est, eundem patrem ad quẽ cito reuertar ascendẽdo ad cœlum, & per consequens cognoscẽ meipsum, nec inordinate ad meipsum afficior, quia cognitio ista non est informis, nuda & defectuosa Dum enim principiũ rei & finis eius co-
E gnoscitur, ipse quoque cognoscitur. ¶ Oportet scire, quòd Christus secundum vtranque naturam, exiuit & venit à patre, ita quòd pater secundum vtrãque naturam est principiũ Christi, origo, & fons, sed reuerti ad patrem, tanquam ad finem non competit Christo, nisi secundum naturam humanam, qua minor est patre, & distabat ab ipso quãtum ad corporis passibilitatem, reditque ad eum à quo secundum diuinitatẽ nusquã recessit. Nihilominus vnigenitus filius secũdũ diuinitatẽ quoq; ad patrem conuertitur per contemplationẽ ac dilectionem: sed non per dependentiam, sicque conuertitur ad patrem, tanquam ad obiectum æquale, non tanquã ad
Prou.16. fidẽ superiorẽ, sed ipse, & pater ac spiritus sanctus sunt vnus
F finis, in quem ordinanda sunt omnia, quoniam omnia propter seipsum operatus est dominus, vt Salomon ait. *Vos autem nescitis vnde venio* patrẽ à quo æternaliter gignor, & per incarnationem missus sum, imò continuo mittor, quoniam quicquid ago ex eius inspiratione inclinatione que ago. Fuit quippe anima Christi donis spiritus sancti summe repleta, per quæ in omni actione monebatur à deo, *Aut quo vado*, id est, terminum ad quem tendo nescitis, videlicet patrem, seu corporis glorificationem, & sessionem ad dexteram patris, regnationemque in cœlis. Idcirco, non potestis bene iudicare de me cum non agnoscatis me quem purum hominem æstimatis, propterea sequitur, *Vos secundum carnem iudicatis*, id est, secundum ea quæ foris apparent, secundũ sensum carnalem & vitiosum affectum, non secundũ rectam rationem,
Ioh.7. Esa.53. & spiritus sancti directionẽ. Vnde superius dixit, Nolite secundum faciem iudicare. Quoniam enim viderunt Iesum ho A
minibus similem foris, quantum ad corporis veritatẽ, passibilitatẽ, cæterosque in detrahibiles defectus, putabãt quòd esset homo purus, neque liceret sibi de se testimoniũ ferre, *Ego non iudico quenquam* Quid est hoc? Nonne dicendo ego sum lux mundi, iudicauit seipsum iudicio approbationis, & discretionis? Itemque dicendo, Vos secundum carnem iudicatis, iudicauit pharisæos iudicio reprobationis seu redargutionis? Superius quoq; dixit Saluator, Pater nõ iudicat quẽ- Iohan.5.
quam, sed omne iudicium dedit filio, Sed horum solutio, ali- Iohan.3.
qualiter patet ex his quæ dicta sunt super illud, Nõ enim misit pater filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. In primo enim suo aduentu nõ exercuit Christus iudicium cõdemnationis & remunerationis, sed discretionis & increpationis ordinate, ad emẽdatio B
nem non ad pœnam. Itaque ait, *Ego non iudico quenquam* in primo meo aduẽtu, iudicio finalis reprobationis ac remunerationis, quia hoc fiet in secundo aduẽtu. Quidam exponũt sic. ego non iudico quenquam, eo modo quo vos ô Pharisei puta secũdum carnem. Quod autem Christus aliquo modo iudicauerit, constat ex eo quod subditur. *Et si*, id est quanuis, & quia *Iudico ego*, id est, sententiam diffinitiuam profero de meipso ac aliis, id est, quanuis iudicium discretionis enuntio inter bonos & malos discernendo, *Iudicium meũ* (tale) *verum est* (id est, rectum & efficax) *quia non sum solus*, id est, sine teste, & coniudicante, *Sed ego* (sum testans ac iudicans) *& qui misit me pater* id est, deus pater mecum, & in me C
est mihi contestans, atque coniudicans. In trinitate enim nõ est solicitudo, quoniã vnaqueq; persona est in alia circũincessibiliter, & inseparabiliter, & opera trinitatis sunt indiuisa. Omne quoq; quod egit Christus secundum naturã assumptam, egit virtute dei patris, imò totius trinitatis operantis per ipsum. Si ergo deus pater approbauit, & cõtestabatur verum esse quicquid filius in humanitate iudicauit, propter quod filius in iudicando non fuit solus, nec sine teste & iudicante. Ex his Christus ostendit authoritate legis, & per locum à maiori, quòd testimonium suum fuit idoneum. *Et in lege vestra*, id est, à vobis per Mosem data *Scriptum est quia duorum hominũ testimonium verum est*, id est, verum reputatur, & firmitatem sortitur. Hoc sumptum est eo quòd Mo- Deut.19.
ses

D ses ait, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbũ.
Mat.12. In rebus enim requirenda est certitudo secundum qualitatẽ
2.Cor.13. materiæ subiectæ, secundum Aristotelem & Boetium. Vnde
Hebr.13. in Actibus humanis vbi nõ est certitudo demõstratiua, suffi-
3.Reg.21. cit vt sint duo testes. Quãuis enim duo mẽtiri possint in testificando, hoc tamen non contingit de facili, & frequenter: propterea quod ait duorum hominum testimonium verum est, non est sic intelligendum quod sit semper verum,
Dan.13. sed quia reputabatur idoneum. Neque enim verum fuit testimonium duorum filiorum Belial, ad quorũ testimonium lapidatus est Naboth neque duorum senum contra Susanam, neque duorum qui in passione contra Christum testati sunt,
E dicentes, Nos audiuimus eũ dicentem. Possum destruere tẽplum dei, Ego *sum qui testimonium perhibeo de me ipso ego in-*
Mat.3. quiens, sum lux mundi Et *testimoniũ perhibet de me, qui misit*
Mat.17. *me pater* qui in baptismo, & transfiguratione dixit de me,
Mar.1. Hic filius meus dilectus, & per operia miraculosa in nomine
Marc.9. eius facta testimonium perhibet mihi. Itemq; per prophe-
Lucæ.3. tarum scripturas, & aliis pluribus modis Di*cebant ergo ei,*
Vbi est pater tuus? Putabãt Iesum loqui de patre carnali, ideo ex contemptu, cum irrisione interrogant, vbi nam sit, quasi dicant, Tu scis, q̃ pater tuus sit tecũ, & nos non videmus eũ hoc loco ne ergo videaris mẽtitus, dic vbi nũc sit? Sed quoniam malitiose & infideliter quæsierunt: ideo dominus non respõdit eis directe ad interrogatum, præsertin, quoniã deteriores facti fuissent ex respõsione aperta, sicut infra patebit, R*espondit Iesus, neque me scitis* i. non vere & intellectua
F liter me cognoscitis, præcipue secũdum diuinitatem, nec etiam, secundum humanitatem vt à verbo assumptã: quia putatis me purum hominem ex carnali cõmixtione progenitum, & vitiis subiacentem ad instar cæterorum. Nouerũt ta-
Iohan.6. men Christum quantum ad physiononiã, seu facialem notitiam, sicut superius dixit, & me scitis, & vnde sim scitis, sed hæc erat omnino incompleta notitia, N*eque patrem meum*, quanuis enim Iudæi noscerent patrem per fidem secundum rationem deitatis, vel quoad id quòd est deus, non tamẽ secundum proprietatẽ paternitatis, hoc est, sub ratione relatiua. Non enim habuerunt hi expressam fidem de trinitate, & quoniam pater & filius sunt correlatiua, quorũ vnum per aliud diffinitur atque cognoscitur. Idcirco qui nescit filium,

nescit & patrem & viceuersa. *Si me sciretis* fideli ac interio- A
ri notitia, sentiẽdo de me, quia sim filius dei ac virginis, F*or*
sitan & patrem meum sciretis eodẽ modo quo me Cognitio
nanque vnius correlatiui, depẽdet ex cognitione alterius,
quoniã per se inuicẽ diffiniuntur, sicut dum dicim⁹ pater est,
res habens filium, vel qui de sua substãtia genuit filiũ. Filius
quoque est res habens patrem, vel ex substantia patris geni
tus. ¶ Quod ait forsitan, non dicitur dubitatiue, sed ad desi-
gnandum arbitrij libertatem in credendo, & vt discamus so
brie non pertinaciter loqui. Imò hæc dictio forsitã, sæpe po
nitur in scripturis increpatiue non dubitatiue, vt cum dicitur
in Iob, Tu forsitan cum deo fabricatus es cœlos. Hi ergo Iu- Iob.17.
dæi nullam diuinam personam nouerunt secundum esse rela
tiuum, sed secundum esse absolutum, quoniam nouerãt deũ B
per fidm, qui est substãtialiter quælibet diuina persona, ac
trinitas tota, ꝓpter quod fertur in psalmo, Notus in Iudæa Psal.37.
deus. H*æc verba loquutus est Iesus gazophylatio* Gazaphy-
latium aliquãdo sumitur pro archa, in qua oblationes pro
ministrorum templi sustentatione, ac templi reformatione
ponebãtur. Aliquando vero, ꝓ loco vel ædificio, in quo fuit
repositorium tale, sic modo accipitur, D*ocens in templo* quod
est aptus locus pro cultu, opereque diuino. E*t nemo* (aduersa
riorum) *apprehendit eum* quanuis hoc sæpe proposuissent,
Quia necdum venerat hora eius, id est, tempus passionis domi-
nicæ præordinatum, ante quod Iesus noluit cõprehendi, Si-
cut enim oblatus est, quia voluit, sic ante prædictum tempus
captus non est, quoniam noluit. C

Epositio sequentis patris huius Cap.
Ego vado & quæretis me.

ARTICVLVS. XXII.

D Ixit ergo iterum eis Iesus, E*go vado* i. per passio-
nem, resurrectionẽ, & ascẽsionem reuertor ad pa Esa.52.
trem, secundum naturam assumptam, cui competit
ire atque redire, E*t quæretis me*, i. sæpe ante tempus passioni
præfixum queretis me capere & occidere Vel queretis. i. no
men meum, & fidem Christianam queretis extinguere, secũ
dum quod dictum est à Hieremia in persona vestra, Erada-
mus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur Hie.11.
vltra: vel quæritis me, id est, me in mẽbris meis persequuturi

D estis post passionem, tribulando apostolos, cæterosq; primi
tiuæ ecclesiæ filios, vnde & Paulo persequente loquutus est
Acto.9. Iesus. Quid me persequeris? Et *in peccato vestro moriemini* for
maliter, id est, peccatum vestrum cõtra me erit mors animæ
vestræ, quia mortale fuit, & causa dãnationis vestræ. Vel in
peccato vestro moriemini, morte corporali, id est, vsq; in fi-
nem perseuerabitis in peccatis, tãquam indurati in malo: vel
in peccato vestro moriemini, id est, propter peccata vestræ
pfidiæ & persecutionis, in me occidemini à Romanis, quẽ-
Hier.5. admodum factum est tempore Titi, & Vespasiani. *Quo ego
vado*, puta ad patriam, patrisque dexteram sessurus in thro-
no gloriæ eius. *Vos non potestis venire* quãdiu estis tales quã-
les nunc estis. Peccata enim vestra separant inter deũ & vos,
E & ipsa prohibent bonum à vobis. *Dicebant ergo Iudæi, Num-
quid interficiet semetipsum, quia dicit quo ego vado, vos non pote-
stis venire?* id est, tam stultè loquit vt verisimile sit, quòd occi
det seipsum. Ecce quanta peruersitas! atque insania. Quid e-
nim consequentiæ habet, vadit quò nos non possumus eum
sequi, ergo interficiet se, imò interficiẽtem se poterãt sequi
inferendo sibiipsis mortem nephariam. Passionati enim, &
inuidi, omnia interpretantur in peius. Et *dicebat eis, vos de de-
orsum estis*, i. de massa originali peccato infecta, de semine li-
bidinoso, de cõuersatione terrena, & infinis reb⁹ inhęretis
1.Ioh.3. vel de deorsum estis, id est, ex diabolo nati, non per creatio-
Sapien.2. nẽ vel susceptionem naturæ ab illo, sed per immitationẽ suę
malitiæ, Vnde prima Iohannis dicitur, Qui peccat, ex diabo
lo est. Et per sapientiam, Imitantur autem illam, quæ sunt ex
F parte illius. Ipse nẽpe est pater super omnes filios superbiæ,
Ego de supernis sum, id est natus à deo patre & per incarna-
tionis mysterium descendi à summo cœlo. Corpus quoque
meum supernaturaliter à spiritu sancto formatum est, ex pu
rissimis virginis sanctæ sanguinibus. *Vos de mundo hoc estis*,
id est, de numero hominum mundanorũ, de generatione ma
lorum, & pertinetis ad corpus diaboli, de quo mũdo Iacob⁹
dicit, Amicitia huius mundi inimica est deo. Et Iohannes,
Iacobi.4. Mundus (inquit) totus in maligno positus est. Nouerat enim
1.Ioh.5. Christus, quòd hi pertinebant ad vasa ire, nõ ad numerum
electorum, secundum quod infra testatur, Ego scio quos ele
gerim, *Ego non sum de hoc mundo*, i. ad secularium hominũ
societatem non pertineo, nec aliquid mũdanæ vanitatis aut
prauitatis in me habeo. Denique Christus, secundum quod A
deus non est de mundo, sumendo mundum pro toto vniuer Iohã.13.
so creato, cum non sit pars eius sed conditor, sed & secũdum
humanitatem verbo vnitam, non est de mundo, id est, aliqua
naturali virtute cõceptus & genitus, sed de spiritu sancto.
Cæteri quoque electi non sunt de mundo, ita quòd ad mun-
danorum ac reproborum non pertinẽt sortem: secũdũ quod
infra loquitur Christus. Quia de mũdo non estis, sed ego
elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. *Dixi ergo
vobis, quia moriemini in peccatis vestris*, id est, quia ad reprobos
pertinetis dixi, quia in peccatis finaliter perseuerabitis atq;
peribitis, quod dictum est quantum ad certitudinem prædes-
tinationis, per quam non aufertur libertas hominibus, vn-
de, ne omnem spem eis auferret coditionalem, adiecit, *Si* B
enim non credideritis fide per dilectionem operante, *Quia* Galat.5.
ego sum, qui verum plenumque esse habeo, id est, deus ve- Psal.101.
rus, cuius principium ac proprium nomen est esse: vel qui Exod.3.
est. qui olim dixi ad Mosem, Ego sum qui sum: hæc dices fi- Heb.11.
liis Israel, Qui est misit me ad vos. Deus nanque est vnum
esse ideale ac separatum, in quo est omnis plenitudo, perfe-
ctio, nobilitasque essendi, *Moriemini in peccato vestro* quo-
niam sine fide impossibile est placere deo. Vel sic, Si nõ cre
dideritis, quia ego sum, quem me esse dico, videlicet Chri-
stus vobis promissus, moriemini in peccatis vestris, quem-
admodum Moses ait Omnis qui non audierit prophetam il-
lum, exterminabitur de populo suo. *Dicebant ergo ei, Tu quis
es?* id est, cuius authoritatis, qualis & quantus, vt in te creda-
mus? Non enim omni spiritui est credẽdum. Et qui cito cre- Deut.18.
dit, leuis est corde, falliturque frequenter. *Dixit eis Iesus* C
Principium qui & loquor vobis, id est, ego sum primũ vniuer- 1.Iohã.4.
sorum principium secundum naturam diuinam, tanquã crea Eccle.19.
tor omnipotens, qui cum patre, & spiritu sancto sum vnum Apoc.1.
principium, vnus creator, vnusque finis omnium rerum: qui Apoc.22.
loquor in Apocalypsi, Ego sum alpha & ω: primus & nouissi
mus, principium & finis, qui loquor vobis per humanitatem
assumptam. Quanuis enim pater sit principium filij, filius
quoque principium spiritus sancti sumendo principium per
sonaliter. Pater tamen, filius, & spiritus sanctus, sunt vnum
principium totius creaturæ, sumendo principium essentiali-
ter seu absolute: quia in tribus personis est vna natura, quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

D est operationis origo, & vna potentia quæ elicit actum. His verbis ostendit Christus aperte suam veram diuinitatem. Et quia ratione diuinitatis cõpetit Christo iudiciaria potestas ac iudicare per authoritatem: ratione verò assumptæ humanitatis per sententiæ prolationem, seu iudiciariæ potestatis exequutionem. Ideo addit. *Multa habeo de vobis loqui* opera vestra increpando & publicando. *Et iudicare* vosipsos reprobando, nisi conuersi fueritis ad me. Hoc erit in die iudicij, quando omnes stabunt ante tribunal Christi, qui tũc illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium atque de omni verbo otioso exiget rationem, nil indiscussum relinquens. Verũtamen an omnia ista fiẽt vocali alloquutione, vel mẽtali dũtaxat, extat incertum. Per hoc autem, quod ait, multa habeo vobis iudicare, insinuat quod iudicium distulit vsque ad secundum aduentum, quia in primo veni saluare, non reprobare, seu cõdẽnare. ¶ Deniquè, quoniam paulo ante iam dixit, Ego non iudico quenquam, nunc verò asseruit, multa habeo de vobis iudicare, ne Iudæi obiicerent, verba tua sibimuicẽ cõtraria sunt, & mẽdosa, subdidit, *Sed qui me misit* (videlicet pater æternus) *verax est*, in seipso, tanquam essentialiter veritas exemplaris prima ac primera, verax quoque in verbis, & promissis, *Et ego quæ audiui ab eo* hoc est, veritatem quam ab ipso accepi, *Hæc loquor in mundo* id est hominibus prædico, idcirco non mentior. Audire autem magis proprie competit Christo secundum humanitatem, quam diuinitatem. Nam vt homo audiuit à patre id est ex interno patris inspiratione, aure cordis percepit, adiuertit, ac didicit quicquid scit. Est enim loquutio ĩterior quæ interiori auditu percipitur, qua deus, & angeli loquũtur hominibus, vnde & Zacharias ait, Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur. Nihilominus, audire competit Christo secundum diuinitatem immaterialiter, & verè incomprehẽsibiliter, sic enim audire filij est per generationẽ à patre accipere totam sapientiam patris. *Et non cognouerunt Iudæi, quia patrem suum eis dicebat deũ* sumendo deum personaliter, nõ essentialiter. per quod Euangelista declarat ruditatem & caecitatem illorum Carnales enim erant & animales, nõ percipiẽtes ea quę dei sunt. *Dixit ergo eis Iesus* hoc est, illis quos nouit conuertendos ad se, In hac enim turba fuerũt nõnulli electi, quibus prædixit ordinem conuersionis eorum. *Cum exal-*

Rom.14. 1.Cor.4. Mat.21. E F Zacha 1. 1.Cor.2.

exaltaueritis filium hominis i. postquã erexeritis, & cõfixeritis me in patibulo crucis, *Tunc cognoscitis, quia ego sum* Christus filius dei. Mox enim dum Christus spiritũ tradisset, visis mirabilibus quæ tempore suæ suspensionis fiebant in cœlo, & in terra, ab hora sexta vsq; nonam multi cõpuncti sunt corde, & confitebantur Iesum fuisse verũ & sanctum. Vnde legitur in Luca, Omnis turba eorũ quæ aderant viso terræmotu, & his quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur: similiter in die pentecostes, & postea multa milia Iudeorum per prædicationem Apostolorũ conuersa sunt, in tantũ, q̃ etiam multa turba sacerdotũ obediebat fidei. *Et à meipso facio nihil*. i. nil penitus ago nisi per virtutem mihi à patre collata, à quo habeo quicquid sum, & habeo secundũ vtramque naturam. *Sed sicut me docuit pater* (id est, secundũ sapientiam mihi à patre communicatam) *hæc loquor* quæ loquor. ¶ Doceri autem magis conuenit Christo inquantum est homo, quàm secũdum diuinitatis naturã, quanuis & secundum hanc aliquo modo sibi cõueniat. Filius enim dei, qui ad hoc nostram assumpsit naturam, & inter nos cõuersari dignatus est, vt nos ad superbenedictæ trinitatis cognitionem perduceret: iuxta illud, Scimus quoniã filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deum verum, diuina & incomprehensibilia, quæ in sua puritate capere non valemus, dignatus est nobis exprimere modo humano, nobis proportionato & contemperato, sicq; emanationis diuinarum personarum ad intera, æternas ac simplicissimas reserauit per verba præteriti, præsentis, futuriq̃ temporis, quæ tamen aliquam imperfectionem includunt ac innuunt in eo cui attribuũtur: sed dum talia ad deum transferimus, debemus omnino auferre ab eis quicquid imperfectionis includunt. Itaque dum filius secundum naturam diuinã dicit se audisse, vel quòd pater docuit eum: non debemus putare, quòd filius sit aliquid aliud quàm sapientia ipsius, vel sit secundũ se quasi insipiens & indoctus, vel ante fuerit genit°, & postea doctus: sed ideo pater dicitur eum docuisse, quoniã generando eum, cõmunicauit ei omnem sapientiam suam quæ est vna numero in tribus personis: verùm in omnibus locutionibus talibus cauendum est, ne aliquid potentialitatis aut dependentiæ existimetur esse in filio, vel spiritu sancto, quoniam vnaqueque diuina hypostasis est actus purus ensq̃ simpliciter perfe-

A Matt.27. Lucæ.25. Marc.15. Lucæ.23. Act.2. Acto.4. B Baruc.3. 1.Ioh.5. C

D ctum, & emanatio quæ est in deo, nõ est nisi effluxio lucis à luce, actus ab actu, & dei à deo. In qua nullo modo non esse præcedit esse, sed est ibi processio entis perfecti ab ente perfecto. Et *qui me misit, mecum est* Pater enim inseparabiliter est in filio secundum vtranque eius naturam, Est quippe in filio secundum quod filius est deus per identitatem essentiæ, sed inquantũ est homo, est pater in eo per specialissimam inhabitationem & singularissimam gratiam intimam ac inseparabilem gratiæ vnionem, atque beatificam fruitionem, Et *non reliquit me solum* quoniam inseparabiliter adest mihi, cuius causa vel potius signũ subiungitur, *Quia ego quæ placita sunt ei facio semper*. Filius etenim dei secundum naturam diuinam fecit indefinenter quæ complacent patri à principio mundi, quoniã operatio patris ac filij à dextera est indiuisa, estque

E amborum vna voluntas atque potestas, vnde quicquid facit vnus, facit & alius, & summe complacet alteri: propter quod supra loquutus est Christus, pater meus vsque modo operatur, & ego operor. ¶ Porrò, secundum naturam assumptam fecit filius à principio incarnationis quæ complacent patri, quia obedientissimus fuit voluntati diuinæ, & in nullo discordabat voluntas humana à diuina in Christo, propter quod ait in Psalmista, In capite libri scriptũ est de me, vt facerem voluntatem tuam deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. Et infra testatur, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Factus est enim obediens vsq; ad mortem secundum Apostolum. Et quoniam incarnatio verbi ordinata fuit

F ad humani generis redemptionẽ, fecit Christus iugiter quæ sunt placita patri, quoniam totum quod gessit ad nostram salutem secundum patris prędispositionem affectuosissime ordinauit. Hinc pater ait per Esaiam de Christo. Ecce seruus meus suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. ¶ Hoc quoq; sciendum, quòd filius dei secundum naturam diuinam agit, nõ facit æternaliter quæ placita sunt patri, quia cũ patre spirat spiritum sanctum, contemplatur, & amat patrem amore debito diligitq; spiritum sanctum amore gratuito, secundũ Richardum. Quomodocunque autem accipiatur quod ait Saluator, Ego quæ placita sunt ei, facio semper, certũ est, ꝙ factio ista non est causa à priore, hoc est, causa agens principaliter seu meritorie, ꝙ pater est cum filio, nec eum solũ reliquit. Nam pater

Iohan.5. Philip.2. Esa.53. Psal.93. Iohan.14. Philip.2. Esa.42.

pater est cum filio eternaliter, ante omnem factionẽ seu operationem ad extra, loquendo de filio secundum naturam diuinam. Secundum naturam verò humanam, inseparabiliter vnitus fuit Christus patri, totiq; super gloriosissimę trinitati, ante omnem operationẽ ac meritũ eius, loquendo de priori tate naturæ non temporis Itaque factio beneplaciti patris est causa à posteriori, vel signũ quòd pater est cum filio, nec eum solum reliquit. Concordia nanque in opere vnionis, & amoris extat indicium. Hæc tam profunda, pulchra ac diuina *Illo loquente multi* (Iudæorum audientium ea) *crediderunt in eum*. Erat enim docens sicut potestatem habens vniuscuiusque magister, qui non solum aures impleuit, intellectumque excitauit, sed etiam gratiam intelligendi infundere potuit, & infundit. *Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos* Superius dixit, quòd licet secundum Augustinũ distinctio sit inter credere in Christum, & credere Christo, tamen Euangelista Iohannes talem distinctionem non obseruat. Quum enim dixisset, multi crediderunt in eum, de eisdẽ protinus addidit, Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei. *Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo* id est, perseueranter credideritis, speraueritis, dilexeritis, atque feceritis quæ prædico, iubeo, vel consulo, *Vere* (non fictè) *discipuli mei eritis*, mihi acquiescendo ac obediendo. Verum enim discipulum oportet acquiescere ac parere, *Et cognoscetis veritatem*, id est, me qui sum via, veritas, & vita cognoscetis in futuro per speciem quẽ nunc cognoscitis per fidem. Perseuerantia quippe meretur hoc præmium seu coronam, vnde infra promittit Iesus. Manifestabo ei meipsum. Nũc enim cognoscimus per speculũ in enigmate, tunc autem facie ad faciẽ, vel cognoscetis veritatem, id est, ea quæ spectant ad fidem, videlicet testimonia scripturæ, atque præcepta legis diuinæ, quæ nunc per fidem aliqualiter cognoscere incepistis: in processu temporis plenius cognoscetis per dona spiritus sancti, & merito iustæ conuersationis, quæ specialem à deo illuminationẽ merentur, quemadmodum scriptum est, Fili cõcupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi: vel cognoscetis veritatẽ, id est, quæ cognoscitis in via imperfecte, solaque fide, cognoscetis in patria perfecte, claraque specie, vtpote superbenedictam trinitatem, verbi incarnationem, & cætera quæ sola nunc fide cognoscuntur, propter quod dicit

A B C Mat.7. Marci.1. Ioan.14. Ibidem. 1.Cor.14. Eccl.1.

D Apostolus, Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam
1. Cor. 13. sicut & cognitus sum, Et *veritas* id est, formata, seu charitati
ua cognitio veritatis sub fide cadentis nunc *Liberabit*, id est,
liberos faciet, *vos* à seruitute peccati ac dæmonis, & in re-
surrectione liberabit à seruitute pœnæ, & mortalitatis, quá
do vt ait Apostolus, ipsa creatura liberabitur à seruitute cor
Prou.15. ruptionis, & immutabuntur electi. Hinc Salomon ait, Per fi
dem purgantur peccata, & deus in Psalmo, Protegam eum,
quoniam cognouit nomen meum. Quid enim purgari à vi-
tiis, & defendi à deo, nisi à seruitute peccati, & diaboli libe-
rari? Ista veritas, id est, veritatis notitia, liberat per modũ cau
sæ formalis informantis ac meritoriæ, sicut scientia liberat
ab ignorantia, veritas autem quæ Christus est, liberat tãquã
E causa efficiens, gratiã influens. Nihilominus Christus vt ho-
Iohan.14. mo liberat, vt causa meritoria extrinseca, sed cognitio veri
tatis, vt causa meritoria intrinseca seu inhærens. ¶ Veruntã-
men est seruitus charitatis à qua nulla redimitur creatura,
quoniã veræ libertati non derogat, imò deo seruire regare
est. Et sicut dixit beatissima Agatha, Summa ingenuitas est
seruit° Christi. His auditis Iudæi qui de generis sui nobilitate
tumebant indignati sunt, Et *responderunt ei*, *Semen Abrahæ su-*
mus, id est, filij tanti, tanq; liberi patriarchę. Et *nemini seruimus*
vnquam secundum expositores cõmuniter falsum dicũt,
Exod.3. quoniam patres eorum seruierunt in Aegypto, in Babylone,
Num.16. & in propria terra diuersis nationibus: vt patet in libro Iudi
Deut. 4. cum, Iudæi quoque qui ista dixerunt, seruierunt Romanis:
4.Re.25. nec curo eos à mendacio excusare, qui Christo summæ veri-
F tati contradixerunt, tamen quia Christus non redarguit eos
in hoc quod asserebant, nemini seruiuimus vnquã, possit for-
sitan dici, quò l loquebantur de seruitute naturali. Quòd e-
nim nationibus seruierunt fuit propter peccata eorum. *Quo*
modo tu dicis nobis, liberi eritis? Hoc enim Christus dixit, quã-
tum ad sensum, dicendo, veritas liberabit vos, tanquam di-
cerent, in verbo tuo supponitur, quòd simus serui, quod ita
non est. Carnales nempe putabãt Iesum de temporali, & ex-
teriori libertate, pfari. Ideo Iesus exponit eis, de qua loqu-
tus sit libertate, prout recitat Euangelista. *Respondit eis Ie-*
sus, amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum morta-
le. De veniali nanque non loquitur, quoniam charitatis liber
tatem non tollit, *Seruus est peccati*, id est, peccato subiicitur,
à vitio

vitio vincitur, secundum impetum prauæ inclinationis mo- A
uetur, quasi ab extraneo, quemadmodum seruus mouetur à
domino cui subiicitur. Vnde Petrus asserit, Iniqui serui sunt 2.Pet. 2.
corruptionis. A quo enim quis victus est, huius & seruus est. Rom.5.
Et apostolus hortatur, Non regnet peccatum in vestro mor
tali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Denique ser-
uiẽdo peccatis seruiturdiabolo, & ab eo quasi à domino pec-
cator ligatur, agitatur, ac regitur: ideo dicit Apostolus, Re-
sipiscant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius
voluntatem. De huiusmodi liberatione loquutus est Esaias, 2.Tim.2.
Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exa- Esa.9.
ctoris eius superasti. ¶ Est ergo beata & appetẽda libertas,
qua ab huiusmodi vinculis liberamur, de quibus & Salo- B
mon fassus est, Iniquitates suæ capient impium, & vinculis Prou.5.
peccatorum suorum constringetur. Est quoque infœlix li-
bertas, quæ est vera ac miserabilis seruitus, per quam à vin-
culis legis diuinæ, & iugo sanctæ obedientiæ nosipsos erui-
mus, sicut cantatur in Psalmo in persona impiorum, Dirum-
pamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipso- Psal. 2.
rum. Et in Hieremia dominus ait populo Iudæorum, A secu- Hier.2.
lo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti
non seruiam. *Seruus autem non manet in domo in æternum, si-*
lius manet in æternum. Hoc frequenter sic est in hominibus,
quòd seruus conductitius non manet in domo domini sui to-
to tempore vitæ suæ. Et quanuis interdum permaneat, non
tamen habet ius naturale ad hoc. Filius verò manet in domo C
parentum quandiu viuit si velit, quoniam habet ius naturale
ad hoc, & post mortem parentum possidet domum, sed iste
non est sensus à Christo intentus.

¶ Est igitur intellectus, Seruus autem seruitute peccati, non
manet in domo, id est, in ecclesia militanti, de qua dicitur, 1.Tim.3.
Scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quæ est
ecclesia dei viui, columna, & firmamentum veritatis in æter
num: quoniam licet modo ad tempus mali commisceantur
bonis in ecclesia, finaliter tamen præsertim in die iudicii se-
parabuntur ab inuicem loco & præmio, quando hi ibunt in
supplicium æternum, hi verò in vitam æternam. Nunc quo- Matt.25.
que, qui in peccato mortali est, quandiu huiusmodi est, non
manet spiritualiter in ecclesia, quia per charitatem non vni-
tur mẽbris ecclesiæ, nec ad mystici corporis pertinet actua-

D liter vnitatem, si tamẽ est de numero electorum, pertinet ad mysticum corpus Christi, secundum prædestinationem diuinam, & cõuertetur, æternaliterque manebit in domo dei. Nam antequam moriatur incorporabitur Christo atque ecclesiæ, & sic pertinet ad triumphantis ecclesiæ perpetuam mansionem. ¶ Denique seruus seruitute timoris purè seruilis, non manet in domo seu congregatione electorum fidelium in æternum, nisi ad seruitutem amoris se transferat. Talis enim non est in charitate, nec aliquid promeretur, quanuis quæ agit ex genere bona sint, filius manet in eternũ. Certum est quòd Christus dei filius naturalis, & vnicus maneat in domo ecclesiæ triumphantis in æternum. Militanti quip-
E pe spopondit, Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et ad Hebræos apostolus dicit, Christus tãquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Potest ergo vniuersaliter accipi, vt sit sensus, Filius enim quicunque à seruitute peccati liber, & alienus, qui spiritum adoptionis accipit, in quo clamat abba pater, manet in domo ecclesiæ in æternum, quia per fidem & charitatem quibus nunc manet in ecclesia militanti perueniet ad visionẽ & fruitionem, per quas sine fine manebit in ecclesia triumphante. ¶ Est autem & seruus seruitute charitatis, qui manet in domo in æternum, cui dicitur, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui: & est filius sola vocatione & nomine, qui non manet in domo in æternum: iuxta illud, Filii regni eiciẽtur in tenebras exteriores: & illud, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. *Si ergo filius* dei naturalis, qui solus est inter mortuos liber, & liberè potuit dicere,
F Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. *Vos liberauerit* à seruitute peccati, non corruptibilibus auro & argento, precioso sanguine suo. *Vere liberi eritis*, id est, ab omni violenta atque extranea dominatione immunes, & soli deo per charitatem subiecti, imò & filio naturali, per gratiam adoptionis cõformes, quoniam filiatio adoptiua naturalis, filiationis est similitudo. Hæc libertas in prædestinatis nunc inchoatur per recessum à corruptione peccati, & in futuro perficietur atque complebitur: quando natura humana perfectè reformabitur, ablatis ab ea vniuersis malis, pœnis ac miseriis propter originale peccatum inductis, quæ vtique sunt graue iugum, de quo

Mat. 28.
Heb. 3.
Rom. 8.
Mat. 25.
Lucæ. 16.
Mat. 8.
Esaiæ. 1.
Psal. 87.
Iohan. 41.
1. Pet. 1.
Rom. 8.

quo habetur in Ecclesiastico. , Occupatio magna creata est A
hominibus, & iugum graue super omnes filios Adam, à die Eccl. 40.
exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. In resurrectione ergo futura cõsequentur electi merito Christi perfecta in anima, & corpore integri- Sapien. 6.
tatem, libertatem, & incorruptionem, quæ facit proximum Philip. 3.
esse deo, vt Sapiens ait, Propter quod etiam dicit Apostolus. Rom. 5.
Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis 2. Cor. 5.
nostræ ¶ Sed si verè liberi erunt quos filius dei liberauit, ergo omnes liberi erimus, quia pro omnibus mortuus est Christus. Et respondendum, quòd Christus liberauit omnes suffi cienter, id est, quantum in se est, solos verò prædestinatos li- Iohan. 10.
berauit efficaciter: propter quod ait, Animam meam pono B
pro ouibus meis. Hi enim finaliter consequuntur fructum, virtutem ac meritum dominicæ passionis, sicq; veraciter liberi fiunt. Veruntamen ista libertas non aufert fidelibus seruitutem exteriorem & subiectionem corporalem sub princi Rom. 13.
pibus terræ: ideo enim iubet Apostolus, Cui tributum, tribu Ephes. 6.
tum, cui vectigal, vectigal. Itemque, Serui subditi estote do- Iohan. 2.
minis carnalibus cum omni timore. *Scio quæ filii* (carnales) *Abrahæ estis, sed quæritis me interficere.* Superius dixit Euangelista, quòd multi crediderunt in Iesum, & quòd Iesus locutus est eis, Si manseritis in sormone meo, veri discipuli mei eritis, & cætera quę nunc commemorat, quomodo ergo nunc ait ad eos, quæritis me interficere? Dicẽdum quòd inter prædictos credentes, erant aliqui non credentes ad quos C
sermo iste dirigitur. Sæpe enim scriptura loquitur quasi ad 1. Cor. 1.
eosdem, & tamen ad diuersos referri oportet, sic ait Apostolus, In omnibus diuites facti estis in illo, ita quòd nihil vobis desit in vlla gratia: post pauca quasi eisdem locutus est, Cum sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis? 1. Cor. 3.
sed hoc refertur ad alios. Simili modo ait Psalmista, Cum oc Psal. 77.
cideret eos, quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebant ad eum: qui enim occidebantur non reuertebantur diluculo. Ideo verò quæritis me interficere. *Quia sermo meus non capit in vobis*, id est, corda vestra non apprehendit, conuertẽdo illa ad me, nec operatur in vobis propter vestrã malitiam, qui meam prædicationem humiliter non auditis, neq; reuerenter suscipitis Beati quorum mentes capit, & fu tatur sermo diuinus transferendo animas audientium extra se vsque

D se vsque in deum. *Ego quod vidi apud patrem meum loquor*, id est, veritatem quam in patre cognoui, quem videndo omnia æternaliter video, vobis annuncio: vel, quod vidi apud patrem, id est, meipsum qui sum verbum quod erat in principio apud deum, prædico vobis. Quælibet diuina nempe persona conspicit non solum in se, sed etiam in alia seipsam, & cuncta creata & credibilia, *Et vos quæ vidistis apud patrem vestrum*, id est, mala quæ diabolo suggerente concepistis, *Facitis*, non resistendo diabolicis tentamentis. Quanuis ergo iniqui non aduertant se à diabolo agitari, tentari seu inclinari, dicuntur tamẽ in diabolo mala videre, quoniam interiori oculo inspiciunt & approbant, quæ diabolus suggerit, proponẽs ea cum aliqua persuasione sub specie boni, in tantũ, vt homo sæpe existimet talia non à diabolo, sed ab angelo inspirata.

Iohan. 1.

E *Respoderunt & dixerunt ei*, *Pater noster Abraham est*, quasi dicant, faciendo opera patris tam sancti, non erramus nec increpari meremur, sed potius tu, qui nobis improperas quòd opera facimus, quæ scimus facta ab illo. *Dicit eis Iesus, Si filii Abrahæ estis* secundum perfectam rationem, proprietatemque filii, cuius est patri assimilari, id est, si filii Abrahæ estis, non solum carnales per seminis propagationẽ, sed insuper spirituales per morum mutationem, *Opera Abrahæ facite* mansuete, patienter, charitatiue atque humiliter cõuersando vt Abraham: qui testimonio libri Geneseos, probatur fuisse valde mansuetus, patiens, charitatiuus & humilis. Maxime tamen Saluator intendit hortari Iudæos ad imitãdum

Rom. 4.
Gene. 22.

F fidem, & obedientiam Abrahæ, qui teste Apostolo, contra spem in spem credidit, & non hæsitauit in fide & vsque ad amantissimi innocentisque filii occisionem paruit deo. *Nunc autẽ quæritis me interficere hominem, qui veritatẽ locutus sum vobis, quam audiui à deo: hoc* (id est, simile huic) *Abrahã non fecit.* Non enim voluit ex malitia aliquem innocentem vel nuncium dei vera prædicantem occidere: sed hospitalis fuit, & plenus operibus charitatis. *Vos facitis opera patris vestri*, id est, opera vitiosa dæmoni placita, cuius malitiam imitamini quasi filii eius. *Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus, vnum patrem habemus deum.* Hoc dixerunt de fornicatione spirituali, scilicet idololatria, per quam anima, sponsa verbi, separatur à spõso cælesti: vnde dominus loquitur Mo-

Osee. 64.

si, Populus iste fornicabitur post deos alienos. Et in Osea habetur, Fornicati sunt à deo suo. Videntes ergo Iudæi, quòd A Iesus loquebatur eis de alio patre, quàm patre carnali, videlicet de patre, qui propter operis qualitatem asseritur pater, voluerunt ostendere, quòd essent filii dei non dæmonis. Itaque dicunt, *Nos ex fornicatione*, id est, ex idololatria, *Non sumus nati*, loquendo de natiuitate, quæ in operum imitatione consistit, vt possimus dici filii diaboli cui idololatræ seruiunt, vnde & filii eius dicuntur, *Vnum patrem habemus deum* Deut.23. creatorem, & prouisorem nostrum, cuius legẽ cæremoniasque seruamus: de quo Moses testatur, Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? Deum igitur nominant patrem, nõ solum ratione creationis, sed propter specialem prouidentiam, qua gubernauit populum Israel tãquam electum & peculiarem, & propter cultum latriæ quem B ei soli impẽderunt: propter quod in Esaia inducitur, Et nunc Esa.64. domine pater noster es, nos verò lutum. Et in Hieremia dominus contestatur, Factus sum Israeli pater, & Effraim pri- Hier.31. mogenitus meus. *Dixit ergo eis Iesus, Si deus pater vester esset* eo modo quo dicitis, scilicet per cultum ei placentem, ex charitate procedentem, & operum imitationem, quomodo fuit pater sanctorum patriarcharum ac prophetarum, *Diligeretis vtique me*, quem ex odio vultis occidere, *Ego enim ex deo processi & veni.* Si loquamur de deo personaliter, tunc CHRISTVS processit ex deo, id est, ex patre per generationem æternam manauit: iuxta illud Micheæ, Egressus Mich.5. est à principio, à diebus æternitatis. Et in Psalmo, Ex vtero C ante lucifer genui te, & veni ab eo, id est, per incarnationis mysterium descendi in mundum missus à patre. Si verò loquamur de deo essentialiter, sicut loquebantur isti Iudæi, qui trinitatis notitia caruerunt, tunc Christus secundum naturam assumptam processit ex deo trinitate per animæ suæ creationem, & corporis supernaturalem informationem, & venit tanquam minister illius, de quo deus ait, Ecce intelli- Esa.5. get seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. *Neque enim à meipso veni*, id est, propria voluntate duntaxat, vel voluntate humana tanq̃ causa prima ac principali. Nihilominus Christus secundum quod deus misit seipsum secundum quod homo Incarnatio enim facta est tota trinitate. Incarnatio autẽ est missio filii, hoc superius dictum est plenius, *Sed ille me misit.* Qui autem diligit patrem, diligit fi-

D ligit filium, & qui amat mittentem ac dominũ, amat missum
atque ministrum. Quoniam ergo Iudæi nõ dilexerunt Chri
Iohan. 7. stum dei filium legatum & seruum, palam, quòd nec patrem
vel deum dilexerunt. *Quare loquelam meã non cognoscitis?* id
est, cur non intelligitis verba mea? Cur ex qualitate prædica
tionis meæ, ex profunditate, & efficacia eloquii mei non at-
tẽditis, quòd verè sim missus à deo, & loquens verba illius?
Solet enim homo cognosci ex verbis suis, & quoniã nunquã
loquutus est homo sicut Iesus, debebant auditores illius lo-
quelam eius pẽsare, ꝓ non esset nisi diuina ac regis Messiæ.
Hoc Christus interrogauit increpando Iudæos, moxque re-
spondet instruẽdo eos, *Quia non potestis audire sermonẽ meũ,*
E id est, ideireo non intelligitis verba mea, quoniã propter rã-
corem, & displicentiam quam cõcepistis aduersum me, eo ꝓ
increpem vitia vestra, sic obcæcati, induratique estis, ꝓ non
potestis æquanimiter audire, & recte iudicare verba mea, sed
statim dum loquor, passiones oriuntur in vobis, & indurat
cor vestrum, ne humiliter pẽset quæ prædico. Qui enim odit
alium odio magno, quicquid agit vel loquitur ille displicet
Michæ. 3. odienti. Propter quod legitur in Michæa, Nunquid vestrum
Sapien. 2. est scire iudiciũ, qui odio habetis bonũ? Et Sapiens ait excæ-
cauit eos malitia eorũ. Deinde Christus aperte ostẽdit, quid
per patrem Iudæorum peruersorum intellexerit. *Vos ex pa-
tre diabolo estis* non per creationem vel generationẽ, vt Ma-
nichæi mentiti sunt, sed per malitiæ imitationem. Diabolus
Iob. 41. enim est pater super omnes filios superbię, vt dicitur in Iob:
F Iudæi autem valde pomposi fuerunt, præsertim propter ge-
neris dignitatem & quia præ cæteris gentibus legẽ à deo ac
ceperunt, vnde alios populos reputauerunt pro nihilo. Simi
Sapien. 2. liter diabolus est pater super omnes filios inuidiæ. Inuidia
nempe diaboli, mors introiuit in orbem terrarum, & imitan
tur eum, qui sunt ex parte illius, Et *desideria patris vestri vultis
facere*, id est, malas affectiones diaboli quas habet in se, quas
etiam ingerit vobis vultis perducere ad effectum, persequen
do & occidendo me, cæteraq; peccata patrãdo, quæ Apostolus vocat opera carnis, vt sunt furta, adulteria, blasphemia,
contentiones, iræ, rixæ, æmulationes atq; similia, quæ ad Ga
Galat. 5. lathas Paulus enumerat, de quibus ait Iohannes in prima sua
1. Iohã. 3. Canonica, In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera dia-
boli. Deinde Christus declarat mala diaboli, & ostẽdit quare
& qua-

& qualiter Iudæi imitati sunt illum. *Ille* (puta diabolus pri- A
mus seu lucifer) *homicida erat*, id est, spiritualis occisor inte-
rioris hominis, scilicet animarum primorum parentum *Ab* Esaiæ. 14.
initio, id est, à principio operum sex dierũ, videlicet à tẽpo-
re formationis Adæ & Euæ: quia vt patet in Gene. serpens, Gene. 3.
hoc est diabolus, per serpentem decepit Euã, & per illã in- Ibidem.
duxit Adã ad inobedientiam, sicque vterque eorum pecca-
uit mortaliter, & tota posteritas infecta est, & quodãmodo
interfecta operante diabolo. ¶ Est enim homo exterior &
homo interior dicẽte Apostolo, Licet is qui foris est noster
homo corrũpatur, tamẽ is qui intus est renouatur de die in 2. Cor. 4.
diẽ. Si ergo homicida est, qui vile & corruptibile corpus oc
cidit, auferẽdo vitã naturę, quãto amplius homicida censen- B
dus est qui animã immortalẽ, nobilem, dei imagine refulgẽ-
tem interficit, auferendo vitam gratiæ. Vnde quicunque pra
uo exẽplo, vt suggestione pestifera, aut alio modo hominẽ
inducit ad peccatum mortale, homicida vocatur, præsertim
cum anima sit principalior pars hominis, per quam ponitur
homo in specie, viuificatur, gubernatur, & à brutis distingui
tur. ¶ Præterea elucescit ex his, ꝓ totiens homicidiũ faci-
mus, manusq; sacrilegas in nosipsos iniicimus, quoties pec-
camus mortaliter, quia tot lætalia vulnera animabus nostris
infligimus. Nec solum homicidã vocat scriptura, qui corpus
interimit, animãmve occidit, sed etiã vt ait Iohannes in sua 1. Iohan. 3.
Canonica, Omnis qui odit frattem suum homicida est.
¶ Deinde, ponit aliud malum diaboli. Et *in veritate non ste-* C
tit, id est, in veritate iustitiæ, in recta ratione, in vera obe-
dientia non permansit. Statim enim vt creatus est carnẽs se
tãtæ excellẽtiæ, & decoris prę aliis angelis, intumuit, alios-
que quos potuit sibi attraxit, & contra creatorem se erigẽs, Esaiæ. 4.
In cœlum (inquit) conscẽdam, supra astra cœli exaltabo so-
lium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero
altissimo. Fuit equidem creatus in magna perfectione & di
gnitate, in maxima sapientia, in naturali iustitia, imò & in
gratia secundũ opinionẽ probabilẽ, & per cõsequens in cha
ritate: sed non stetit in his, victus propria elatione, ex consi
deratione eminentiæ suæ, & quia præ cunctis angelorũ or-
dinibus eminebat, sed nõ vidit deum per speciẽ, aliter fuisset
confirmatus in bono. Nouit tamẽ deum esse vnum ac trinũ,
non naturali ingenio, sed per fidem secundum quosdã. Fue-
runt

Universidad de Deusto Biblioteca

D runt enim angeli omnes creati in fide secundum Thomam.
Ezc.28. Hinc per Ezechielem apostatæ angelo dicitur, Tu signaculum similitudinis, plenus sapiẽtia, & perfectus decore in delitiis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuũ, Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in mõte sancto dei. Eleuatũ est cor tuũ in decore tuo, repleta sunt interiora tua iniquitate, & eieci te de mõte sancto dei & perdidi Cherub, de medio lapidum ignitorũ, & in terram proieci te. De casu quoque angelorũ scribitur Iudæ primo & secunda Petri. *Quia veritas* iustitiæ, id est, æquitas seu vera notitia, per approbationem virtuti, & veritatis ipsius amore. *Non est in eo* id est, diabolo, & à satellitibus eius à momento quo peccauerũt. A veritate enim auersi sunt sponte, & falsitati iniquitatis inhæserũt. Fuit tamen & est in eius veritas naturæ, quoniam naturaliter mali non sunt, & teste sancto atq; diuino Dionysio, naturali in demonibus integra permanserũt: propter quod veram cognitionẽ etiam vehemẽter profundam habent de deo, & creaturis, sed omnibus bonis abutuntur, & veritatem secundum se non amãt, quin potius cõuertũt eam ad hominum seditionem, quia & si bona veraq; dicant propterea dicunt, vt tandem mala & falsa ingerendo seducant. Transfigurant quippe se in angelos lucis, ideoque egenus gratia discretionis spirituum, ne ignoremus cogitationes & machinationes eorum. *Cũ loquitur* (diabolus) *mendacium, ex propriis loquitur*, id est, ex malis habitibus atq; nequitiis, quibus in se plenus est, & quos primus inuenit, concepit, & in alios genuit. A deo nanq; sortitus est esse & intelligere, sed peccatũ propria voluntate incepit, nõ aliunde inductus ad malum, vt dæmones inferiores, & primi parentes.
Esaiæ.14. Gene.3. Psal.26. *Quia mendax est* mẽtitus est enim dicẽdo, Similis ero altissimo. Itemque dicendo ad mulierẽ, Nequaquã moriemini, sed eritis sicut dij sciẽtes bonum & malum. *Et pater eius*, id est, primus inuentor & actor mendacij. Mẽtita est autẽ iniquitas sibi, & ipse ad falsitatem angelos, homines que in luxit. Quemadmodũ verò triplex est veritas, vt pote vitæ, iustitiæ doctrine, sic est triplex mendacium triformi veritati oppositum, scilicet mendacium prauæ actionis, iniustitia, & errot, omniumque mendaciorum istorũ pater extot diabolus primus. Manichæi ponẽtes duo principia rerum videlicet deum lucis, & deum tenebrarũ, dixerunt, quòd diabolus esset mendax, &

dax, & pater eius, id est, creator diaboli etiam esset mẽdax, sed ita intelligendum non est verbum Euangelistæ. *Ego autem quia veritatem dico* vera docendo, & vestra facinora veraciter arguẽdo. *Non creditis mihi* in quo patet, quod sitis ex parte diabolo, qui in veritate non stetit, & mẽdacia ex propriis loquitur, cui & consentitis.

¶ Explanatio residuæ partis.
Quis ex vobis arguet me de peccato?

ARTICVLVS XXIII. Iohan.9.

Vperius redarguit Christus Iudæorum incredulitatem & vitia, eò quòd sibi nõ crediderint, neque obedire voluerit. Nunc ostendit se fide digũ, eò q̃ culpam non habeat. *Quis ex vobis* (ô scribe & pharisæi, & sacerdotes) *arguet me* (veraciter) *de peccato?* quocũq; magno vel paruo, mortali vel veniali, originali vel personali. Frequenter vtiq; arguerunt Iesum de peccato dicentes, q̃ sabbatum violaret, & de seipso mendosum testimoniũ perhiberet, sed mendaciter id fecerunt. Innuit ergo Saluator vitam suã fuisse prorsus irreprehensibilẽ, seque omni peccato carere. Christus enim secundũ naturam diuinã essentialiter sanctus est virtus virtutum, & puritas infinita, tanquam candor lucis æternæ, & speculũ sine macula maiestatis paternę. ¶ Porrò secundum naturam assumptam confirmatus fuit in bono ab incarnationis exordio, nõ solum propter beatificã animæ suæ fruitionem in deo, sed multo amplius propter hypostaticam vnionem cum verbo, propter quam habuit omnium diuinorum charismatũ plenitudinem, gratiamque tam perfectã, quòd maior creaturæ communicari non potest. Vnde secũdum vtramque naturam dici potest sanctus sanctorũ quia & sanctitas eius creata omnium creaturarũ sanctitatem simul sumptam excedit: proter quod de ipso legitur apud Esaiã, Iniquitatẽ nõ fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Decuit autem Christum vt hominẽ esse sine omni peccato, nõ solum propter vnionẽ cum verbo, sed insuper quia Saluator, mediator & aduocatus totius generis humani. Si enim & ipse peccatum haberet, nõ esset idoneus omnes deo reconciliare, & per seipsum immediate ad deũ accidere, sed mediatore egeret, Idem quoque decuit propter præuilegiũ sacerdo-

Sapien.7. Esa.53. Iob.13. Iudicũ.11. Hebr.9. 1.Iohã.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

D sacerdotij eius. Fuit enim primus & summus sacerdos, cuius
hostia & obsequium nō fuissent deo perfecte accepta & ad
satisfaciendā idonea si & ipse subiacuisset peccato: propter
quod dicit Apostolus, Talis decebat vt esset nobis pontifex
sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, &
excelsior cœlis factus. Si (pro quia) *veritatem dico* euangeli-
cam legem prædicando, & vestra piacula increpando, futura
atq; secreta elucidando, *Quare vos non creditis mihi?* quasi di
cat in hoc irrationaliter facitis cum scriptum sit, Cùm vi-
deris sensatum statim euigila ad illum: sicut autem leuitatis
est statim credere indifferēter, sic duritiæ est non credere di
sufficientia signa veritatis apparent. Quanuis verò doctrina
E Christi fuerit omnino insolita atque incōprehensibilis, pro-
pter quod nec faciliter recipienda fuit, tamen tanta, tamque
euidentissima argumenta patuerunt, ꝓ ipse esset verus Chri
stus, verus magister & sanctus: puta testimoniū Iohānis Ba-
ptistæ, vaticinia prophetarum, miracula Christi, discipulo-
rumque eius, cōstantia eius pro veritatis deffensione, & ze
lus iustitiæ, quòd inexcusabiles erant Iudæi de sua perfidia.
Qui est ex deo per prædestinationē æternam, per gratiæ re-
formationem, per bonitatis diuinæ imitationem, *Verba dei*
audit non solum auribus corporis, sed etiā mentis, id est, ver
ba diuina libēter audit, memoriter tenet, diligēter adimplet
quemadmodum ait Psalmista, In corde meo abscōdi eloquia
E tua, vt non peccem tibi. Et rursus, Bonum mihi lex oris tui su
per milia auri & argenti. Hinc scriptum est, Esto mansuetus
ad audiendum verbū dei, & iterum, Sit omnis homo velox
ad audiendum. *Propterea vos non auditis* verba dei auribus
interiorib⁹, id est, humiliter, reuerenter, & affectuose nō re
cipitis verba diuina quæ loquor, *Quia ex deo non estis* modo
prætacto Omnes quidem, imò & omnia sunt ex deo, tāquā
ex causa efficienti, exemplari atque finali, dicēte Apostolo,
ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia: sed non omnes sunt
ex deo per spiritualem reformationē, per gratię conserua-
tionem, per diuinam electionē. Qui enim sic est ex deo, ma-
net in eo, secundū quod ait Iohannes in sua canonica, Qui
natus est ex deo, nō peccat, quoniam semē dei manet in eo.
¶ Deniq;, vnusquisque libenter audit loqui de re quam di-
ligit. Qui ergo diligit deum, & vitam beatam, verba dei lib-
ter audit, & affectuose conseruat, & in hoc salus nostra cōs-
stit

Heb.8.
Eccle.6.
Marc.3.
Iohan 1.
Lucæ.3.
Marci.1.
Psal.119.
Eccle.5.
Ioco.1.
Rom.8.
1.Iohā.3.
Lucæ.13.

sti secundum quod ait Saluator, Beati qui audiunt verbum A
dei, & custodiunt illud, Debemus ergo verba sacra cum ma
gna attentione, intima affectione, humili reuerētia legere,
audire proferre, tanquam epistolas nobis diuinitus missas.
¶ In his verbis dedit nobis Saluator saluberrimū documē-
tum, maximam consolationē, grandemq; pœnitendi occasio Eccle.9.
nē. Dicēdo enim qui est ex deo, &c. bonos & malos, inter e-
lectos, reprobosq; distinxit. Fidelib⁹ quoq; & timoratis, qui
licet certitudinaliter nesciant an sint digni amore vel odio,
contulit magnam spem confitendi, quò sunt in statu salutis
& filij dei quia experiuntur se verba dei libenter audire, fre
quēter reuoluere & custodire, ꝓpter quod probabiliter sci-
re possunt, ꝓ sint in charitate & gratia secundūquod ait apo
stolus, Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro quod si B
filij dei sumus. ¶ Præterea ex verbis his datur vnicuiq; nostrū
aperta, & prōpta occasio discutiēdi seipsum an ad deū perti- Roma.8
neat. Dum enim audiuimus Christum dixisse, qui ex deo est,
verba dei audit, protin⁹ admonemur nosipsos iuestigare, &
solicite indagare, an verba dei audiuim⁹ amādo & obediēdo
¶ Postremò, quàm diligenter & indefinenter conseruanda
sint verba dei, patet ex eo quod Moyses scripsit, Erūt verba Deute.6.
domini in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis
sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiēs at-
que consurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua, e-
runtque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in
volumine, & ostiis domus tuæ. *Responderunt igitur Iudæi &*
dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu (id C
est, hæreticus quidam) *& demonium habes?* cuius relatione
& adiutorio, dicis & facis alta ac mira, quæ alii te facere &
facere putant, virtute diuina? ¶ Samaritani erant natione
gentiles, sed conuersatione semiiudæi, quoniā libros Moy-
si receperunt, & se circunderunt. Nouerant autem isti Iu-
dæi quòd Iesus esset natione Iudæus, sed ex contemptu ap-
pellant eum Samaritanum, id est, in parte legis obseruatorē,
& in parte transgressorem, sicque reputabant eum hæreti-
cum, velut si nunc alicui diceremus, Hussita es tu.
¶ Secundum Gregorium, Christus nō negauit se esse Sama
ritanum: sed hoc verum est, quantum ad nominis interpreta
tionem, nō tamē admisit se esse Samaritanum eo modo quo
Iudæi sibi id imposuerūt. Samaritanus quippe interpretatur

Universidad de Deusto Biblioteca

D custos. Christus verò est custos electorũ suorũ, de quo psal-
Psal.114. mista testatur, Custodiens paruulos dominus. Et Esaias, Cu-
Esaiæ.21. stos qui de nocte. Dixerunt quoq; Christum habere dæmo-
Mat.12. nium, non ꝙ esset obsessus & amens, sed quòd haberet oc-
cultum fœdus cum aliquo dæmone, imò cum summo diabo-
lo, puta Beelzebub secundum quod alibi dixisse leguntur, In
Lucæ.11. Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. Hoc ergo
peruersi dixerunt, quoniam aliter saluare non poterãt, quo-
modo tot mirabilia facere, totq; secreta & futura reserare,
& tam subtilia ac profũda docere, nõ instructus ab homine
posset, nisi ꝙ vel à deo vel à diabolo hæc haberet. Noluerũt
autẽ crederet, quòd habere ea à deo propter nimiam displi-
E centiam atque inuidiam quam conceperũt in eum, ideo om-
nia talia deputabant diabolo, quemadmodum Magi & arte-
ptitij atq; Phitones, mira aliqua & occulta operãtur ac pã-
dunt. Sed in hoc elucescit Iudæorum intolleranda peruersi-
tas. Nam multa miracula Christi omnem naturalem potesta-
tem transcenderunt, & tota doctrina, & conuersatio eius re-
pugnabant diabolo, propter quod subditur *Respondit Iesus,*
ego dæmonium non habeo cooperatorem & familiarem. Om-
nia tamen dæmonia mihi subiecta sunt, *Sed honorifico patrem*
meum, id est, verbo & opere, in omnibus exhibeo honorem,
cultum & obedictiam deo patri, secundum quod homo sum,
ex quo patet sanctitas vitæ meæ, & ꝙ cum demonibus non
concordo, sed eorum cultum destruo, idololatriã reprobo,
F vitia damno, hominesq; ad deum cõuerto, vt eum in omni-
bus toto corde diligant ac honorent, *Et vos inhonorastis me*,
id est, contempsistis, & falsa mihi imposuistis, opera dei alio-
1.Pet.2. bentes diabolo, & in hoc peccauerunt in spiritum sanctum.
1.Pet.3. ¶ Ecce quàm patienter, & mansuete filius dei tanta accepta
iniuria respondebat, quia (vt petrus testatur) cum maledice-
retur, non maledicebat. Discamus & nos eius exemplo non
reddere malum pro malo, non vinci à proprio animo, non
passionari. Hoc facit facilè, qui nõ quærit propriam laudẽ,
gloriamque mundanam, qui priuatum extinxit amorem, &
gaudet aduersis. Nempe vt ait S. Hieronymus, qui nõ quæ-
Iohan.5. rit gloriã non sentit cõtumeliam, Magnum est de nullo gau-
dere nisi per quod promouemur apud deũ. De nullo quoq;
dolere nisi per quod à deo adducimur. Et ne Iudæi dicerent
Christo, inaniter te excusas, adiecit. *Ego non quæro gloriam*

meam simile est quod supra ait, Claritatem ab hominibus nõ A
accipio, quod quomodo verum sit, illic diligenter tractatum
est. Certum est enim, quòd Christus iubet se adorari, honora-
ri, suisq; verbis in omnibus obediri, trium enim personarum
vna est gloria. Verùm Christus, secundum quod homo non
quæsiuit gloriam secularem, mundanum honorẽ vel aliquã
vanitatem, sicut opinabantur Iudæi. Incomparabiliter igitur
minus spectat ad nos vilissimos peccatores quærere gloriã
propriam, velle dominari, præesse, glorificari, vnde ex ani-
mo dicamus cũ Apostolo, Soli deo honor & gloria. *Est qui* ad tim.1.
quærat & iudicet, id est, deus pater vel trinitas requiret à vo- Iohan.5.
bis ꝙ nõ glorificastis me tanquã verum filium dei, & de hoc Deute. 7.
iudicabit vos iudicio condemnationis. Pater enim requirit,
& vult filium suum glorificari ab omnibus. Idcirco qui non B
honorificat filium, non honorificat patrem. Vnde in Dani-
ele scriptũ est, quod antiquus dierũ, videlicet pater æternus
dedit ei potestatem, honorem, & regnum. Superius dixit Sal Ioan.5.
nator, Pater non iudicat quenquam, quomodo ergo nunc ait
de patre, est qui quærat & iudicet. Respõdendum quòd in
iudicio duo cõsiderantur, videlicet ipsa discretio boni à ma-
lo, & prolatio sententiæ. Quantum ad primum iudicat pater
seu trinitas tantum per authoritatem, quantum ad secundũ
iudicat Christus, secundum naturam assumptam, vt dictum
est plenius supra. *Amen amen* (id est, verè verè) *dico vobis*, in- Ibidem.
geminat amen ad ampliorem certitudinem, *Si quis sermonem*
meum seruauerit per fidem & charitatem, id est, verbis meis
fideliter obedierit, *Mortem non videbit in æternum*, id est, nun C
quam experietur seu sentiet mortem spiritualem, quia nec
in præsenti priuabitur vita gratiæ, nec in futuro vita gloriæ
& nec pœnam sensus nec pœnam damni in inferno habebit. Sapien.5.
iusti enim in perpetuũ viuent, vt Sapiens ait. Videre in scri-
pturis ad omnes sensus refertur, & ad sensitiuam atque in-
tellectiuam notitiam. Vnde nunc sumitur pro gustare vel ex-
periri seu pati: sic quoque accipitur in Psalmo, quo dicitur
non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Denique (vt Psal.1.5
habetur in Luca) semen est verbũ dei. Quemadmodum ergo Lucæ.8.
in corporalibus rebus, qui semen custodit in terra, pertingit
ad fructum, sic qui seruat verbum Christi in corde, continuo
pertingit, tandemque pertingit ad fructum seminis huius, qui
est vita æterna, ꝓpter quod Salomon admonet, Serua man- Prou.7.

D data & legẽ quasi pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eam. *Dixerunt ergo ei Iudæi* carnales præinducta verba de morte naturali ac corporali intelligentes N*unc cognouimus, quia dæmoniũ habes*. i. tã insensate, tamq; manifestè mẽdaciter loqueris, quòd qui pauloante opinabamur te dæmonium habere, illóque instigante stultissime loqui, nunc certi sumus de hoc. Et hoc probant. *Abrahã mortuus est*, morte corporali, cũ esset centũ septuagintaquinque annorum, sepelieruntq; eum Isaac & Ismaël filij eius, vt
Gen.15. in Genesi dicitur, E*t prophetæ* mortui sunt, quasi dicant, tam
Mat.13. sanctus patriarcha, beatissimiq; prophetæ, qui sermones dei
Marc.6. impleuerunt, mortui sunt, E*t tu* (filius fabri ac pauperis fœ-
E minæ dicis) *si quis sermonem meum seruauerit, mortem nõ gustabit in æternum*, tanquam dicant, intolerabilis est præsumptio tua, quia sic loqueris ac si verba tua essent amplioris efficaciæ, quàm verba dei, & tibi obediẽtes beatiores essent Abrahæ ac prophetis, cæterisq; dei ministris, qui nõ obstante obseruatione diuinorum verborum defuncti noscuntur. N*unquid tu maior*, id est, sanctior, E*s patre nostro Abraham*? qui amicus dei vocatus est, sicut per Esaiam dominus loquitur, Semen Abraham amici mei, quasi dicat, nequaquam. Loquitur ergo de spirituali magnitudine, quæ præsertim in sapientia & virtute consistit. Vnde in spiritualibus idem est esse maiorem & meliorem: ideo deus, in quo nulla est quantitas, maior est omnibus rebus in infinitum. Mira cæcitas Iudæorum. Experimentaliter enim constabat, quòd Iesus in gratia prophetiæ, in altitudine sapientiæ, in efficacia miraculorum, in
F conuersatione spiritualium operum excessit Abraham patriarcham, sed omnia ista ascripserunt diabolo, cum tamen nec diabolo constent futura pure contingentia, cordiumque secreta, sed soli deo, quæ Christus vbertim prędixit ac reseraiuit. Vnde per Esaiam dominus ait, Quæ ventura sunt annun-
Esa.15. ciate, & sciemus quia dij estis vos, E*t prophetæ mortui sunt*, id est, quomodo tu qui inferior es Abrahã & prophetis defunctis citóque moriturus, aliis immortalitatem promittere audes? Q*uem teipsum facis*? id est, qualem vel quantum affirmas & reputas te, quem videmus esse hominẽ mortalem similem nobis? quasi dicat, Multũ inaniter magnificas teipsum. R*espondit* I*esus* excusando se de tanto facinore. Si *ego glorifico*, id est, gloriosum seu magnum dico M*eipsum* inordinate atque

atque carnaliter, non sub ordine sapientiædei, secundũ quod A
mihi imponitis, G*loria mea*, id est, dignitas quam mihi ascribo, N*ihil est*, id est, nullius reputationis, vana & falsa. Christus vtique dicendo, Ego sum lux mundi, & multa similia, glorificauit se, sed non inordinate, prout Iudæi ei imposuerunt, idcirco respondet ad intentionem ipsorum. E*st pater meus* (cœlestis) *qui glorificat*, id est, gloriosum ostendit M*e*, dicendo, Hic est filius meus dilectus, & per opera miraculo- Matth. 3.
sa, prophetarum quoque eloquia. Denique, pater glorifica- Marc.1.
uit, id est, beatum fecit Christum secundum naturam assum- Lucæ.3.
ptam, conferendo animæ eius beatificam fruitionem. Nec Mat.17.
mirum si filius asserat glorificari à patre, cum infra filius di- Lucæ.9.
cat ad patrem, Ego te glorificaui super terram. Et in libro Iohan.17.
Regum deus loquutus est, Qui glorificauerit me, clarifica- B
bo eum, Q*uem* (id est, de quo patre meo) *vos dicitis quia deus noster est* per creationem & gubernationem, & per dilectio- 1. Reg.2.
nem, & honorationem nostram ad eum. Quãuis enim Iudæi trinitatis mysterium ignorantes, non dixerint deum patrem esse deum ipsorum, loquendo de patre secũdum quod pater, tamen id quod est pater, videlicet deum absolutè acceptum, dixerunt esse deum suum, E*t non cognouistis eum*, quoniam patrem non cognouerunt secundum proprietatem relatiuam, & propriam patris rationem: nec deum cognouerunt cognitione formata, sed informi, non enim obedierunt eius prece ptis, ideo factis eum negabant. quemadmodum de impiis di- 1. Tim.1.
cit Apostolus, Confitentur se nosse deum, factis autem ne- 1. Ioan.3.
gant, cum sint abominati & reprobi. Vnde Iohannes ait, in C
sua Epistola, In hoc scimus, quoniam cognouimus deum, si 1. Cor.1.
mandata eius obseruamus. De tali formata notitia dicit Apo Roma.1.
stolus, Si quis ignorat, ignorabitur. Porrò, de cognitione informi ait. Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cognitionibus suis E*go autem noui eum* secundum vtranque meam natu ram, quia vt deus cognosco eum per comprehẽsionem perfectam, & vt homo, cognosco eum notitia, beatæ fruitionis per speciem. Talis nempe notitia nouit anima Christi deum trinitatem seu trinitatem indefinenter in somno & vigilia: quia per somnum, aliasque corporales occupationes, actiones, & passiones, non impediebatur anima Christi ab interiori cognitione ac dilectione dei, sed iugiter erat in actu, E*t ser-*

D *monem eius seruo* memoriter & obedienter, secundum natu-
ram humanam. Non enim negligentia vel obliuio locum ha
bebat in Christo. *Et si dixero, quia non scio eum*, id est, quod pa
trem non cognosco, quod impossibile est me dicere, sicut im
possibile est me mentiri, *Ero similis vobis mendax*, qui multa
mendacia fingitis contra me. *Sed scio eum, & sermonem eius*
seruo, vt dictum est. Paulo ante dixerunt Iudæi, Nunquid
tu maior es patre nostro Abraham? ad hoc Christus modo
respondet. *Abrahã pater vester* secundum carnalem propaga-
tionem, non secundum fidei atque virtutum paralitatem,
Exultauit, id est, spiritualiter lætabatur, *Vt videret*, id est, de
hoc quòd visurus erat *Diem meum*, id est, tempus aduentus
mei seu incarnationis. Facta enim sibi promissione, quòd
E Christum in spiritu cerneret, eiusque mysteria nosceret, cor-
Gene. 22. dialiter exultauit. *Vidit* (id est, per spiritum propheriæ cor-
Apoc. 3. gnouit) *diem* aduentus mei, vel me tunc venturum. Cogno-
uit enim filium dei in fine seculorum incarnandum, cum di-
ctũ est ei, In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Nec du-
bium quin ipse, aliiq; prophetæ, patriarchæ, multa nouerunt
per reuelationem diuinã de Christo, eiusq; aduẽtu atq; my-
steriis, quæ nõ sunt descripta. An tamen Abraham nouit de-
Dan. 9. terminate tẽpus aduẽtus Christi (vt Daniel qui determinã-
uit hebdomadas dominicæ passionis) certum non habeo. Po
test quoq; intelligi de die æternitatis Christi, quæ dies aliud
nõ est nisi ipsa æternitas, seu deus æternus. Huius diei beati-
Gene. 14. ficam visionẽ in claritate patriæ electorum, deus promisit A-
F brahæ, Ego (inquiẽs) protector tuus & merces tua magna ni
mis. Hanc diem vidit Abraham, in via per fidem, tẽdebat ad
eam per spem, exaltauit in eius præstolationem per charita-
Heb. 1. tem. Hinc quoq; dicit Apostolus, Expectabat Abrahã fun-
Mat. 13. damenta habentem ciuitatem, cuius artifex & cõditor deus.
¶ Sed his obuiare videtur, quòd Christus alibi ait discipulis
suis, multi ,pphetæ & iusti cupierunt videre quę vos videtis,
& non viderunt. Hoc enim apparet tam bene dictũ de Abra
hã, sicut de aliis prophetis ac iustis. Et respondendũ, ꝙ Chri
stus loquitur ibi de visione intellectuali cõiuncta visioni ex-
teriori, quemadmodũ plenius demõstrauit super Matthæum
Sic autem Abrahã non vidit diem & opera Christi, seu Chri
stum in carne, nec alij prophetæ ante Christi incarnationem
defuncti. *Dixerũt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nõ*
dum

dum habes, & Abraham vidisti? Christus dixit quòd Abraham A
vidit diem suum, & ipsi sic repetunt, Abraham vidisti? quia
qua ratione verificaretur vnum, verificaretur & reliquũ: qua-
si dicant, Si abraham vidit diem tuum, ergo contemporanei
extitistis, & vos inuicem conspexistis, quòd patet falsum, cũ
nondum sortitus sis annos quinquaginta. Potius autem dixe
runt, Abraham vidisti, quàm Abraham vidit te, quasi magnũ
esset Iesu vidisse Abraham patriarcham, & non econtra, re-
putantes Abraham multo maiorem Iesu.
¶ Quæritur, cur nominauerunt annos quinquaginta, quum
Iesus multo iunior esset. Aliqui dicunt, quòd à casu, quia sic
occurrebat eis. Alii dicunt, quòd propter reuerentiam iubi-
lei, qui fuit quinquagesimus annus: quasi dicant, necdum at-
tigisti vnum iubileum, & Abraham vidisti, qui pene per duo B
milia annorum dormiuit cum patribus suis. Quidam dicunt,
quòd Christus propter ieiunia & labores, & propter nimiã
maturitatem videbatur multo senior, quàm fuit. Vnde ait in
Psalmo, Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea im Psal. 108.
mutata est propter oleum. Ego opinor, quòd ideo tãtum ex-
crementum annorum expresserunt, vt insinuarent, quàm pla
ne ac facile possent falsificare verba Christi: quasi dicãt, Da-
to quòd haberes multo plures annos quàm habes, nihilomi
nus falsum esset, quòd dixisti Abraham te vidisse.
¶ Errauerunt autem isti obtenebrati Iudæi dupliciter. Pri-
mo, quòd verbum Christi de corporali visione intellexerũt.
Secundò, quòd solum in Christo humanam natiuitatem pen C
sabant, putãtes, quòd nequaquam fuisset prior sua matre. Hu
ius secundi falsitatem reprobat Christus. *Dixit eis Iesus, Amẽ*
amẽ dico vobis. Mitis humilisque magister semper patien-
ter cum trãquillitate respondet, non commotus illorum in-
uersis. Hoc enim præcipuè pertinet ad prædicatorem siue do
ctorem verbi dei, quia vt Salomon loquitur, Doctrina vi- Prou. 19.
ri per patientiam noscitur, & non contristabit iustum quic-
quid ei acciderit. Propterea apud Gregorium, Tanto cõuin-
citur quisq;, minus doctus, quanto minus patiens, *Antequam*
Abraham fieret, i. crearetur, quantum ad animam, vel genera-
retur quantum ad totum compositum. *Ego sum* in natura di-
uinitatis æternaliter, inuariabiliterque subsisto.
¶ Porrò, dicendo ego sum, ostendit suam æternitatem, quæ Exod. 3.
nec præteritum habet, neq; futurũ, sed omne tempus ambit,
sed inclu-

D includit, excedit. Ipse est, qui olim loquutus est Moysi, Ego
Heb. 13. sum qui sum. Vnde ad Hebræos legitur Iesus heri & hodie,
1.Cor.1. ipse & in secula Ipsa nanque est sapientia quæ in Ecclesiasti
Eccle.24. co protestatur, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita an
te omnem creaturam. *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum*
obruendo eum lapidibus tanquam blasphemum. Lex quip
pe præcepit blasphemos lapidari *Iesus autem abscondit se*,
non retro maceriam seu columnam, sed abscondit se, id est,
diuina potestate præbuit se inuisibilem Iudæis, non discipu
lis suis, quia sequuti sunt eum. Potest autē absconsio ista du
pliciter intelligi. Primò, quo percussit eos, cæcitate, quæ di
citur auritia, qua aliquid non videtur, cum tamen alia videan
tur. Vel sic videtur, non tamen cognoscitur, qua percussi fue
Gene.19. runt Sodomitæ, & Syri ad instantiam Helisæi, vt legitur in
2.Reg. 6. Genesi, & in libris Regum. Secundò, quòd Iesus diuina vir
E tute fecit, nec color corporis sui immutaret visum Iudæorū,
imò hoc potuit virtute animæ suæ quæ habuit perfectum do
minium supra proprium corpus. Nam & animæ beatorū cor
poribus glorificatis vnitæ facere propria corpora visibilia
vni, & inuisibilia alteri. Corpora enim huiusmodi sunt in
plenissima obedientia animarum, deo fruentium, *Et exiuit*
de templo Hierusalem. Exiuit autem pergendo per medium
illorum, quemadmodum transiit per medium ciuium suo
Lucæ. 4. rum eū præcipitare volentium, vt Lucas recitat, Noluit enim
Iohan.2. adhuc occidi, quoniā nondum venit hora quam propriæ pas
Iohan. 7. sioni præuidit, præfixit, elegit, per quod dedit exemplum fi
F delibus, quod sæpe possunt se persecutoribus suis occultare,
quando videlicet fides aliorum non periclitatur, nec grande
scandalum oritur pusillorum, nec iustitia ipsa extinguitur.

¶ Expositio Capitis. IX.

Et præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate,

ARTICVLVS. XXIIII.

Via in superiori capitulo multa incomprehen
1.Iohā.8. sibilia ac diuina Christus de seipso asseruit, quę
Q Iudæi non intelligentes voluerunt eum quasi
blasphemum lapidare, idcirco nunc conuenie
ter recitatur miraculum omnino diuinū, quod
natu-

quod naturali virtute effici nequit, quatenus per hoc confir- A
metur supernaturalis doctrina iam præinducta. Præmissæ e
nim correspondere, & proportionari debēt cōclusioni, pro
pterea supernaturalis veritas fidei per supernaturalia argu
menta, hoc est, per opera miraculosa ostenditur. *Et præter*
iens Iesus, hoc est, locum circa templum pertransiens. *Vidit*,
diligenti intuitu oculi corporalis, pio quoq; respectu diuinæ
miserationis. *Hominem cæcum à natiuitate* nomine Cedoniū,
qui postea cū Maria Magdalena, Martha, Maximino, & La
zaro, seu à Iudæa expulsus est, sicut habetur in legēda Mariæ
Magdalenæ. Cæcus autem à natiuitate non potest de colori
bus iudicare, quia orbatus à natiuitate aliquo sensu, caret no
titia sensibilium illius sensus: ex quo concludit Aristoteles,
quòd nostra notitia intellectiua non est concreata, sed à sen B
su originata, atque ex præuia cognitione sensitiua causata.
¶ Mystice, quando Iudæi increduli Christum repulerunt,
eius discipulos atque Apostolos à suis finibus expellendo, cō
uersus est Iesus, & oculo pietatis aspexit populum gentilem
penitus cæcum, & in tenebris natum ac enutrium, eumque
per Apostolorum prædicationem & gratiæ infusionem edo Acto. 13.
cuit: propter quod Paulus & Barnabas dicunt Iudæis, Vobis
oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repuli
sis illud, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit no- Esa. 1.
bis dominus. In Esaia quoque dominus ad Christum ait, De
di te in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum. *Et in*
terrogauerunt eum discipuli sui. Ex quo viderunt eum diligen- C
ter intueri hunc cæcum, quasi aliquid circa eum acturus, sci
scitati sunt magistrum discipuli. *Rabbi, quis peccauit hic* (cæ
cus) *an parentes eius? vt* hoc est, propter quod peccatum. *Cæ*
cus nasceretur. Discipuli isti præsupponebant quòd pœna
non infligitur rationali creaturæ, nisi propter culpam, quum
pœna sit præmiū culpæ: & hoc aliquo modo verum est, quia
nisi originale peccatum præcessisset, sequentes pœnæ homi
nibus inflictæ non essent: non tamē omnis pœna propter ori
ginale peccatum inducitur, quasi in vindictam illius, nec pro
pter actuale peccatum patientis, sed & propter alias causas,
vt iam dicetur. ¶ Videntur autem discipuli interrogasse,
ac sic putassent, hominem antequā nasceretur peccasse, quē
admodum Platonici & Origenes dixerūt animas hominum
simul creatas à principio mundi in cælo, illicque peccasse, &
ob

D ob id corporibus quasi carceribus alligatas in vltionem peccatorum vitæ alterius seculi. Sed hoc discipuli non putabãt, neque à Christo hoc didicerunt, sed cum essent rudes, & simplices simpliciter quæsierunt. ¶ Potest tamen eorum inquisitio colorari dupliciter. Primò, vt intelligãtur quæsisse de peccato originali ipsius cæci. Secundò, vt intelligantur interrogasse de peccato eius futuro, videlicet, an deus vniuersa prænoscẽs, fecerit eum cæcum propter iniquitates eius futuras. Est namque quorundam opinio, quòd deus interdum dat præmium ante meritum, scilicet propter meritum futurum.

¶ Considerandum verò, quòd punitio cõsistit in subtractione alicuius boni & inflictione mali. Bonum autẽ est duplex, & malum similiter. Est enim bonum spirituale ad animã pertinens, scilicet, gratia, virtus & dona spiritus sancti. Aliud est bonum corporale, vt sanitas, diuitiæ. Vnus ergo non punitur propter peccatum alterius, in priuatione spiritualium bonorum, & inflictione oppositorum malorum, sed in priuatione corporalium bonorum, cuius ratio est, quoniã vnus punitur propter peccatũ alterius, in quantũ est aliquid eius, ita quòd pœna eius redundat in illum propter quẽ punitur. Sicut punitur populus propter regem, & filius propter parẽtes. Quẽ admodum in libris Regũ. Et in Paralipomenon legitur, Populus Iudæorum percussus, propter murmurationem factam seu fieri iussam à Dauid. Vnus autem nõ est aliquid alterius, quantum ad animam, quoniam anima simplex est, & immediate à deo creatur atque infunditur. Vnde per Ezechielẽ dominus loquitur, Omnes animæ meæ sunt. Sicut anima filii, sic anima patris. Sed quantũ ad corpus filius est aliquid parentum, tanquam de eorũ semine natus: & populus est aliquid principis. Ideo propter peccatũ vnius, alter quandoque punitur, vel in coprore per infirmitatem, vel in membris per monstruositatem. Quandoq; enim nascuntur filii mõstruosi, propter peccata parentum, qui in filiis talibus affliguntur ac pununtur, vel in exterioribus bonis, vel in subditis.

E

2.Re.24. 1.Pa.21.

F

Ezec.18.

¶ Per hanc distinctionem concordantur scripturæ, quæ prima facie videntur contrariæ: illæ enim quæ asserunt filios puniri propter parentes, intelligendę sunt de punitione in corporalibus bonis, quæ subtrahũtur, & corporalibus malis quę infliguntur: vt cum Moses ait in Exodo, Dominator domine qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam &

Exod. 80. Exod. 34.

& quartam generationem. Et apud Hieremiã, Domine deus qui facis misericordiam in milibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorũ post eos. ¶ Porrò authoritates quæ dicunt oppositum, intelliguntur de punitione in spiritualibus bonis. Talis enim punitio non ordinaretur ad bonum puniti, vt per Ezechielem inducitur, Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii. Hincapud eundem dominusincrepat filios Israel, dicens, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. *Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius* peccato de quo vos inquiritis, id est, tale crimen non cõmiserunt, propter quod iste natus est cæcus. Non ergo vult Christus dicere, quòd nullatenus peccauerunt, quoniam Salomone testante, Nõ est homo super terrã qui faciat bonũ, & non peccet. Et Iacobus. In multis (inquit) offendimus omnes. Sed intẽtioni discipulorum respõdit, qui de certo peccato interrogauerũt. *Sed vt manifestentur opera dei in illo* 1. ideo natus est cæcus, vt miraculosa opera à me in eo fiãt, ad manifestationem diuinæ potentiæ, atq; ad gloriam creatoris. Ponit autem Saluator plurale pro singulari, quia per opera dei designat supernaturalem illuminationẽ cæci istius. Vel potest pluraliter accipi, intelligendo per opera dei omnia, quæ ad illuminationem huius cæci concurrebant, videlicet linitionem oculorum eius ex sputo &c. ¶ Denique secũdũ doctores, sex modis flagellat dominus hominem. Primò, propter meritorum augmentum, & ad virtutis probationem seu manifestationem, quemadmodum Iob, & Tobiam, secundum quod Iob ait, Probauit me dominus quasi aurum, quod per ignem transit. Et Tobias dicit, Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Secundò, propter virtutum spiritualiumque bonorum custodiam, ne propter superbiam amittantur, vt Paulus qui profitetur, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi angelus satanę. Tertiò, vt virtus diuina manifestetur ad gloriam creatoris, vt hunc cæcum & Lazarum, qui ideo obiit, vt à Christo ad gloriam dei suscitaretur, sicut infra Saluator testatur, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, vt clarificetur filius hominis per eam. Quartò, propter peccata vt per pœnam inflicta purgentur, expientur, seu dimittantur, vt paralyticum, de quo dictum est quinto cap. & Mariam soro-

A

Hie. 32.

Ezec.18.

Ibidem.

B

3.Reg.8.

Iacob. 3.

C

Iob.2.

Tob.2.

Iob 32.

Tob.12.

2.Cor.12.

Iohã.11.

Iohan.5.

Num.12.

1.Mac.9.

Mat. 2.

Gene. 19.

Num.16.

Esa.55.

rem

D rem Mosi, filios quoque Israel in deserto, vt aliqui dicunt. Quinto, propter nimia scelera, vt futura atque æterna pœna in præsenti quodammodo inchoetur, vt Antiochum, & Herodem, Sodomitas, Dathan, & Abiron, & Chore. Sextò, propter diuini consilii dispensationem, ad satisfaciendum pro aliis, sicut Christum, iuxta illud Esaiæ, Propter scelus populi mei percussi eum. Me *oportet* non aliqua coactione, sed magna vtilitate atque immobili complacētia, & propter inuariabilem dispositionem ordinationis diuinæ, à qua deuiare non possum, *Operari opera eius qui me misit*, hoc est, opera dei patris, quæ per me fieri decreuit, quæ ordinantur vel pertinent ad humani generis liberationem, videlicet signa
E per quæ homines sciunt me esse filium dei, vt conuertuntur ad me, cætera quoque opera sancta & virtuosa, quæ pro nostra salute Christus fecit docendo, orando, discurrendo. Opera autem miraculosa sunt opera patris, vel trinitatis, tanquam principalis actoris, de quo cantatur, Benedictus do-
Psal. 71. minus deus Israel, qui facit mirabilia solus, & sunt opera
Iohan. 14. Christi hominis, tanquam instrumentaliter exequentis. Vnde infra ait, Pater in me manēs, ipse facit opera, *Donec dies est*, hoc est, quandiu in mundo visibiliter maneo, cum hominibus conuersando. Quemadmodum enim sol materialis sua præsentia causat diem, & sua absentia noctem. Sic Christus præsentialiter existendo in mundo in humanitate assumpta, tanquam sol intelligentiæ solque iustitiæ fecit diem spe-
Esa. 4. cialis gratiæ spiritualem, de quo die loquitur Esaias, In die
Zach. 2. illa erit germen domini in gloria & magnificentia. Et Za-
F charias, In die illa applicabūtur gentes multæ ad dominum, dies iste præsertim consistit in cordibus diuino lumine illustratis. Durauitque à Christi natiuitate vsque ad eius ascensionem. ¶ Verùm, quoniam Christus etiam post ascēsionem operabatur opus nostræ salutis mittendo paracletum, & per
Acto. 2. apostolos faciendo miracula, imò per eos cæterosque discipulos atque vicarios suos, multos illuminando, & conuertēdo quod & nūc ait, & vsque in seculi finem facturus est, ideo potest hoc modo exponi, Me oportet operari opera eiꝰ, qui me misit, hoc est, miseris subuenire, peccatores conuertere, infirmos sanare, debiles cōfortare, electos custodire, donec dies est, hoc est, durante tēpore gratiæ seu vita præsente sub euangelica lege: de quo tēpore per Esaiam dominus asserit,

Tempo-

Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Et A
Apostolus, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies sa Esa. 49.
lutis. *Venit* id est, incessabiliter appropinquat, *Nox*, id 2. Cor. 6.
est, finis vitæ præsentis, vel hora iudicij *Quando nemo potest operari*, id est, meritorie agere, quoniam via finita est estatus. Cum ergo hæc vita sit via, & cursus ad aliam vitam, ne- Eccle. 6.
mo potest post hāc vitam mereri vel pœnitere. In hora quoque iudicij erit tempus præmiorum non meritorum. ¶ Nō ergo indulta pœnitentiæ tempora negligamus, non diē aliquem infructuose perdamus, sed iuxta Salomonis doctrinā quodcunque potest manus nostra instanter operemur, quoniam cito erit terminus vitæ istius. *Quandiu in mundo sum*, id est, inter homines corporaliter viuo & ambulo, *Lux sum mundi*, id est, hominum corda illustro, verba prædicationis, B
exemplo conuersationis, signis diuinæ virtutis, ¶ Sed nónne saluator semper in mundo est, vel post assentionem desit esse lux hominum? Non vtique, quoniam ipse ait apud Mat- Mat. 28.
thæū, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad cō summationem seculi. Est autem Christus in hoc mundo inferiori, & cum fidelibus per maiestatem deitatis, per sacramentum proprij corporis & sanguinis, atque per spiritualē inhabitationem, quos mente deuota per charitatē, & cēteras gratiæ dona inhabitat. Denique, post ascentionem magis illuminauit mundum, quàm ante, tam apostolos, quàm alios per apostolos. Dixit enim apostolis ante passionem, Expe-
dit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus nō Iohan. 16.
veniet ad vos. Si autem abiero, mittā eum ad vos. Ante a- C
scensionem quoque non illuminauit nisi Iudæos, & aliquas gentes illis vicinas: post ascensionem verò vniuersum mundum Nihilominus, quandiu fuit in mundo modo prætacto, fuit lux mundi speciāliter, vt pote per seipsum immediate homines illustrando. *Hæc cum dixisset Iesus, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo* (& terra seu puluere) *& liniuit lutū super oculos eius*, id est, super organum clausum huius cæci, Et *dixit ei*, *Vade laua* (oculos) *in natatoria*, id est, piscina vel aqua, *Syloe, quod* (nomen Hebraicum) *interpretatur missus*. Syloe fons fuit oriens in pede montis Sion, descendensq; in vallem Iosaphat, cuius aqua in quodam stagno recepta atq; collecta, nō lōge à mōte Sion vocata est natatoria Syloe. i. I. Cor. 1.
piscina ex fonte illo collecta. ¶ Quærendum est diligēter,

cur

D cur Christus sapientia patris, nihil sine legitima causa efficiens, qui potuit solo nutu, solo verbo, solo imperio, cæcô huic visum præstare ita nõ fecit, sed iuxta ordinem explicatũ expuendo fecit lutum, quo vnxit oculos cæci, quem misit ad aquas, Syloe ad lauandum? Et respondendum, quòd nõ sine grandi mysterio, non sine mystica ratione id contigit, nempe per exteriora ista quæ fecit, insinuauit quo modo, & ordine interior oculus illustretur. Exspuitio ergo in terrã, figurauit effusionẽ diuinæ sapientiæ, super corda humana. Quoniam per saliuam, qua gustus cibos diiudicat, & lingua verba pronunciat, sapientia designatur, quæ præstat in rebus diuinis saporem, & linguam erudit ad loquendũ, quæ dei sunt, cũ discretione rectissima prout docet Apostolus, Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Lutũ verò est cor hu
E manum, quoniam sensus, & cogitatio hominis proni sunt in malum, & ad terrena iugiter inclinantur, nisi cor ipsum diuina gratia perfundatur ac eleuetur. Propter quòd, mẽtes peccatorum dicuntur carnales, non per essentiam, sed inclinationem & inhæsionem. Præterea per linitionẽ luti istius supra oculos cæci, designatur vnctio spiritualis qua verbũ incarnatum, vel homo quicunque diuina sapientia illustratus, docet intellectum fratris seu proximi sui, applicando radiũ sapientiæ dei ad certam personam: quo facto, iubetur homo ire, id est, à vitiis ad virtutes migrare, atque de virtute in virtutem procedere, ne infusam sapientiam perdat. Et lauare oculos suos in natatoria Syloe, id est, cor suum ab omni vitiorum calligine, atque ignorantiæ cæcitate in fonte sapiẽtiæ, scilicet Christo purgare, quatenus sciat se sine virtute &
F gratia Christi, & sine dominicæ passionis merito nil posse: secundum quod infra testatur, Sine me nihil potestis facere. Christus enim cum sapientia incarnata missa in mundum, recte per natatoriam Syloe (quæ interprætatur missus) exprimitur. ¶ Potest quoque per natatoriã hanc fons lachrymarum ex vera compunctione vel patriæ desiderio emanãtium designari, in quibus anima ab omni macula purificatur. Vel certe baptismus, quantum ad cathecumenos bene instructos atque contritos. ¶ Ad insinuandum ergo quòd ista ad interioris oculi perfectam illustrationem requirũtur, fecit Christus quæ dicta sunt. Alij dicunt (vt Chrysostomus) quòd fecit lutum, ad ostendendũ, quòd ipse sit, qui in exordio mundi operatus est hominẽ de limo terræ. Saliuam quoq; emisit, ad declarandum, quòd virtus curatiua esset à diuinitate, quæ est caput Christi hominis, tanquam à principali principio, & ab eius humanitate, quasi ab instrumẽto. Saliua quippe fluit à capite: & caput Christi deus secũdum Apostolum. Christus quoq; secundum naturam assumptam, caput est omnium electorum, sicq; per exspuitionem saliuæ descendẽtis à capite signat, quod potestas sanatiua esset à diuinitate & Christi humanitate, sicut ostensum est. Oculos quoque cæci liniuit, ostendens se humanorum corporum formatorem & reformatorem, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Iussit autem cæcum sic
B luto linitum ire ad natatoriam Syloe, vt obediendo aliquid mereretur, eiusq; fides & obedientia notificaretur, & ipsum miraculum amplius diuulgaretur. *Abiit ergo*, cæcus natus, *Et lauit* oculos suos in natatoria Syloe lutũ abstergendo ab oculis: in quo commendatur fides, ac obedientia eius *Et venit videns*, nam obediendo Christo in ipsa piscina visum recepit, quo significatur, quòd qui deo obedit, copiosius illustrari meretur. *Itaq; vicini* (cæci istius) *& qui videbant eum prius* antequam visum recepit, *Quia mendicus erat*, id est, ideo eum frequenter inspexerant, quoniam more debilium sedit in publico, eleemosynam à prætergredientibus postulando, *Dicebant*, *Nónne hic est qui sedebat* in loco pauperum,
C *Et mendicabat?* quasi dicant, Vtique ex longa enim experimentaliq̃ notitia certi erant de hoc. *Alii dicebant quia hic est*, isti consenserunt iudicio vicinorum, *Alii autem dicebant, nequaquam*, (id est, non est sic) *sed filius est eius*, hoc dixerunt duplici ratione. Primò quoniam possibilius reputabat, duos esse in omni dispositione corporali simillimos, ita vt discerni non possent, quàm cæcum à natiuitate visum recepisse. Secundò, quia & cæcus iste in vultu aliqualiter fuit mutatus, propter oculorum apertionem, oculis vicinarũ alterationem & relaxationem, *Ille verò* quia seipsum optime nouit, quantum ad identitatem personæ, *Dicebat, quia ego sum* (voluit enim suũ curatorem magnificare atque honorare) *Dicebãt ergo ei. Quomodo ergo aperti sunt tibi oculi?* Respondit, *Ille homo qui dicitur Iesus*, Nondum agnouit hic cæcus, CHRISTI diuinitatem, sed humanitatem, eiusq; nomen ex aliorũ relatu didicerat, *Lutum fecit*, non dicit quomodo

Colo.4.
Gene.8.
Psal.83.
1.Cor.1.
Iohan 15.
Chryso.

A
Gene.2.
Ephe.5.
Philip.3.
Prou.16.

D modo, vt pote exsputo & terra, quia forte nõ sciuit hoc, quia nec vidit illud, Et *duxit oculos meos* (videlicet pellem extrinsecus) *& dixit mihi, vade ad natatoriũ Syloe, & laua oculos, & abiit, & laui, & vidi* postquam illi obediendo, oculos aquis rigaui. *Dixerunt ei*, *Vbi est ille?* Hoc fortè quærebant, vt traderẽt Iesum pharisæis & scribis, eò quòd sabbato hæc egisset. *Ait nescio*. Iesus nanque recessit à loco illo, antequam cęcus illustratus reuersus fuit: nec audiuit, quò abiisset nec sciuit quòd Iesus per diuinitatis immẽsitatem esset vbique. *Adducunt eum ad pharisæos* qui cæcus fuerat, vt ipsi tanquam maiores, ac religiosiores iudicarẽt de opere isto, rémque diligentius examinarẽt. Vel vt Iesum de violatione sabbati, coram pharisæis accusarent. Vel vt placerent pharisæis

E à quibus noueranr Iesum odiri. *Erat autem sabbatum* (videlicet septima dies festiua) *quãdo lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius* Hoc inserit Euangelista, vt pandat causam adductionis, cæci ad pharisæos, & dissentionis pharisæorum adinuicem. *Iterum ergo interrogabant eum pharisæi, quomodo vidisset?* Vt possent aliquam calumniandi occasionem ex verbis cæci illuminati elicere. *Ille autem dixit eis, lutum posuit mihi super oculos & laui oculos*, in præfata piscina, Et *video*. *Dicebant ergo ex pharisæis quidam* indurati & excæcati, festucã in aliis, non trabem in seipsis pensantes, atq; ex beneficiis dei peiores effecti. *Non est hic homo à deo* per vitæ bonitatem, hoc est, secundum dei beneplacitum non operatur, neque à deo missus est, nec eius adiutorio, sed dæmonis agit subsidio. *Qui sabbatum non custodit*. ¶ Mentiti sunt, dicen-

F do quò Christus sabbatum violauit, faciendo quę dicta sunt. Quoniam opera exteriora, ad diuinæ maiestatis honorẽ & declarationem directè pertinentia, licita erãt in sabbato, vt pote occidere, & excoriare pecora immolanda, templum ornare, atque similia. Factura autem luti, & vnctio oculorum prædicta, ordinabantur directè ad gloriam dei, eiusque omnipotentiæ sublimitatem declarãdam, itemque ad glorificationem filij sui, vt Christus esse sciretur. ¶ Præterea, Christus cum esset dominus sabbati, & legislator, non tenebatur ad literalem sabbati obseruationẽ. De hoc dicta sunt plura quinto capitulo. *Alii dicebant*, qui magis veritati propinquabant, minusque Christo inuidebant. *Quomodo potest homo peccator* legis transgressor, & sabbati violator, *Hæc signa*

Mat.12. Marc.2. Psal.83. Iohan.5. Lucæ.6.

gna facere? quæ facit iste, sanando paralyticum, natumque A cæcũ. Isti videntur melius intellexisse præceptũ de sabbati custoditione quam illi, quia non reputabant Iesum peccatorem. Et *schisma erat inter eos*, videlicet inter pharisęos, hoc est, diuisi, atque discordes erant, diuersa loquẽdo, ac sentiẽdo de Iesu. Huic quod dictum est, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere, cõsonat quod Christo locutus est Nicodemus, Scimus quia à deo venisti magister. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum illo. Iohan.3. ꝙ quæritur ergo, an vera sint hæc? & apparet ꝙ non, quoniam operatio miraculorũ pertinet ad gratias gratis datas, quæ malis bonisque communes sunt Christus quoque affirmat apud Matthæum septimo capitulo. Multi (inquiens) dicẽt mihi in illa die, Domine domine, nónne in nomine tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo signa multa fecim⁹? & tũc B (inquit) confitebor illis, quia non noui vos, Discedite à me operarij iniquitatis. Oppositum verò arguitur, quia si mira cula fieri possunt à malis, perit firmitas fidei Christianæ, quæ miraculis præsertim innitit, quòd enim à malo hominine fieri valet, non videtur sufficiens fidei argumentum. Rursus miracula fiũt diuina virtute. Deus enim preces malorum non audit, faciendo prodigia ad eorũ instantiam. Respondendum, quòd miracula propriè dicta sunt effectus, totã virtutem creatã excedentes. Vnde à solo deo fiunt. Idcirco, id ad cuius confirmationem fit tale miraculũ semper est verũ, cum deus non sit cõfirmatio erroris, nec testis falsitatis. Miracula verò diuinitus facta, quandoque fiunt ad testificandum, de veritate doctrinę, & tunc illa doctrina immobiliter G vera est, à quocũque doceatur, vel quantũcunque peruersus sit doctor: non tamen consequens est, quòd docens sit iustus vel deo placens, sicque per malos prædicatores, frequenter fiunt facta quædam miracula, ad fidei confirmationem: exauditq; deus præcem illorũ, nõ propter illorum merita, sed propter ecclesiæ vtilitatem, & ad insinuandum efficaciã fidei Christianæ. Cuius tanta est virtus, vt per eam fiant mira cula etiam à malis: interdum verò miracula fiunt, ad testificandum de bonitate docentis, & tunc doctor huiusmodi vere iter bon⁹ & iustus est. Miracula autẽ Christi facta sunt à deo, propter vtrunque, videlicet ad ostẽdendum, quòd vera sit eius doctrina, & quòd ipse sit verus Christ⁹ sanctus sanctorum,

D ctorum, & iustus in omnibus. Imò si quis dixerit, quòd mira-
cula Christi facta sint ad suæ doctrinæ confirmationem, se-
quitur quòd etiam facta sint ad suæ sanctitatis testimoniũ.
Psal.144. Docuit enim se esse Christum, sanctum & iustũ, omni pec-
cato carentem: quam doctrinam deus nequaquam miraculis
cõfirmasset, nisi ita fuisset. Sed hoc in aliis non sequitur, qui
non propriam, sed Christi legem prædicant & doctrinam.
Deut.32. ¶ Siue ergo à bonis, siue à malis fiat, propria sumpta mira-
cula demonstrat fidei veritas, tanquam à deo data, atq; fir-
mata. Verùm, quoniam ad credendũ multum confert iustitia
asserentis, idcirco decentius est miracula fieri à iustis quam
impiis, quod & ita fit. *Dicunt ergo cæco* (sed nunc videns) *
E iterum pharisæi, Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos?* id
est, Quale testimonium perhibes illuminatori tuo. Aliqui di-
cunt hanc quæstionem factam ab illis, qui dixerunt, non est
hic homo à deo qui sabbatum non custodit. Ad hoc vt vel
terrendo, vel circumueniendo inducerent cæcum, ad profe-
rendum aliquid mali de Iesu, Vel vt secum ex sua responsione
ne arguerẽt, atque de synagoga eiicerent. Hoc asserit Augu-
stinus & Beda. Theophylus autem & alij dicunt quòd facta
sit à fautoribus Christi dicentibus, Quomodo potest peccá-
tor hæc signa facere? Quoniam verisimile erat, quòd cæcus
bona de suo curatore contestaretur. Potius tamẽ videtur fa-
cta ab ambabus in se discordantibus partibus, qui cum inter
se discordarẽt, recurrebant ad testimonium eius qui exper-
tus fuit Christi potentiam, si forte ex eius responsione po-
F sent aliquam inuenire concordiam. *Ille autem dixit, quia pro-
pheta est.* Putauit enim, quòd Iesus fuisset solum propheta,
non finis, & dominus prophetarum. Implicite tamen credi-
dit eum esse Christum: quoniam firmiter tenuit, quòd esset
homo iustus & verax, & per consequens talis, qualẽ ipse e-
se perhibuit. ¶ Sed contra hoc videtur, quia quos Christus
sanauit in corpore, curauit in anima. Ergo & cæcum istum à
tali errore curauit. Dicendum, quòd cæcus pro tunc non re-
nebatur ad explicitam fidem de hoc, quod Iesus esset Chri-
stus. Vnde prædictus error excusabatur à culpa, maximè
quia non fuit per absolutam affirmationem. Quidam dicit,
quòd cæcus iste dicendo de Iesu, propheta est: nomine pro-
phetæ intellexit Christũ: ita quòd cæcus asseruit Iesum es-
se Christum. Sed huic obuiat, quòd post pauca cæcus hic ad
de Iesu

de Iesu: Si peccator est, nescio. Si autẽ tenuisset eũ pro Chri- A
sto, sciuisset, quòd non esset peccator. Istud tamen satis faci-
liter solui potest. Non tamen dicendum est, quòd nomine
prophetæ intellexerit Christum, quia non fuit consuetudo
Iudæis in communi modo loquendi, per prophetam intelli-
gere Christum. *Non crediderunt ergo Iudæi* quidam de qui-
bus dictum est, quòd dixerunt istum similem esse cæco nato.
Vel pharisæi opera Christi calumniantes, *Quia cæcus fuisset*
(à natiuitate) *& vidisset* beneficio Christi. *Donec vocaue-
runt parentes eius, & interrogauerunt eos, dicentes, Hic est filius
vester, quem vos dicitis* (id est, de quo affirmatis) *quia cæcus na-
tus est, quomodo ergo nunc videt?*
¶ Tria inquirunt. Primò, an iste sit filius eorum. Secundò, B
an cæcus à natiuitate. Tertiò, qualiter visum recepit, si natus
est cæcus. Et quia ad duo prima poterant parentes sine peri-
culo respondere, non autem ad tertium. Idcirco respondent
ad duo hæc, quemadmodum subditur. *Responderunt ei paren-
tes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster* (de prole
cuius sit, certior est mater quàm pater) *& quia cæcus natus
est: quomodo autem nunc videat, nescimus* (id est, modum & or-
dinem facti ignoramus) *aut quis eius aperuit oculos*, hoc est,
authorem tanti prodigij, *Nos nescimus, ipsum interrogate, ætá-
tem habet*, id est, annnos discretionis. *Ipse de se loquatur* (quo-
niam nemo certior eo) *Hæc dixerunt parentes eius, quia ti-
mebant Iudæos* hoc est, principales Iudæos, videlicet pha-
risæos, scribas & sacerdotes, inordinato & carnali timo-
re, ex quo & mentiti sunt, & opera CHRISTI pia, atque C
præclara maluerunt tacere, quàm à Iudæis persecutionem
sustinere. Vnde non excusantur à culpa. Causa timoris sub-
iungitur. *Iam enim conspirauerant Iudæi* (principales de qui-
bus iam dixi) *vt si quis eum confiteretur* CHRISTVM, *extra
synagogam fieret*, id est, quicunque diceret Iesum esse Chri-
stum, excluderetur à populo Iudæorum, tanquam excom-
municatus & perfidus, quod erat tunc grande opprobrium.
*Propterea scilicet ne de synagoga expellerentur. Parentes eius
dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate.* Et in hoc mul- 1.Ioan.12.
tum errabant, magisq; dilexerunt gloriam hominum quàm
diuinã. Nõnne salubriuseis fuisset à Christo recipi, quia pro-
pter se expulsos clementer recepit, quàm in synagoga ma-
nere, in quo erant æmuli filij dei? *Vocauerunt ergo* (pharisæi

D *rursus hominem qui fuerat cæcus*. Inuidia enim non quiescit, sed indefesso animo molitur malũ ei quem odit, & qui veritatem nituntur obruere, variis, exquisitis, falsissimisq; cautelis vtuntur. *Et dixerunt ei da gloriam deo*, hoc est, deum honora nobis religiosis consentiendo, & tuam curationem nõ huic Iesu, quasi diuina potestate agenti ascribendo, sed quòd aliquo alio modo visum recepisti. *Nos scimus quia hic homo peccator est*, id est, assiduus in peccato, seductor plebis, & sumptilator, magicis artibus vtens, nec diuina virtute te illuminauit. Ecce, quomodo malitia excæcauit eos, & quàm studiose satagebant decipere cæcum istum: quasi dicant, ex quo nos docti & religiosi hoc scimus, tu simplex idiota non debes ob tradicere nobis. *Dixit ergo* ille cæcus, nondum in anima perfectè de Christo illustratus. *Si peccator est, nescio*, id est, dubius sum vel incertus, an aliquo fuerit interdum peccato saltem veniali obstrictus, quemadmodum cæteri prophetarum. Nemo enim mundus à sorde, & iustus septies cadit in die. Aliqui exponunt sic, Si peccator est, nescio, id est, ego non scio verum esse, quod vos dicitis vobis esse notorium, vtpote quòd sit peccator, quin potius oppositum sentio. Cæcus iste nõ dubitauit de sanctitate Iesu, quem dixit esse prophetam, sed non fuit prorsus ab omni culpa immunis, non sciuit, quoniã nondum sciuit eum esse Christum filium dei, *Vnum scio, quia cæcus cum essem* (paulo antè) *nũc video* (securus & imperterritus fuit hic cæcus) *Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi, quomodo aperuit tibi oculos?* Hoc rursus quærebant insidiosè, vt possent aliquid reprehensionis elicere, tantumque miraculum obiurgare: timebant enim si miraculum istud diuulgaretur, quod propter nouitatem & magnitudinem eius, multi acciperent Iesum pro Christo. *Respondit eis, Dixi vobis*, Iam quid fecerit mihi, & quomodo dederit mihi visum, *Quid iterum vultis audire?* quasi dicat, non bono animo quæritis, quatenus cognita veritate credatis in illum. Sed vt aliquem obiectionem fingatis. Ideo subditur, *Nũquid & vos vultis discipuli eius fieri?* cuius ego iam discipulus fieri cupio: tanquam dicat, Scio quod non. Magna fuit constantia huius cæci, qui tam pertinenter atque audacter respondit pro suo benefactore. Nec dubium, quin Christus hanc ei concesit constantiam. *Maledixerunt eum*, id est, malum imprecati sunt Ei (videlicet cæco huic pharisæi) *& dixerunt. Tu discipulus illius sis*. Hoc narrat Euangelista secundum intentionem illorum, qui reputabant discipulatum sub magisterio Iesu esse miseriam, seductionem, & perditionem, cum secundum veritatem fuerit benedictio, salus, & gratia magna, *Nos autem Moysi discipuli sumus*. Nec hoc verò locuti sunt, quoniam mãdatum dei, de honoratione parentum per Moysen datum, per suam traditionem irritum fecerunt, vt probat Christus apud Mattheum. Scripturã quoq; Moysi non verè exposuerunt, propter quod supra dixit eis Saluator, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit, *Nos scimus*, authoritate scripturę, *Quia Moysi locutus est deus* per angelum persona dei loquentem. Vnde in Exodo scriptum est, loquebatur dominus cum Mose facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. *Hunc autem* (Iesum) *nescimus vnde sit*. Paulo antè locuti sunt Pharisæi isti increduli. Non est hic homo à deo, & nos scimus, quia hic homo peccator est. Opinabantur ergo se scire quòd non esset à deo: patriam quoque eius & genus nouerant, vnde superius locuti sunt Nicodemo, Scrutare scripturas & vide, quia à Galilea propheta non surgit. Quomodo ergo nunc dicunt, Hunc nescimus vnde sit, præsertim cum putarent eum à diabolo esse, & magicis artibus inhærere. Dicendum, quòd ex magno contemptu sic loquebantur ad insinuandum vilitatem Iesu, tanquam dicerent, velut inuentitium hunc reputamus cum ignoremus eum à deo missum: vel dicendum quòd loquebantur, sicut homines passionati, & ideo mirum nõ est, si verba eorum sint falsa, atque adinuicem repugnantia. *Respondit ille homo* (mente & corpore illustratus) *& dixit eis*, increpando eorum duritiam, perfidiamque reprobando. *In hoc enim mirabile est*, id est, in eo quòd diuinitus sit? id est, quòd Iesus iste à deo sit. Deinceps ponit in quo patet quòd miranda sit ignorantia pharisæorum. *Et aperuit oculos meos*, id est, per hoc quòd aperuit oculos meos à natiuitate clausos & cæcos, merito agnoscetis eum esse à deo, cum hoc sit supernaturalis effectus, soli deo possibilis, qui & fecit istum effectum in testimonium veritatis sanctitatisque Iesu: & mirum quòd non attenditis hoc, cum consuetum semper fuerit populo Iudæorum signa quærere, illisque credere. Propter quòd dicit Apostolus, Iudæi signa quęrunt. *Scimus autem, quia peccatores deus non audit*. Omnia verba cæ-

Sapien. 2.

Iob. 15.

Proue. 2.

Exod. 20.

Deut. 5.

Marc. 15.

Matt. 7.

Ephes. 6.

1. Pet. 2.

Mat. 13.

Iohan. 5.

Exod. 3.

Iohan. 3.

1. Cor. 1.

D cæci hic introducta, vno modo exponuntur determinate, ad probandum suum propositum, & sic vera sunt. Alio modo exponuntur communiter, sicque secundum Augustinum sunt verba cæci nondum perfectè interius illuminati. Vnde nec vera sunt absolutè. Primo sic, Scimus autem ex scripturis, quia peccatores in vitiis permanentes deus non audit, propter preces eorum faciendo miracula, ad testimonium bonitatis ipsorum, tamen (vt dictum est) interdum per malos fiunt vera miracula. Nam & ad instãtiam Alexandri magni, legitur deus maxima fecisse miracula. ¶ Denique, licet quis sit in statu salutis, raro tamen vel nunquam facit miracula modo prædicto, nisi sit vir heroicus & perfectus. Vnde per peccatores intelligi possunt insipiẽtes, animales, & imperfecti, quanuis sint pœnitentes, propterea subditur. *Sed si*

E *quis dei cultor est*, id est, deo deuotus per interiores latriæ actus, Et *voluntatem eius facit*, diuinis præceptis & admonitionibus obediendo in omnibus. *Hunc exaudiuit* faciendo ad precem eius miracula, pro testimonio virtutis talis cultoris. Sic autem maximè exaudiuit deus Iesum, sicut cæcus subiungit. *A sæculo non est auditum*, id est, nunquam contingit, vel perceptum est, *Quia aperuit quis oculos cæci nati*. In nulla enim scriptura hoc legitur factum, nisi hoc loco. Ex his inferit cæcus suum intentum, *Nisi esset hic à deo*, quasi missus ab illo, eiusq; gratia iuuaretur, nõ poterat facere quicquam, id est, aliquid tale quale fecit in me. ¶ Pro secunda explanatione huius scripturæ, sciendũ quòd aliquis dicitur peccator multipliciter. Primo, quia aliquando magna peccata commiſit,

F quanuis postea perfectus & virtuosus sit factus. sic Paulus vocat se peccatorem, dicendo, Venit Iesus peccatores sal-
1.Tim.1. uos facere, quorum ego primus sum: nihilominus de seipso
2.Cor.4. fatetur, Nihil mihi conscius sum. Secundò, quia de peccatis suis non satisfecit, quanuis pœniteat. Sic publicanus peccator fuit, cum dixit, Deus propitius esto mihi peccatori. Tertiò, enim dimissa erant ei peccata, quantum ad culpam. Tertiò,
Lucæ.19. quoniam in peccatis mortalibus est. Habet tamen propositum se emendandi, habetque sæpe motum attritionis, quãtus non habeat veram cõtritionem. Quarto, quia in vitiis iacet, nec pœnitet. Sed in prauo manet proposito & effectu. Iaquod ait, Scimus, quia peccatores deus non audit verum est de peccatoribus, quarto modo, vtpote quod non exaudiuit ad vti-

ad vtilitatem, quamdiu sunt tales, ideo enim Sapiens dicit, A
Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit Proue.28.
execrabilis. Et apud Esaiam dominus loquitur, Cum multi- Esaiæ.1.
plicaueritis preces, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenę sunt. Et pene innumerabilia sunt loca scripturę, hoc idem testantia: vt cum in libro Prouerbiorum dominus Proue.1.
asserit, Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane cõsurgent ad me, & non inuenient me. Nihilominus verum est, Ezec.18.
quod dominus ait per Ezechielem, In quacunque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius nõ recordabor. Elucescit ergo quòd peccatorem, secundo modo dictum, videlicet pœnitẽtẽ exaudiat dominus, dummodo salubriter, & instãter pro seipso orauerit: sed de peccatore, tertio modo, B
maior est difficultas, an exaudiatur in spiritualibus bonis. Et dicendum, quòd non exauditur de condigno, sed de cõgruo, maximè si faciat quod in se est. Certum est autẽ, quòd qui in peccato mortali est, nõ potest aliquid premereri, seu de condigno exaudiri, nisi misericorditer præueniatur à deo gratiã gratum facientem infundẽte: qua adepta, habet homo motũ contritionis meritoriæ, & actionis dignæ, atque idoneæ orationis, *Sed si quis dei cultor est, & voluntatem eius facit*, id est, signa diuinæ voluntatis implet, videlicet præcepta & hortamenta, hunc exaudit ad vtilitatem, quanuis non semper ad libitum: imò quandoque negando quod postulatur dat meliora, ac viciniora saluti. Hinc scriptum est, Si diluculo consurreris ad deum & omnipotentem fueris deprecatus, si mũdus C
& rectus incessetis, statim euigilabit ad te. Itemq;, Deus non Iob. 8.
proueiet simplicem, nec porriget manum suam malignis. Si ergo à deo exaudiri optamus, si aliquam specialem gratiam adipisci appetimus, non contradicat operatio orationi, nec ostendamus per opera iniqua, nos amare, id quod per orationem dicimus nos odire. Sed faciamus quod in nobis est, laborem debitũ continuamq; diligentiam apponẽdo, & effectum effectui confirmando, tunc deus protinus aderit, nostrumq; imperfectum supplebit, optatam perfectionẽ virtutum præstando. Ideo quippe in Iob legitur, Si iniquitatem quæ est in Iob. 11.
manu tua abstuleris, tunc leuare poteris faciem tuam. Et in Psal.144.
Psalmo, Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. *Responderunt pharisæi & dixerunt ei. In peccatis natus es totus*, id est, in originali pec-

D cato quantum ad animam, & in speciali pœna peccati, quantum ad corpus, videlicet in cæcitate tibi congenita: sicq; innuebant eum cæcum natum propter peccatum parẽtum, vel proprium: cuius contrarium dixit Saluator. ¶ Monstruositas autem prolis, quanuis interdum sit propter culpam parẽtum, vel vnius eorum, communiter tamen procedit ex causa naturali, puta ex disproportione materiæ, superfluitate, vel paruitate, aut ex debilitate virtutis formatiuę, in semine. Sicque mõstruositas est à casu quò ad naturam creatam, sed quò ad diuinam prouidentiã est ordinata. Quandoq; enim (vt dictum est) ordinatur ad manifestationẽ diuinæ potentiæ in opere miraculoso. Semper quoq; valet ad ampliorẽ declarationẽ naturalis perfectionis in rebus eiusdẽ speciei nõ monstruosis, in qua perfectione repræsentatur diuina sapientia, E atque potẽtia, quoniam opposita iuxta se posita clarius elucescunt. ¶ Sed cum originale peccatum sit vnum, quomodo pluraliter dicunt, In peccatis natus es totus? Et respondendum, quòd originale peccatum formaliter, seu essentialiter vnum est, scilicet carẽtia originalis iustitiæ debitæ inesse secundum Anselmum: materialiter autem est multa, quoniam multas animæ vires inficit, & alia peccata virtualiter continet, præcipuè verò propter quatuor vulnera animæ, ex originali peccato inflicta. Secundum Bedam quæ sunt ignorantia existens in ratione, malitia existẽs in voluntate, concupiscentia, quæ est in appetitu concupiscibili, sumendo concupiscentiã pro pronitate ad concupiscendum inordinate, & infirmitas quæ est in irascibili. Hæ enim quatuor vires animæ sunt subiecta virtutum, *Et tu doces nos*, hoc est, cum sis tam vilis, præsumptuosum est nimis quòd per modum docentis, & redarguentis alloqueris nos, qui seniores & maiores sumus in populo. Solent enim superiores, ac doctiores inferiorem informationem despicere. Veruntamen veraciter sapientes & docti diligenter, atque humiliter pensant quæ eis dicuntur, informarique appetunt, nec propter dicentis paruitatẽ contemnunt quod prædicatur. Quoniam veritas propter seipsam digna est acceptione. Ideo Salomon ait, Argue sapientem, & diliget te, doce iustum, & festinabit accipere. *Et eiecerunt eum foras*, id est, ex templo & synagoga, seu populo expulerunt, & tanquam excommunicatum habuerunt. Et sicut paulo ante nescientes benedixerunt eum verbis, dicẽdo, Tu di-

Prouer. 9.

Tu discipulus illius sis, sic modo ignorãtes, benedicunt eum A
factis expellẽdo eum à synagoga Satanæ. Quos enim ipsi expellebant crudeliter, Christus recepit clementer. *Audiuit Iesus*, A narrantibus, quod tamen antequam fieret nouit futurum, & dum fiebat inspexit, & antequam sibi recitaretur, sciuit iam accidisse, *Quia eiecerunt eum foras*, id est, quòd pharisæi cæcum à synagoga sequestrauerunt. *Et cum inuenisset eum*. Secundum Bedam, Iesus quæsiuit eum. *Dixit ei* iam inuento, *Tu credis in filium dei?* Non quasi ignorans, id quærit, sed vt cæcum ad perfectiorem sui agnitionẽ promoueat. Quanto enim quis magis opprimitur propter veritatem, tãto apud deum meretur amplioremexaltationem & gratiam. Cæcus iste nondum determinate credebat in filium dei, sed B
paratus fuit ad hoc. Ideo interrogatur à Christo, quia qui bo
ni propositi sunt, merentur gratiam dei auxiliatricem, per quam dedicantur in executionem salubrem. *Respondit ille* (cæcus) *Quis est* (ô) *domine, filius dei* (quod quæro) *vt credam in eum?* Nondum enim cognouit Iesum secundum faciem, quoniam cæcus ab eo recessit, & nondum ad eum reuersus fuit: & si cognouisset eum secundum faciem, non tamen sciuisset quòd esset filius dei, quia vt dictum est, tenuit eum pro propheta. *Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum* (nunc ad me accedẽdo) *& qui loquitur tecum ipse est*, id est, ego ipse quem nunc inspexisti oculo corporali, qui præsentialiter tecum loquor, C
sum filius dei. *At ille ait, Credo domine*, in filium dei. His
nempe verbis auditis cognouit ꝓ is qui eũ alloquebatur fuit Iesus oculorũ suorum apertor, & quia tenuit eum pro vero propheta, iustoq; viro, credidit omnia verba eius esse vera. Idcirco, cũ audisset ab ore eius quòd esset filius dei mox credidit, sciens deum esse cum illo, cui credebat. *Et procidens adorauit eum*, Si credidit explicite, quòd esset filius dei naturalis, adorauit eum adoratione latriæ. Si verò credidit quòd esset filius dei per gratiam singularem, adorauit eum, adoratione duliæ. Paucissimi autem discipulorum habebant explicitã fixamq; fidem, de hoc quod Christus esset dei vnigenitus, verusq; deus: sic tamen dispositi erant, quòd mox fidem talem reciperent. *Dicit ei Iesus, In iudicium ego in hunc mundũ veni*, id est, faciendum iudicium discretionis, hoc est, discretionem iudicialem inter electos, ac reprobos, de quo iudicio infra habetur, Nunc iudicium est mundi. In primo ergo suo Iohan. 12.

aduentu

D aduẽtu venit Christus discernere inter electos, ac præscitos, illos gratiose & pie conuertendo, hos iuste deferẽdo. In secundo autẽ aduentu veniet facere iudicium retributionis: de quo dixit, Non misit deus filium suum vt iudicet mũdum, & ego non iudico quenquam. Vt *qui non vident*, id est, simplices & indocti, quales fuerunt discipuli Christi, & cæcus iste. *Videant*, id est, spiritualiter illuminentur à me, neq; lucem mundi, fidei oculis cõtemplentur. Et *qui vident*, id est, scribæ & pharisæi, cæterique in propriis oculis sapiẽtes, literati, ac prouidi. *Cæci fiant*, id est, lumine fidei cæterisq; donis gratiæ spiritus sancti priuentur, & grauius quã ante obtenebrentur, propter eorum superbiam atq; demerita. ¶ Huic verbo Christi consonat quod Symeon iustus prædixisse legitur, Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel. Christus quoq; alio loco ait cõcorditer istis, Cõfiteor tibi pater, quoniã abscondisti hęc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Possunt quoque per non vidẽtes intelligi peccatores vitiis offuscati. Sed prædestinati, vt Matthæus, Zachæus, Magdalena, qui per Christũ illustrati sunt corde. Per videntes verò, hi quos inflauit superbia intãtum, vt Christi prædicationem deridere presumpserint. Tertiò, & communius, per non videntes intelliguntur Gentiles, vnius veri dei agnitione carentes. Per videntes verò, Iudæi diuina lege instructi. In Christi autẽ aduẽtu & deinceps, cœpit populus Iudæorum execrari, atque gentilitas illustrari, præsertim post passionem Apostolis vbiq; docẽtibus. Propter quod Christus dixit Iudæis, Auferetur à vobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Hinc in Esaia ait Christus, Et nunc hæc dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: & dixit dominus mihi, Parum est, vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Et *audierunt ex pharisæis qui cum ipso erant*, hoc est, aliqui pharisæorum existentium cum Iesu, quando hæc protulit, Et *dixerunt ei* (ex superbia murmurando) *Nunquid & nos cæci sumus?* ea cæcitate, quam dicis futuram quibusdam videntibus, Hoc est Nunquid & nos cor excęcatum habemus? Suspicabantur enim pharisæi, quid verum fuit, videlicet quòd Iesus more solito tetigit eos. *Dixit eis Iesus, Si cæci essetis*, hoc est, si humiliter agnosceretis insipientiam, iniqui-

Iohan 3. Iohan.8. Lucæ. 2. Matth. 11. Lucæ.10. Matth.9. Lucæ.19. Lucæ.7. Acto.2. Matt.21. Esa.49.

iniquitatesque vestras, & me doctorẽ iustitiæ audiretis. Non *haberetis peccatum* quoniam vestrum imperfectum confitendo, meremini indulgentiam & gratiam iustificantem. *Nunc verò dicitis, quia* (id est, quòd) *videmus*, hoc est, quia vosipsos iactatis doctos, ac sapientes, *Peccatum vestrum manet* in vobis insanabile atque damnandum. Vel sic. Si cæci essetis, habendo ignorantiam inuincibilem, non haberetis peccatum: quoniã talis ignorantia omnino excusat à culpa. Vel, si cæci essetis cæcitate, seu ignorãtia facti. Ignorãtia verò iuris affectata non excusat, sed auget peccatum. Ignorantia verò quæ contingit ex negligentia quadam, excusat à tanto, non à toto. Plus igitur peccat, qui scripturas cognoscit, quàm alius cæteris paribus: vtpote si ignorantia alterius exculabilis est in toto, vel in parte. Propter quod Iacobus protestatur, Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Et Petrus in secunda sua Canonica, Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum reuerti. ¶ Denique, seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna, plagis vapulabit paucis.

A B C

Iacob.2. 2.Petr.2. Lucæ.12.

¶ Elucidatio. Cap. X.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouium.

ARTICVLVS. XXV.

QVemadmodum in fine præcedentis capituli patuit, pharisæi iactabant se esse vidẽtes, hoc est, eruditos & dignos aliorum rectores, non tamen credebant in Christũ, sed eum negabant, idcirco Saluator in exordio huius capituli pandit errorem, ac falsitatem illorum, per quãdam parabolam, quam ipsemet post pauca partim exponit. Ait ergo. *Amen amen dico vobis* ô elati pharisæi, *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.* Hoc totum in corporalibus rebus ita se habet. Sed ista exponenda sunt spiritualiter secundum sensum à CHRISTO intentum. In locutione quippe parabolica qualis est ista, sensus principalis, ac literalis nõ est qui immediate per verba significatur, sed qui per ipsas res vocibus designatas insinuatur. Est igitur

Iohan.9.

D Est igitur intellectus, Qui non intrat spirituali, seu corporali introitu per ostium, id est, ordinate per Christum, videlicet, secundum Christi voluntatem, licite ac honeste, vel per fidē catholicam, atque indiuiduam charitatem: in ouile ouiū: hoc est, in ecclesiam, in congregationem fidelium, ad præsidendum gregi dominico, sed ascendit aliunde, id est, sibiipsi assumit honorem, nō vocatus à deo tanquā Aaron, idcirco ascēdere dicitur superbe intrare per ambitionē propriā, per aliorum intrusionem, per simoniacam prauitatem, per corruptā, & nō canonicam electionem, non sequens Christi vestigia: de quo ad Hebræos dicit Apostolus, Quod non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret. Sed qui locutus est ad eum, Tu es sacerdos in æternum, ille fur est, & latro: furem appellamus, qui rapit aliena Indignus ergo prelatus, qui per Christum non intrat ad præsidendum fidelibus. Vel quicunque deceptor falsusque doctor credētium est fur, quoniam populum dei subtrahit deo: quoniam suo pestifero documēto, seu prauo exemplo, ac aliis modis auertit fideles à deo, & subiugat eos sibi, atq; in suum commodum redigit eos, bona eorum consumendo, eorum seruitute vtendo, & ipsos tanquam mancipia possidendo: quemadmodū de his pharisæis loquitur Christus, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritę, quia comeditis domos viduarum. Huiusmodi itaque ascensor ouilis & ouium doctor, seu indignus prælatus, & rector gregem sibi conformat, & maximum damnū infert Christo, cuius prædictam substātiam, pro qua ipse sanguinem fudit taliter dissipat. Vnde in Ecclesiastico legitur, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hieremias quoq;, Quoniam (inquit) stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. ¶ Deniq;, talis etiam dicitur latro, quoniam gregem fidelium spiritualiter strangulat, vitam gratiæ suffocando in eis, atque diaboli deuorationibus eos exponendo, imò ad mortem æternam ducēdo. Inducit enim eos ad vitia, quibus occiditur anima gratiā amittendo, & dæmonum dentes incurrēdo. Aduersarius enim noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærēs quem deuoret, Qui autem intrat (prefatum ouile) *per ostium* id est, per Christum, videlicet ordinate, charitatiue, humiliter, nō quærens præesse vel dominari, sed prodesse & auxiliari: nō quærens

Heb. 3.
Lucæ. 9.
Heb. 5.
Psal. 109.
Mat. 23.
Eccle. 10.
Hier. 10.
1. Pet. 5.

tes vti propria libertate, sed pro aliorum salute infatigabiliter laborare. *Pastor est ouium* hoc fidelium re & nomine, quo niā verbo & opere pascit, cōfortat, & recreat, eos. Tales pastores deus promisit apud hieremiam, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Ad hāc veram pastoralem perfectionē hortatur princeps Apostolorum in prima sua epistola, dicens, Seniores obsecro pascite qui in vobis est gregem dei, prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum deum, non turpis lucri gratia neque vt dominantes in cleris, sed forma gregis facti & ex animo. Huic (tā fructuoso pastori) *ostiarius aperit*, id est, spiritus sanctus diuinas veritates reuelat, modū regiminis manifestat, & de omnibus necessariis instruit, Vnde de ipso infra habetur, Quum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatē. Ipse igitur spiritus sanctus admittit, vel potius introducit timoratum, ac diligentem pastorem in sanctuarium sapientiæ sempiternę, vt discat, & sciat, Quomodo oporteat se cōuersari in domo dei, & illic dat ei gustare multitudinē dulcedinis suæ, ita vt rediens ad gregem dominicum sibi cō missum, eructet illis memoriam abundantiæ suauitatis diuinæ, sicque de plenitudine sibi collata illuminat, & accendit corda suorum. ¶ Hac apertione spiritus sancti maxime indiget omnis pastor, & tanto amplius, quanto pluribus prēest. Quū enim nemo suiipsius possit operari salutē, sine specialī, atq; cōtinuo auxilio spiritu sāctis, quomodo poterit suā & aliorum operari salutē, sine ingenti, singulari, iugiq; opē paracleti? ¶ Propterea, oportet pastorem frequenter nimis ad deum recurrere, eius auxilium cum humili prostratione requirere, vt in omnibus dirigatur, moueat, & reguletur ab ipso, itemque vt spiritus sanctus corda subditorum docibilia faciat, tāgat, gubernet. Væ ergo dissolutis & intimoratis prelatis, qui se ad exteriora impudenter effundunt, qui nō pōderant quam graue onus ipsis impositum sit, neque præcogitāt, quam Christo pro se suisque ouibus tribuant rationem. Isti non pensant illud Sapientiæ, Iudicum durissimum in his qui præsunt fiet. Ideo bene ait Chrysostomus, Quis est qui desiderat prelationem & curam animarum, nisi qui non timet iudicium dei? Et *oues vocem eius audiunt*. i. electi subditi qui sunt oues, per prædestinationem æternam talis pastoris doctrinam suscipiūt, ac sequuntur. Humiliter enim ac deuote

A
Hiere. 3.
1. Pet. 5.
Iohā. 16.
B
1. Tim. 3.
Psal. 30.
Psal. 44.
C
Lucæ. 11.
Heb. 13.
1. Pet. 4.

D uote audiunt, & obseruant verbum sui prælati tanquam vica-
Rom.5. rij Christi, quemadmodum Apostolus in suis epistolis sepius
Philip.5. gloriatur in domino de suis discipulis, seu populis à se cõuer-
2.Cor.9. sis, quòd suam prædicationem, cum omni attentione & reue-
2.Cor.18. rentia perceperunt, quòd vtique oportet omnẽ subditũ dilu-
Philip.3. genter implere. Quoniam prælatis loquitur Christus apud
2.The.1. Lucã, Quis vos audit, me audit, & qui vos spernit, me sper-
Lucæ.10. nit. Et *proprias oues vocat nominatim*, id est, singulos subdito-
rum suorũ determinate cognoscit, ad meliora hortatur, ad
fœlicitatem inuitat, omnium mores pensando, quid singulis
expediat perpendendo, cunctis familiariter condescendẽdo,
vnicuique secundum propriam capacitatem, ac indigentiã
prouidendo, subueniendo, & influendo, quemadmodum Sa-
E lomon admonet in libro Prouerbiorũ, Diligenter agnosce
Prou.27. vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Quemadmo
dum enim medicus corporũ dispositiones, complexiones,
atque morborum diuersitates in languido pensat, quatenus
vnicuiq; medicamẽtum suæ dispositioni, ac morbo propor-
tionatũ apponat. Quod enim vni prodesset, obesset alteri
Sic prælatus & pastor quum sit medicus animarum attẽde-
re debet inclinationes, motus, & studia singulorũ, sic vnum-
quemq; à malo retrahere, & ad virtutes prouehere per me
dia aptiora, quod non est parum difficile, propter quod con-
uenienter ait Gregorius, ars artium est regimen animarum,
& magna valde pfectio, exercitatio, vnctio, discretio exig
P tur ad bonũ prelatũ, vnde in Deuteronomio loquitur Mo-
ses, Date ex vobis sapientes, & gnaros, quorum cõuersatio
Deut.1. sit probata in tribubus vestris, & ponã eos vobis principes.
Psal.40. Et *educit eas* de via ad patriam, de carne ad spiritũ. Educit in-
Eccle.15. super eas ad pascua alimoniæ spiritualis, ad panẽ vitæ & in-
tellectus, ad panem sacramentalem, ad diuinorum contẽpla-
tionem. Et *quum proprias oues emiserit* id est, prædicto mo-
do eduxerit, atque de tenebris ignorãtiæ, & peccati in lucẽ
veritatis, ac splendorem virtutum transtulerit, *Ante eas va-
dit*, id est in via dei ipsas exemplariter præit, & in virtuo-
sa conuersatione excedit, faciendo quod docet, & non ver
bo duntaxat, sed opere quoque viam monstrando, quemad-
Thi.4. modum ad Thimotheum Paulus ait, Esto exemplum fide-
lium in verbo, in conuersatione in charitate, profectus tuus
manifestus sit omnibus, hæc enim faciens, teipsum saluum fa
cies

cies & eos qui te audiunt. Deniq; cum prælatus sit, quasi si- A
gnum ad quod omnium subditorum oculi diriguntur, ideo
nihil tantum ædificat subditos, vel tantũ confert ad omnem
profectum virtutum, vt bona & irreprehensibilis vita pasto Deut.16.
ris. Frequens nanque occursus & quotidianus aspectus in ha Esa.42.
bitum vertitur atque in cordibus subditorum, veram in vir- Iacobi.2.
tutibus inconstantiam operatur. Oportet ergo prælatum in
virtute & sapientia stabilem esse, ne passionibus agitetur, ne
personarum acceptor sit, ne vnũ præ alio palpet, vel tribu-
let, ne ptiuato amore vel odio corrumpatur, sed deum sem-
per præ oculis habeat, iugiter formidet, ne per suã imperfe
ctionem aut iniustitiam aliquem ex sibi cõmissis scandali-
zet. Prælatus quippe est iudex & caput, siue principium gre
gis sui. Iudex autem secundum philosophum debet esse qua- B
si animata iustitia, viuaque lex, nusquam ab æquitatis tramite deuiãs. Primùm quoque in omni ordine est mẽsura, & regulã posteriorum. Mensuram verò & regulã necesse est esse Prou.11.
vniformem ac simplicem, aliter non possent alia per eã men
surari, ac regulari. Sit ergo prælatus vniformis, fixus & simplex, non simulator & callidus, sed mitis & humilis. Et *oues illum sequuntur* tanquam dulcem prædignum, id est, operib⁹ illius se conformant, eiusq; verbis obtemperãt, quemadmo
dũ ad Hebræos docet Apostolus, Obedite prepositis vestris Hebr.13.
subiacete illis. Ipsi enim peruigilant, tanquam rationẽ pro
animabus vestris reddituri. Bonus ergo pastor bonas efficit
oues, odiumque, vitia & defectus maxime accidũt ex negli
gentia atque insufficientia præsidentis. Propter quod maxi C
mum dei donum est habere virtuosum prælatum, Vnde vide
mus, quòd in veteri testamento, tempore iudicum & regũ,
quando iudex, vel rex bonus fuit, populus Israel domino mi
nistrauit, sed rege, vel iudice impiè cõuersante, popul⁹ quo-
que cõmuniter vixit inique, insistendo frequenter idolola
tris, *Quia sciunt vocem eius*, id est doctrinam eius per appro-
bationem cognoscunt, *Alienum autem*, i. seductorem, pesti-
ferumque doctorem, schismaticum, siue hæreticũ, vel impiũ Psal.17.
Christianum *Non sequuntur* i. eius doctrinis non acquie- Eccle.15.
scunt nec opera sequuntur *Sed fugiunt ab eo* i. animo illum 2.Cor.6.
detestantur, vel etiã interdum corpore sed elongãt ab ipso Leuit.11.
ne cum peruerso peruertantur. Qui enim tetigerit picẽ, in-
quinatur. Et Apostolus exite (inquit) de medio illorũ, & im-
mun-

D mundum ne tetigeritis *Quia non nouerunt* per approbatio-
nem & imitationem, *Vocem alienorum* id est, verba fallacia.
Totum hoc intelligendum estde ouibus, non solum secundū
præsentē iustitiam, sed & secundum predestinationem diui-
nam, & de auditu, seu fuga vel cognitione finali. Certum est
Mat.24. enim, quòd multi electi ad tempus erant, & hæreticorum,
Heb.13. vel aliorum deceptorum doctrinas aduertunt, sed finaliter
Ibidem. pœnitent, & in Christi sermone diem claudunt extremum.
Mat.7. Similiter multi præsciti, ad tempus verba bonorum ad-
Marc.4. uertūt pastorum & alienorum vocem abhorrēt, sed nō per-
seuerant vsque in finem, nec implent illud Apostoli, Docti
E nis variis, & peregrinis nolite adduci. Et optimum est, gra-
Lucæ.6. tia stabiliri cor. Vel loquitur Christus de ouibus formaliter
hoc est, inquantum sunt oues, non materialiter. Formaliter
enim de eis loquendo non errant, quemadmodū arbor bo-
na non potest facere fructus malos. *Hoc prouerbium* id est,
similitudinem istam vel sermonem hunc parabolicum Di-
xit eis Iesus? Illi autē (pharisei) *non cognouerunt quid loquerentur*
eis, quid per verba prædicta significaret. Certi enim fuerunt,
quòd intētio eius finalis non erat de peccoribus. *Dixit ergo*
eis iterum Iesus qui nouit ignorantiam illorum. Exposuit er-
go prouerbium istud pro parte. Expositio nanque non intel-
ligentibus est necessaria. *Amen amen dico vobis, quia ego sum*
ostium ouium, hoc est, porta secundum proprietatē quandā,
per quam electi intrant in societatem ecclesiæ militantis, &
F deinceps ad consortium ecclesia triumphātis. Christus quo-
que est ostium per quod intramus ad patrem, nunc per fidem
Iohan.14. & gratiam, tūc verò per speciem, propter quod ait, Ego sum
Ephes.2. via, veritas, & vita: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Ite-
Hebr.13. que Apostolus, Per ipsum (inquit) accessum habemus ad pa-
Acto. 2. trem. Et rursus, Per ipsum offeramus hostiā laudis deo sem-
Prou.18. per Christus ergo est ostium, quia per eius baptismum, per
Acto.10. eius passionem, & gratiam, per eius auxilium incorporamur
Hier.11. ecclesiæ, ad patriā deuenimus, deo immediate vnimur. Pro-
Apoc.5. pterea Petrus testatur, Neque enim datum est hominibus a-
1.Cor.10. liud nomen sub cœlo, in quo operteat eos saluos fieri. Dici-
Iohan.5. tur autem Christus ostium per similitudinem quandā, quo-
Apoc.11. modo dicitur, agnus, leo, petra, lucerna, *Omnes quotquot ve-*
Iohan.5. *nerunt fures sunt & latrones*, Non absolute de omnib⁹ loqui-
Iohan.9. tur Christus, quia superius laudauit Iohannem Baptistam &
Mosen

Mosen, sed de quibusdā pseudoprophetis, qui nō longe an- A
te Christi aduentum venerūt, quales fuerunt Theodas & Iu
das Galilæus, de quibus scribitur in Actibus Apostolorum. Acto. 5.
Vel de omnibus qui sine Christo (hoc est, sine dei verbo) ve-
nerūt, nō missi à deo, sed proprio sensu se ingerentes: de qui
bus dominus ait per Hieremiam, Ipsi currebant, & ego non Hier.22.
misi eos, *Sed non audierunt eos oues* id est, finaliter ipsis non
cōsenserunt, quāuis forte ad tempus deceptæ sint. Ego sum
ostium, sicut nunc dictum est *Per me si quis introierit* id est,
qui secundum doctrinam & vitam meam conuersatus fuerit,
qui per fidem & gratiam meam cōgregationi fidelium se iū
xerit, si quis mihi intima charitate inhæserit *Saluabitur* hoc
est, æternam beatitudinē consequetur, nuncque à peccatis
purgabitur, aliter Christus non esset Saluator. Vnde in actis
Petrus disseruit, Per gratiam domini nostri Iesu Christi cre- B
dimus saluari *Et ingredietur, & egredietur* id est, in latitu- Acto.15.
dine charitatis, & spiritus libertate versabitur: quia lex Chri Deut.6.
sti, est lex amoris, & vbi spiritus domini, ibi libertas. Itaque 2.Cor.3.
ingredietur, redeundo ad propriam cōscientiam, examinā-
do seipsum, atque interioribus virtutum theologicarum acti
bus insistendo, & egredietur de habitu virtuoso in opus me
ritorium, de cognitione ad operationem, de via ad patriam.
Egredietur quoque ad proximos illis misericorditer conde-
scendendo, consulendo, subueniendo: quemadmodum dicit
Apostolus, Alter alterius onera portate. Et, Nō quę sua sunt Gal.6.
singuli considerantes, sed quæ aliorum. Egredietur demùm Philip.2.
quotidie, leuando se super se, vt sit conuersatio sua in cœlis, Treno.3.
omnibusque terrenis, ac sensibilibus rebus trascensis, sola Philip.3.
cœlestia, spiritualia & æterna contempletur, amet, recogi- C
tet, omnia arbitrans, vt stercora propter eminentem scien-
tiam Christi, *Et pascua*, id est spiritualia alimenta copiose,
inueniet in præsenti & in futuro. Nunc enim quotidie refi- Deut.32.
citur corpore & sanguine Saluatoris, incremento virtutum, Psal.36.
consolatione interna, riuis sapientiæ, cæterisq; donis & cha Esa.64.
rismatibus spiritus sancti. His bonis anima seipsam diligen-
ter custodiens, vt sponso suo cœlesti se incontaminatā exhi-
beat, fœliciter impinguatur & confortatur, ita vt cibū fasti-
dit corporalem, omnemque consolationem carnalē & se- 1.Cor.2.
cularem. Porrò, in patria inueniet pascua illa vberrima, quæ Ephes.1.
oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
derunt

D derũt, vbi deus est omnia in omnibus, omnesque beati de eius fruitione contentantur, & superdulcissime satiantur. Fur *non venit* id est, seductor, indignusue pastor non accedit fideles, *Nisi vt furetur*, hoc est, oues Christi subtrahat Christo, & officium sibi indebitum præsumptuose vsurpet. Quis enim dicat se hoc non intendere, tamen malè agẽdo, & debita omittẽdo, hoc facit, *Et mactet, & perdat*, i. spiritualiter occidat, atque ad sempiternum perducat interitum. Tales sunt negligentes prælati, carnales, auari & ambitiosi, quibus dominus ait per Ezechielẽ, væ pastoribus, qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem autem meũ non pascebatis, Ego dominus requiram gregem meum de manibus eorum *Ego veni* in mundum per incarnationem, & in publicum per prædicationem, *Vt* (oues) *vitam* (gratiæ) *habeant* (in præsenti) *& abundantius habeant* id est, plenam fœlicitatem, seu vitam gloriæ sortiantur in patria, de qua abundantia, abundantiq; gloria cecinit Esaias, Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarumque actio & vos laudis. Itemque, Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudiũ & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus,

Ezec.34.

E

Esa.51.
Esa.35.
Ezec.91.

¶ Prosecutio huius Capituli.
Ego sum pastor bonus

ARTICVLVS. XXVI.

F

Oquutus iam fuit dominus Iesus in præcedenti lectione de pastore in generali, nũc tractat de pastore in speciali, videlicet de se ipso, *Ego sum pastor bonus* Secundum vtranque suam naturam est Christus pastor, & pastor bonus secundum diuinitatem quippe pascit non solum intellectuales creaturas spirituali alimento, sed & omnia animata. Hæc inferiora pascit corporeo nutrimento, quemadmodũ ait Psalmista, Oculi omnium in te sperant domine, & tu das eis cibum suum in tempore oportuno, Aperis tu manũ tuam, & impples omne animal benedictione, Rursusque, Qui dat iumentis escam ipsorum. Hinc ait Saluator, Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, & pater vester cælestis pascit ea. Quod verò Christus vt deus sit hominum pastor in spiritualibus escis, constat ex eo, quod ait apud Ezechielem, Ego ipse pascam oues meas. Sic quoq; est Christus pastor essentialiter bonus, & pura, infinitaq; bonitas. Secundum naturam verò assumptam, est pastor instrumentalis per excellentissimam diuinæ bonitatis participationẽ, bonus est igitur pastor bonus, quoniam iustè & charitatiue, ac saluberrime alit fideles, sanctitatis exemplo, sapiẽtiæ verbo, orationẽ, & signis. Deuiq; tam affectuosus, liberalisque pastor est, vt seipsum præstet in cibum, per quem cõsequimur vitã eternam. Est autem Christus pastor summus, iuxta illud Petri, Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Est quoque pastor maximus, secundum illud pauli ad Hebræos, Deus pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum dominũ nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono. Est etiam pastor vnicus, summe singularis & potentissimus, cui nullus aduersarius valet resistere, de quo deus per Ezechielem ait, Suscitabo super gregem meum pastorem vnicum, qui pascat eum Dauid seruum meũ, id est, Christum. Pascit itaque Christus suos electos in vita præsenti, pane lachrymarũ, pane eucharistiæ, pane iustitiæ, seu obedientiæ, de quo dictum est antè. Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris, qui misit me.

A

1.Pet. 5.

Heb.13.

B

Ezec.34.
Psal.41.
Iohã.6.
Ioan.6.
Mat. 26.
Iohan.4.

¶ Deinde, Christus distinguit inter bonum & malum pastorem, *Bonus pastor*, qui ex charitate præest, & fouet sibi commissos, vt eorum cooperetur saluti & simul cũ illis saluetur, *Animam suam*, id est, vitã animalem naturalem, seu corporalem, *Dat*, i. morti exponit, *Pro ouibus suis*, id est, pro defensione, atq; salute gregis sibi commissi, imò cuiuslibet eorum incerto casu: videlicet quando gregi imminet salutis periculum, vt si hæretici vel pagani, aut tyrãni irrumpant ecclesiã, conantes Christianã plebem à fide, vel æquitate auertere, & nemo sit qui possit tunc populum dei confirmare in fide, vel æquitate, si pastor abierit. Cum enim anima sit præstantior vitã corporali & corpore, debet prælatus qui pastor est animarum, pro salute sui gregis ad mortem esse paratus. Si autem sola temporalia subditorum quærantur ab aduersariis, nõ oportet vt exponat se morti. Talis pastor fuit Paulus qui dixit: Ego ipse libenter impendam, & superimpẽdar pro animabus vestris, Nec solum pastor, sed & quilibet Chistianus tenetur in casu animam suam pro quocunq; proximo pone-

C

D re: vtpote si proximus aliter peccatũ mortale non possit eum
2.Cor. 12. dere. Quilibet enim tenetur plus diligere animam proximi
1.Ioh.3. quàm propriã pellem. Vnde apud Iohannem scriptũ est. In
hoc apparuit charitas dei, quoniã ille pro nobis animã suam
posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Si ista
est ratio veri, seu boni pastoris, nullus prelationem seu curã
animarum præsumat optare vel adipisci, nisi se tantæ perfe-
ctionis inueniat. *Mercenarius autẽ, &* (pro, id est) *qui non est*
pastor verus, & ex consequenti, nec pastor: itaq; mercenarius
id est, falsus pastor, qui temporalis vtilitatis intuitu, seu pro-
prij lucri affectu, qui propter diuitias atque delicias, vel mun-
di honores, ac vanitates facit ea, quæ facit in pastorali offi-
cio, non syncero amore animarum proprij gregis, ad obtinẽ-
E dam vitam æternã, *Cuius non sunt oues propriæ*, id est, ad quem
non pertinent per dilectionem & debitam solicitudinẽ, quia
non quærit principaliter, atq; finaliter bonum ouiũ suarum,
sed proprium emolumentum, carnaleq; commodum, vitam
lautam, quietam & mollem. *Videt*, id est, cõsiderat, percipit
vel corporaliter conspicit, *Lupum venientem* id est, hæreticũ,
tyrannum, persequutorem, vel seductorem, qui quærit ani-
mas falsa doctrina inficere, vel corpora violenter occidere,
aut gregem ad peccata inducere. De talibus equidem lupis
dicit Saluator, Attendite à falsis prophetis, qui veniũt ad vos
in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.
Persequutores verò & tyrãni, potentes & diuites huius mũ-
Mat.7. di, sunt lupi aperti: Et *dimittit oues*. i. gregi suo debitũ, auxi-
F lium non impendit, nec aduersariis ouium, debito ordine se
opponit, illos excommunicando, & improbando eorũ falsam
doctrinam, irrationabilissimumque errorem monstrando, Et
fugit, vel locum mutando, vel solatiũ subtrahendo, quod val-
de absurdum est. Si enim nõ potest oues à corporali læsione,
vel damni illatione protegere, debet tamen eas ad patiẽtiam
animare exemplis sanctorum, qui multo grauiora perpessi
sunt consolati, futuræ vitæ beatitudinem commemorare, sic-
que subditos suos ab interiori lesione ac morte eripere, atq;
in omnibus seipsum illis fortitudinis exemplum præbere.
Et *lupus* (iam dictus) *rapit*, id est, suæ voluntati ac maligni-
tati subdit, Et *dispergit* id est, ab ecclesiastica vnitate, charita-
te, atque iustitia diuidit, *Oues* si tamen sint oues per prede-
stinationem, tãdem reuertuntur nec pereunt. Hinc per Eze-
chielem

chielem dominus loquitur, Dispersæ sunt oues meæ, eò q̃ A
non esset pastor. Et Salomon profitetur, Vbi non est guber Ezec.34.
nator, populus corruet. *Mercenarius autem fugit* (modis præ- Prou.11.
fatis) *quia mercenarius est*, id est ea ratione competit sibi, im-
minente periculo fugere, quoniam temporalia cõmoda (nõ
spiritualia subditorum lucra seu emolumenta) requirit. Et *nõ*
pertinet ad eum de ouibus, id est, ordinatũ affectum, debitam-
que diligentiam non habet ad eas. Pertinet vtique ad eum
de ouibus, quoniam eas pascere obligatur, & ratio de eis ab
ipso requiretur, sed non pertinet ad eum de ouibus, id est,
pertinenter se nõ habet ad eas. Pertinet ergo ad eum de oui
bus, secundum iustitiam dei, sed non pertinet, quantũ ad de-
bitã curã. His itaq; verbis docet Saluator, q̃ pastor habere
debet fortẽ ac stabilẽ mãsionem cũ ouibus suis, vt protegat B
eas ab occursu hostili, metuẽs ne eo absente lupus, id est, ho-
stis inuisibilis siue visibilis dispergat & rapiat oues, viden-
que lupum venientem, clamitet contra eum, & quicquid va
let pro gregis facit custodia. Hinc cõtra indignos, mercena
riosque pastores, contra negligentes, carnales ac pigros pre
latos scribitur apud Esaiã, Speculatores cæci, canes muti, nõ Psal.56.
valentes latrare, vidẽtes vana, & dormiẽtes. Zacharias quo- Zacha. 11.
que ait, O pastor & idolum, derelinquens gregem, brachium Lucæ.12.
eius ariditate siccabitur. Oportet ergo prælatum vehemẽter
esse solicitum, vt sit seruus fidelis & prudens, quem cõstituit
dominus super familiam suam. Est enim custos eorũ pro quo Matt. 24.
rum salute vnigenitus filius dei verus deus incarnatus, atque
occisus est: idcirco non minus solerter, affectuose, atque soli C
cite custodire debet animas sibi cõmissas, quam sanguinem
Christi, si illum in propria specie haberet aliquo vase inclu-
sum. Vnde in actis Paulus hortatur prælatos, Attendite vo- Act.20.
bis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit epi-
scopos, regere Ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo.
Non igitur intumescat prælatus superbia, sed ornetur atque
innobilitetur iustitia, imò tanto extet humilior, quanto am-
pliori indiget gratia ac misericordia dei, tantóq; iustitior fit,
quanto expressius dei similitudinem gerit, & locum ipsius
supplet. Hinc in Deuteronomio Moses præcepit. Non eleue Deut.17.
tur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet
in patrem dexteram vel sinistram. ¶ Præterea qualis de-
beat esse pastor, docet Gregorius in pastorali dicẽdo, Opor-

D tet vt solicite metiri se studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate cõstringitur, sub cuius æstimatione, populus grex vocatur. Sit ergo prælatus cogitatione mũdus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia, per iustitiæ zelum erectus, internorum curam in exterorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiã interiorum solicitudine non relinquens. Hucusq; Gregorius. De indigno demũ pastore ait in Homilia, Mercenarius est, qui locum prælationis in ecclesia tenet, sed lucrum animarũ non quærit, terreni cõmodis inhiat, honore prælationis gaudet, impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur.

E ¶ Postremò, prælatus sic debet esse mitis, non iracundus, vt
Ephes. 6. tamen non sit remissus, sed strenuus: pensans illud Apostoli ad Ephesios, Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini. ¶ Sciendum quoque, quod secundum Augustinum tunc ministri ecclesiæ seu pastores fugere possunt, quando eorum duntaxat personæ quæruntur, vel eorum locum ac ministerium alij possunt supplere, quibus non est causa rationabilis fugiendi. Cum autem omnium commune extat periculum, seu generalis persequutio, clericorum videlicet & laicorum, vel singulariter seu subditorum, nec est qui plebi remanenti sufficienter ministret, nullo modo debent ministri Ecclesiæ fugere, nec illos deserere qui indigent ipsis. Præterea docet Saluator, proprietates boni pastoris sibi inesse. *Ego sum pastor bonus*, sicut nunc dictum atque expositum est, & consequenter exponuntur. Et *cognosco oues meas*, id est, oues electas, quarum nomina scripta habeo in libro vitæ. Vnde ad

F Mosen loquitur, Noui te ex nomine, Et *cognoscunt*, id est, cognoscendo sequuntur me, mihique per charitatẽ obediunt.
Apoc. 21. *Meæ*, id est, oues electæ. Obediunt enim antequam moriantur, quanuis interdum diu rebelles sint. Palam omnino est,
Exod. 33. quod Christus secundum vtranque naturam cognoscit oues suas duplici cognitione: vtpote contemplatiua, de quã fatetur Apostolus, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius: de
Heb. 4. qua etiã in Ecclesiastico legitur, Domino deo antequã creãtur omnia sunt cognita. Et item cognitione operatiua seu
Eccl. 23. approbatiua, qua prouidet suis de omnibus necessariis ad lu-

latem, de qua cognitione Paulus testatur, Si quis diligit deũ, A
hic cognitus est ab illo. *Sicut nouit me pater, & ego agnosco* 1. Cor. 8.
patrem. ¶ Verba ista dupliciter exponuntur. Primò, vt in eis determinetur modus, quo Christus cognoscit oues suas, atq; ab eis cognoscitur. Eritque sensus, sicut nouit me pater, notitia amorosa & approbatiua, & sicut æqualiter ego agnosco patrem, eodem modo, imò & eadem numero notitia secundum quod deus sum. Sic enim trium personarum est vna notitia, subaudiendũ est, sic ego cognosco oues meas per amorem & approbationem: & cognoscor ab eis, quoniam gratæ sunt mihi, & obedientes. Hoc loco dictio, sicut, dicit similitudinem aliqualem, non veram æqualitatẽ. Filius enim vt deus cognoscit patrem, & à patre cognoscitur, notitia comprehẽsua, æterna & infinita, quæ nulli est communicabilis creatu- B
ræ: iuxta illud, Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem Matt. 11.
quis nouit nisi filius. Filius quoq; vt homo nouit patrẽ beatificæ fruitionis notitia, quæ nõ competit viatoribus: Amor etiam electorum ad Christum non est æqualis amori Christi ad eos, nec mutuæ dilectioni patris ac filii. Designat ergo similitudinem quandam, iuxta quem modum ait Iohannes in sua canonica, Sicut pater est, & nos sumus in hoc mũdo. Paulus quoque, Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et item Iohan. 4.
Saluator apud Matthæum, Estote perfecti sicut pater vester 1. Cor. 13.
cælestis perfectus est. Secundò exponitur, sicut nouit me pa- Mat. 5.
ter, & ego agnosco patrẽ, quod ideo dico, vt pateat ex quo fonte procedit, quod oues cognosco & diligo. Ex amore enim mutuo patris & filii, factũ est, vt filius pro hominibus more- C
tur, ideo subditur, Et *animam meã pono*, i. pœnis mortis expono: vel animã. i. vitã corporalẽ pono in ara crucis pro ouibus meis, vt à morte peccati ac inferi liberẽtur. Vnde Esaias Esa. 53.
dicit, Tradidit in mortẽ animam suã. Et Hieremias ait, Dedi dilectam animam meã in manum inimicorum meorũ. In Hier. 12.
his verò & similib⁹ verbis: per animã suã intelligit Christus se totũ, perfectumque hominem, quemadmodũ dicit apostolus, In fide viuo filii dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Denique Christus non ait, Animam meam po- Gala. 2.
no pro omnibus, sed pro ouibus meis, puta electis: nam licet 2. Pet. 2.
Christus pro omnibus passus sit & satisfecit sufficienter, non tamen efficienter: quia in solis electis passio Christi fructifi cat, per cõsecutionẽ sui finalis effectus, qui est salus æterna,

D Hinc Christus dixit in cœna discipulis, Hic est calix sangui-
Psal. 26. nis mei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē
Mat. 26. peccatorū. In Esaia scriptum est, Ipse peccata multorum tu-
Esaiæ. 53. lit. Ait igitur filius dei, Sicut nouit me pater, &c. Hoc est, mo-
riendo pro ouibus ostendo, quātum patrem ouesque diligo,
Iohan. 15. quia pro patris honore & gloria homines redimo. Et, Maio-
rem charitatem nemo habet vt animā suam ponat quis pro
amicis suis. Et *alias oues habeo*, hoc est, multi gentilium
ad me pertinent, meique sunt secundum prædestinationem
æternam, quanuis secundum præsentem iustitiam necdū sint.
Mac. 8. oues, sed hœdi ac lupi, de quibus alibi ait Christus, Multi ab
oriente & occidente venient & recumbēt cum Abraham in
E regno cælorum, *Quæ non sunt ex hoc ouili*, id est, de syna-
goga seu numero Iudæorum, Et *illas oportet me* non per con-
ctionem, sed immobile beneplacitum. *Adducere*, id est, per
apostolicā prædicationem, & spiritus sancti illustrationem
ad fidem colligere, & de erroribus variis in quibus errauerūt
ad catholicam veritatem atque ecclesiasticam vnitatem pe-
ducere. Errabant enim alienati à vero pastore, & luporū de-
tibus patuerunt. Propter quod in prima sua canonica asseri-
Petrus, Eratis aliquando sicut oues errantes, sed conuersi e-
stis ad pastorem & episcopum animarū vestrarum. Et Esaias,
Esa. 53. Omnes (inquit) nos quasi oues errantes, vnusquisque in via
suam declinauit, Et *vocem meam*, id est, euangelicam legem
Psal. 17. atque internam alloquutionem *Audient*, credendo & obe-
Acto. 28. diendo, iuxta illud in psalmo, Populus quem non cognoui
F seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi Et Paulus, No-
tum (inquit) sit vobis, quia gentibus missum est hoc salutare
dei, ipsi & audient. Hoc Christus præinductis verbis adie-
cit, ne pro solis Iudæis crederetur passurus vel missus, eo q
Mat. 15. alibi dixerit, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt do-
mus Israel. Et *fiet vnum ouile*, id est, vna ecclesia, seu vna
fidelium congregatio ex electis Iudæis atque conuersis gen-
tilibus constans, quæ dicitur vna, propter fidei, spei, charita-
tisque vnitatem. Ipsa enim est vnum mysticum corpus Chri-
sti quod ab vno capite, scilicet Christo gubernatur, vno spi-
ritu sancto viuificatur: vna lege regulatur, vno fonte purifi-
catur, vno pane reficitur, ab vno patre regeneratur, ad vnam
patriam proficiscitur. Huic ouili prælati præsident, hoc dæ-
mones obsident, angeli prætegunt, Christus triumphat.

¶ Christus

¶ Christus ergo ex duobus populis nunc fecit vnam eccle- A
siam, propter quod dicitur lapis angularis: quoniam sicut in
lapide anguli vniuntur duo parietes, sic in Christo tanquam
in capite coniūcti sunt duo populi, propter quod Paulus ait, Acto. 15.
Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Et apud Zacha- Zach. 6.
riam prædictum est, Ipse ædificabit templum domino, & cō-
siliū pacis erit inter duos illos, puta Iudæos & gentes. Hinc
gentibus conuersis loquitur Paulus, Iam non estis hospites
& aduenę, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Et post
pauca, Ipso (inquit) summo angulari lapide Christo Iesu, in Ephes. 2.
quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctū Ibidem.
in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei,
in spiritu sancto. Et (fiet) *vnus pastor*, id est, Christus qui
fuit pastor Iudæorum solum, fiet pastor Iudæorum ac gen- B
tium. Et qui multos atque diuersos habuerunt pastores, vel
potius dissipatores, quantum ad gentes, quæ seruierunt dæ-
monibus, conuertentur ac sortientur vnum verū ac summū Deut. 32.
pastorem, videlicet Christum, de quo per Zachariam domi- Zacha. 13.
nus dicit, Framea suscitare super pastorem meum. Et Mi- Mich. 3.
chæas ait, Ipse stabit & pascet in fortitudine domini. Chri- Matt. 23.
stus autē est solus & vnicus pastor, eo modo quo ait, Nolite
vocari Rabbi, vnus est enim magister vester Christus. Nam
alii non sunt pastores vel magistri, nisi sub Christo & eius vi
cariis. ¶ Porrò quòd ait, Fiet vnus pastor, non est factū, nec
fit per mutationem in Christo factam, sed in ouibus quæ fœ
liciter immutatæ ad Christum conuersæ sunt. Sic enim deus
dicitur factus, non quasi in seipso mutatus, sed propter no- C
uam habitudinem nostri ad eum, iuxta illud in Psalmo, Do- Psal. 93.
mine refugium factus es nobis. Et quanuis præhabita verba Iohan. 1.
Christi nunc aliqualiter sint impleta, tamē in fine seculi ple- Psal. 91.
nius implebuntur, quando detecta Antichristi perfidia, totus
mundus, paucissimis Antichristi ministris exceptis conuer-
tetur ad Christum. Tunc enim idololatria penitus destruc-
tur, & omnes Iudæi fidem Christianam amplectētur. *Propte-
ea me pater diligit, quia ego pono animam meā pro ouibus meis.*
Palam, ꝓ dilectio patris ad filium, secundum eius diuinita-
tem sit æterna, nec aliquid eius causa est, vel eam præcessit.
Similiter dilectio patris ad filium secundum eius humanita-
tem præcessit omne opus ac meritū Christi hominis. Ob id
ergo ꝓ Christus animam suam pro ouibus dedit in passio-
ne, pa-

Dne, pater non diligit eum, quasi illa oblatio seu passio sit causa meritoria, ob quam filium diligit primo pater, imò nec nos diligit deus propter merita nostra, quasi merita dilectionem præcesserint, sed dilectio dei, qua à deo præuenti sumus, est causa omnis boni in nobis. Itaq; quòd Christus animam suam posuit, est causa à posteriori, id est, signum ostensiuum dilectionis patris ad filium secundum eius humanitatem: quia & pater ex sua dilectione præstitit Christo hominis affectum atque constantiam moriendi pro nobis: secundũ hunc sensum infra ait Saluator, Ipse pater amat vos, quia vos me amastis, propterea me secundum naturam assumptam pater diligit, imo & tota trinitas, id est, diligere se ostẽdit, quia ego pono animam meam, id est, passioni expono, vel à corpore proprio separo, non interficiendo meipsum, sed sponte moriendo, & aduersarios meos non prohibendo. *Et iterum sumam eam*, id est, corpori meo eam tertia die reuniã. *Nemo tollit*, id est, tempore passionis auferet eã à me, quasi ab impotente & mori nolente. Nihilominus Iudæi, & milites intulerunt Christo mortem, & ex vulneribus quæ ei infixerunt, consecuta est separatio animæ Christi à corpore eius: sed hoc non fecerunt, nisi Christo volente & permittente, qui vnico nutu potuit eos prosternere atq; occidere, sicut in passione dicendo, Ego sum, proiecit eos retrorsum, & ceciderunt in terrã. Hinc scriptũ est, Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Ideo subditur, *Sed ego pono eam à meipso*, id est, à corpore meo eam tolli permitto. Nõ enim separata fuit anima Christi vnquam à verbo, nec etiam in hora mortis Christi ablata est anima eius à corpore suo, propter vim tormentorum ex necessitate, sed ex Christi voluntate. Potuit enim non obstante doloris vehemẽtia animam suam cum corpore continere quandiu volebat. Vnde ad ostẽdendum, quàm potestatiue ac spõte spiritum tradidit in ipso momento mortis, quo alii taliter cruciati vix halitũ trahere valent, ipse magna voce clamauit, Pater in manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ. Quod pensans Centurio nõ esse naturale, dixit Verè hic filius dei fuit. *Potestatem habeo ponendi eam*, id est, animam meam modis præfatis passionibus exponendi atque à corpore separandi, *Et potestatem habeo iterum sumendi eam*, in resurrectione reassociando eam cum corpore. Hæc potestas competit Christo secundũ naturam diuinam. Ipse enim vt deus

Iohan. 16.

Mat. 27.

Iohan. 19.
Esa. 53.

Matt. 15.
Psal. 23.
Lucæ. 23.

vt deus, suscitauit seipsum à morte vt hominem. Præterea oportet agnoscere, quia secũdum Damascenum, id quod verbum assumpsit, nunquam deposuit. Idcirco in triduo mortis, erant corpus & anima Christi verbo vnita, non tamen verbum fuit tunc homo, quia fuerunt à se inuicem separata, corpus eius & anima. Quanuis ergo Christus, vt deus potuit animam & corpus suum à verbo separare atque deponere, secundum potentiam suam absolutam: non tamen secundũ potentiam ordinatam, quia non conueniebat sapientiæ & iustitiæ verbi, vt naturam semel assumptam deponeret. *Hoc mandatum* videlicet, vt ponam animam meam pro ouibus, *Accepi à patre meo*, qui per meam passionem & obedientiam decreuit redimere mundum. Pater autem præcepit Christo secundum quod homo est diuinam voluntatem & præordinationem, circa humani generis liberationem implere. Propter quod ait inferius, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et Apostolus, Proprio (inquit) filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illũ. Et Petrus ait Iudæis, Hunc definito consilio & scientia dei traditum interemistis.

Sed cum passio seu mors sit pœna debita culpę, quomodo iustus pater voluit innocentem filium omni culpa carentem pati tantum supplicium? Dicendum, quòd pœna non solum pro culpa infligitur, sed pro aliis quoque causis diuersis vult deus hominem pati, vt dictum est plenius præcedenti capitulo. *Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter hos sermones* Christi altos, & insolitos. Quomodo autem facta sit ista discordia subditur, *Dicebant autem multi ex ipsis*, penitus execrati & indurati, ex beneficiis, signis ac sermonibus Christi deteriores effecti. *Dæmonium habet*, id est, arreptitius & obsessus est, sicque inspiratione diaboli loquitur ista profunda & rara, *Et insanit*, id est, amens est, non compos propriæ mentis. *Quid eum auditis?* quasi dicant, Fallimini eum audiendo. Ecce quid sapientia dei & sanctus sanctorum, tolerauit pro nobis. Imponitur ei amentia, cuius sapientiæ non est numerus. Imponitur ei quoque dæmoniaca obsessio, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, nec legitur Christus hic respondisse. Discamus ergo verborum iniurias, detractiones, irrisiones, subsannationes æquanimiter ferre. *Alii* veritati propinquiores, qui forte

A

B

Iohã. 14.
Rom. 8.
Acto. 2.
Esa. 52.

C

1. Cor. 3.
Psal. 145.
Colo. 2.
Esa. 53.

D forte post passionem ad Christum conuersi sunt, *Dicebant hæc verba* tam docta, ordinata ac moralia, *Non sunt dæmonium habentis*, id est, hominis obsessi & insani: quod probat,
Iohan. 9. *Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* eorum vide-
Exod. 7. licet qui connaturale lumen non habent in oculis, qualium Christus aperuit oculos, quorum vnus fuit cæcus sic natus. Quàm verò mira atque stupēda fieri possint à dæmone, etiā quasi in imperceptibili tempore, patet in operibus magorū Pharaonis, sed quæ totam facultatem & legem naturæ transcendunt, facere nequeunt dæmones. Cum enim sint agiles & subtilissimi, possunt celerrime naturalia, actiua & passiua applicare, adinuicem proportionare, sicque producitur effectus mirabilis, his qui causam & modum operationis ignorant. Deniq; sicut Iob ait, Operante satan ignis descendit de
Iob. 1. cœlo, deuorauitque oues & pueros custodientes. Possunt igitur dæmones quorundam cæcorum oculos aperire, eorum vtique, qui interdum arte medicinæ curantur. Sed tales cæci non sunt penitus naturali visus lumine destituti, vnde de talibus modo non agitur.

¶ Explanatio residuæ partis. Cap. X.
Facta sunt autem encenia in Hierosolymis.

ARTICVLVS XXVII.

F Mnia quæ in isto capitulo, duobusq; præcedēti-
Ioh. 8. 9. b⁹ de Christo narrantur, in Hierusalē cōtigisse
Ioh. 6. 10. O videtur, vbi cum Christus cæco nato visum dedisset, multumque ad Iudæos habuisset sermonem ac disputationem. *Facta sunt encenia*, hoc est, solennia dedicationis templi, *In Hierosolymis* vrbē Hierusalem. Salomon appellauit Hierosolymam, *Et hyems erat*,
1. Mac. 4. ex quo patet, quòd nūc agitur de solēnitate dedicationis or-
3. Reg. 8. dinata à Iuda Machabæo & fratribus eius. Triplex quippe
1. Esdr. 6. fuit ordinata dedicatio tēpli. Prima, à Salomone in autum-
Neem. 12. no decima die Septembris. Secunda à Neemia atque Zoro-
3. Esdr. 7. babel, sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno in vere, duo-
1. Mac. 4. decima die Martii. Tertia à Iuda Machabæo, qui tēplum secundum ab Antiocho prophanatum, mundauit, consecrauit, & dedicauit, hoc est, diuino vsui applicauit tēpore hyemis, quarta-

A quartadecima die Septēbris. Dicit quoque pluraliter encenia, quoniam octo diebus durauit solennitas ista. Vnde scriptum est. Statuit Iudas & fratres eius, vt agatur dies dedicationis ab anno in annum, per octo dies, *Et ambulabant Iesus in templo* hoc, in quadam parte pertinente ad tepli integritatem, videlicet, *In porticu Salomonis*, id est, in oratorio facto ad similitudinem oratorii, in quo Salomō orauit in primo templo, ab ipso constructo. Hæc enim porticus nō fuit 4. Re. 25.
eadem cum illa, quæ fuit tempore Salomonis, quoniam illā Psal. 10.
cum templo combusserunt Chaldæi, sed alia similis, propter quod antiquum nomē retinuit. In hac itaque porticu, in qua & populus orare solebat, ambulabat Iesus, de quo cātamus 1. Cor. 3.
Dominus in tēplo sancto suo. Simili modo, Si anima nostra B
quæ est templum spiritus sancti agat encenia, id est, commemorationem & inuocationē consecrationis suæ qua in fonte baptismi dedicata & consecrata est deo, eo modo quo mo- Colos. 3.
net. Apostolus, Expoliate vos veterem hominē cum actibus suis, & renouamini spiritu mentis vestrę. Ambulabit Iesus in intellectu animę, qui est portic⁹ veri Salomōis, vtpote Christi, quia in intellectu est oratio interior, quo anima inuocat Iesum. Ambulat autē Iesus in anima, dum in latitudine chari- Leuit. 26.
tatis familiariter cōuersat & operatur in ea, sicut per Mo- Malac. 3.
sen loquitur, Qui inhabitabo & ambulabo in eis. Denique, Psal. 120.
deus immensus & incommutabilis pergit nobiscum, quādo 2. Reg. 7.
custodit introitum & exitum nostrum, quemadmodū ait ad Iosue. 10
Dauid, Fui tecum in omnibus, vbicūque ambulasti. Et Iosue, C
Noli timere, quoniā est dominus deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. *Circundederunt ergo eū Iudæi*, quod isti circūdatores fuerint obstinati, infideles, & reprobi, statim parebit in textu, Ideo circundederunt Iesum, mala intētione, vt aliquid raperent de ore eius, quo eū accusarēt. Vnde, cum multitudine & impetu accesserunt, vt inducerent Iesum ad incautam responsionem, quasi circunuentum atque turbatum. Hinc ait in Psalmo, Circundedetūt me canes multi. Et, Circundederunt me sicut apes, & dixerunt ei, quasi veritatē scire optantes & adulantes, cū tamen insidiandi quæ- Psal. 21.
rerent occasionem. *Quousq; animam nostram tollis?* id est cor- Psal. 117.
da nostra affligis, & in suspenso tenes, imò à nobis quodāmodo aufers, dum iugiter occupantur circa te, considerādo & inquirendo an sis Christus. Desiderium enim noscēdę veritatis

D ritatis cruciat mentem, quousque ad illam pertingat. *Sito es Christus dic nobis palam*, Iudæi isti carnales præstolabãtur, & posteri eorum hucusq; expectant Christum in primo suo aduentu sic futurum, quod esset rex potentissimus & mundi monarcha, atque omnia regna subiecturus Iudæis, allegantes illud Esaiæ, Gẽs & regnũ quod nõ seruierit tibi, peribit. Et illud Danielis, Omnes populi tribus, & linguę seruiẽt ei. Illud quoq; Zachariæ prophetæ, Potestas eius à mari vsque ad mare Cui consonat illud Psalmiste, Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ. Si ergo Iesus apertè dixisset se esse Christum, statim accusassent eum Iudæi, vt apparet apud Pilatum, tanquam aduersarium Cæsaris & Romanorum, qui tunc mundi monarchiam tenebant. Si verò diceret quòd non, opponerẽt ei, quod propriis contradiceret verbis. Frequẽter enim insinuauit se esse Christum: sed Christus sapientia patris, corda vniuersorum cõspiciens, & intentionũ discretor secundum Apostolũ, sic temperat respotionem, quòd eorum machinationem facilimè demolitur, *Loquor vobis* multa de meipso, quod sim saluator mundi & filius dei, aliaque diuersa, ex quibus sequitur quòd sint Christus, *Et non creditis mihi* sed dæmoniacum me vocatis. *Opera quæ ego facio in nomine patris mei*, id est, diuina miracula, omnem creatam potestatẽ excedentia, quæ facio secundum deum, & deum patrem inuocando, *Hæc testimonium perhibent de me*, hoc est manifestant quòd sim missus à deo, & quòd deus operetur per me, atq; talis sim, qualem me esse affirmo. Christi nempe miracula fiebant ad suæ confirmationem doctrinæ, & testificationem sanctitatis suæ precipuæ: tanquã diceret. Vos queritis an sim Christus, quasi parati credere soli verbo quod loquor, sed ego ad opera vos remitto, quæ firmiora sunt verbis, & quoniam operibus nõ creditis, patet quòd nec verbis crederetis, sed animo calumniandi interrogatis, ideo subditur. *Sed vos non creditis, quia nõ estis ex ouibus meis* id est, de numero electorum, videlicet pij, innocentes, & simplices. Non enim omnũ est fides, sed electorum duntaxat, quãuis nõ omnes credentes sint electi. Omnes tamen viatores electi sunt credentes, quoniã sine fide impossibile est deo placere. Et teste Esaia, Qui incredulus est infideliter agit, propterea in Actis scripsit Lucas, crediderunt quotquot præordinati erant in vitam æternam.

Esai.69. Daniel.7. Zacha. 9. Psal.71. Mat.26. Lucæ.3. 1.Cor.1. 1.Re.16. Hebr.4. 2.Thes.3. Heb.11. Esaiæ.21. Acto.13. Iohã.13. Act.4.

¶ His verbis Christus ostendit se scire qui essent electi, & qui præsciti, secundum quod infra testatur, Ego scio quos elegerim Ostendit quoque, quòd non sit alicui salus nisi in ipso videlicet per hoc quod est ouis ipsius, per quod implicite significauit se esse Christum.

¶ Quæritur quomodo verum est, quod veritas asserit? Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Nam esse ouem Christi, est esse prædestinatum, vel ex prædestinatione esse fide & actu fidelem. Ergo non esse ouẽ, est esse prescitũ seu reprobatum. Quãuis autem, prædestinatio diuina sit omnis boni causa in anima, reprobatio tamen diuina, non est causa malorũ nostrorum. Ergo nõ esse ouem Christi seu esse prescitum, non est causa non credendi Dicendum, quòd prædestinatio non est ex meritis nostris, sed reprobatio est ex nostris demeritis, ideo reprobatio nõ est causa per se & immediata non credendi, sed propria culpa, est tamen signum & causa per accidens non credendi, quemadmodum gubernatoris absentia, est causa sub mersionis. *Oues meæ vocem meam audiunt* Si de solo corporali loqueretur auditu, isti quoque Iudæi, quibus præsentialiter respõdebat, oues fuissent. Loquitur ergo præcipue de interiore auditu, id est, obediẽtia & cõsensu. Vt sit sensus, Oues meæ, id est, homines quorum corda per gratiam nutrio, atque multiplici spiritualis almoniæ cibo conforto: vocẽ meam audiunt, hoc est verbis euangelicæ legis, vel inspirationi internæ, quæ verba audiunt immediate à me, vel à predicatoribus meis obediunt, saltem antequã de hoc seculo auferãtur. Qui enim ex deo est, verba dei audit. Et auris bona, cum omni concupiscẽtia audiet sapientiam. *Et ego cognosco eas* cognitione dilectiua & approbatiua, de qua dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius, *Et sequuntur me*, id est vias à me tritas, vt pote per opera mea incidunt, discunt à me quia mitis sum & humilis corde. Ambulãt in dilectione ad proximos suos, sicut & ego eos dilexi, implent quod dixi. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã quotidie, & sequatur me. Sequuntur insuper Christum transeundo de via ad patriam, vt vbi est Christus, & illi sint secum. *Et ego vitam æternam dabo eis* puta meipsum, & gratiam, atque opera meritoria, quibus ad futurã beatitudinem perducentur, quam nũc habent in spe, in radice, & merito, habituri tũc eam in re & premio,

C

Iohan.8. Eccle.3. 2.Tim.2. Matt.11. Marc.21. Iohan.15. Mat.16. Lucæ.9. Iohan.17.

Et non

D Et *non peribũt in æternũ* licet ad tempus variis persecuioni-
2.Tim.3. bus,tẽtationibus,atque molestiis fatigentur, quemadmodũ
Rom.8. scriptum est,Omnes qui volũt pie viuere in Christo,perse-
Psal.1. cutionem patiẽtur. His enim omnia cooperantur in bonũ,
& omnia quęcunque faciunt prosperãtur Finaliter ergo sal-
Sapien.5. uantur,& tãto pleniori beatitudine perfunduntur,fœliciusque requiescent in patria,quanto nunc amplius vilipendunturtentantur,ac tribulantur:quod cernentes reprobi dicẽt in fine seculi illud Sapientiæ,Nos insensati vitam illorũ estimabamus insaniã,& finẽ sine honore. Quomodo ergo cõputati sunt inter filios dei,& inter sanctos sors illorum est?
E Et *non rapiet eos quisquã de manu mea*,id est,nullus hostis,sive visibilis,siue inuisibilis,poterit electos meos mihi auferre,vel de potestate atque custodia mea per violentiam tollere,aduertẽdo eos finaliter à me,quanuis ad tẽpus possint se-
Rom.8. duci ac deuiare. De hoc multa introducit Apostolus ad Romanos,Quis(inquit) accusabit aduersus electos dei? & quis nos separabit à charitate Christi ?Et certus sum,quia neque mors,neque vita,neque angeli,neque principatus,neq; instãtia,neque futura,neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei,quę est in Christo Iesu, Prædestinatio equidẽ includit omnia quæ electis necessaria sunt ad salutem: ideo comprehendit auxilia,quibus indigent prædestinati ad hoc quod non vincantur,neque à Christo finaliter separen-
Sapien.5. tur. Manus enim seu potestas Christi protegit eos,quemadmodum per Sapientem inducitur,Quoniam dextera sua re-
F get eos,& brachio suo defendit illos. Quod autẽ nullus valeat eos rapere de manu Christi,est,quoniã Christus omnipotens est sicut & pater,idcirco ei preualere nullus potest, propter quod sequitur. *Pater meus quod dedit mihi*, id est, diuina essentia,& deitas vera,quam pater generando mihi cõmunicauit. Pater enim totã diuinitatis plenitudinẽ trãsfundit in filium, *Maius omnibus est*, hoc est vniuersa in infinitum excedit,non quantitate corporea,sed dignitate atq; potentia,imò & omni perfectione simpliciter dicta. In spiritualibus nanque idem est esse maius,& esse melius dignus siue perfectius Pater ergo totũ quod habet,filio communicauit secundum quod infra filius protestatur, Omnia quecunque
Iohan.10 habet pater,mea sunt. Superius quoq; dixi,quòd deus pater
Iohan. 4. seu trinitas maius bonum dedit Christo secundum naturam assumptam,

assumptam, quam toti vniuerso,videlicet esse vnitũ verbo A
hypostatica vnione,& tantam habere gratiam,& charitatẽ, & fruitionem,quòd maior creaturæ cõmunicari non potest. Nunc tamen est sermo de datione generationis æternæ,atque diuinæ essentiæ communicatione. *Et nemo potest rapere*, Iob.23.
id est,nullus aduersarius valet oues violẽter auferre,De *manu*(.i.potestate) *patris mei* de quo scriptũ est, Cogitationẽ eius nemo auertere potest,& anima eius quodcunq; voluit fecit. Vnde Hieremias ait,Quis similis mei,aut quis sustine Hier.49.
bit me,& quis est iste pastor, qui resistat vuulti meo?Ipse est Deut.28.
deus gloriosus & fortis,terribilis,atque liberrimus, qui cu- Exo 33.
ius vult miseretur,& quem vult indurat:qui ait per Esaiam. Roma. 9.
Cõsilium meum stabit,& omnis voluntas mea fiet Ipse est, Esa.46.
qui æterna suos custodit vigilia,& per angelos ac homines B
sanctos plebem suam gubernat, qui vasa misericordiæ præ- Psal.114.
parauit in gloriam. ¶ Quanuis interea patris & filij sit vna Iohan.5.
manus seu diuina & increata potestas,ob quam quæcunque Esa.51.
facit pater,hæc & filius similiter facit,tamẽ ipse filius solet Lucæ.11.
dici manus & brachium patris,quia per filium omnia facit pater:nam in communi modo loquendi,ille dicitur manus alterius,per quem frequentius operatur,sic spiritus sanctus affertur digitus dei,quia per spiritum sanctum indicãtur seu reuelantur diuina secreta. Hinc loco præsenti per manũ patris,quidam intelligunt filium,de quo cecinit Esaias, Paratum dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gẽtium. Quod verò vtriusq; sit vna postestas seu omnipotẽtia, pandit adiiciens. *Ego*(secundum naturã verbi) *& pater, vnũ* C
sumus,hoc est,substantialiter idem, & in personis distincti, dicendo vnum,vocatur essentiæ vnitas indiuidualis,non generica siue specifica,sed mera naturæ identitas,per quod cõfunditur hæresis Arrianorum,dicentium, filium esse puram creaturam, & substantialiter à patre distinctum. Dicendo autem, sumus, insinuat distinctionem personæ. Per quod reprobatur Sabelliana loquacitas, dicens eandem esse personam,patris ac filij,vt deus dicatur pater, ratione creationis,filius ratione incarnationis, spiritus sanctus ratione sanctificationis,quia per gratiam sanctificat rationalem creaturam His auditis, *Sustulerunt lapides Iudæi*, lapidea cor- Leuit.24.
da habentes, *Vt lapidarent eum* tanquam blasphemum, Rom.10.
quoniam lex præcepit lapidari blasphemos,æmulatores au-

D tem legis erant, & æmulationē dei habebant, sed non secū-
dum scientiam, quoniam Christus tot argumentis mōstra-
uit se esse deū, quòd ei in hoc contradicendum nō fuit, præ-
sertim, quia prophetæ manifestè prædixerunt Christum deū
fore & hominem, sicut vbertim ostensum est antè. *Respon-*
dit Iesus non ex eorum apparatu perterritus, sed ipsorum
insaniam blande refrenans ac differens. *Multa opera bona o-*
stendit vobis, ex patre meo, id est, coram vobis feci, docendo,
atque miracula perpetrando, & egros curando, *Propter quod*
eorum opus me lapidatis? id est, lapidum ictibus occidere vul-
tis. Nam & istud documentum, quo dixit, Ego & pater vnū
sumus, fuit vtique bonum opus, quia articulus fidei. *Respon-*
E *derunt ei Iudæi*, lapides habentes in manibus, & brachia ad
proiiciendū in Iesum extentata. *De bono opere non lapidamus*
te Quanuis enim nondum lapidare cœpissent Iesum, tamen
tam firmum propositum habuerunt hoc protinus faciendi,
quia quod ipsi blasphemiam reputabant, fuit actus
virtutis, & protestatio veritatis Cur autem blasphemasse di-
xerunt Iesum subiungitur, Et *quia tu homo cum sis facis*, id
est, esse affirmas, *Te ipsum deum*, id est, dei filium, deo pa-
tri consubstantialem. Ego (inquiens) & pater vnum sumus.
Hoc verum fuit, sed ipsi id falsum reputabant, ignorantes
Esa.9. scripturas prophetarum, quæ duplicem in Christo docē esse
Hier.23. naturam, Esaias dicēte, Puer natus est deus, & vocabitur ad-
F mirabilis, deus, fortis, pater futuri seculi. Hieremia quoque,
Mat.9. Hoc est nomen quod vocabūt eum dominus iustus nostri.
Isti Iudæi cōcesserunt Iesum opera bona facere, & tamē esse
blasphemum, quæ simul nequeunt stare. Si enim fuisset bla-
sphemus deus eius doctrinam & conuersationem nō confir-
masset & approbasset miraculis *Respondit eis Iesus* osten-
dens se nil mali dixisse, sed illos errare. *Nonne scriptum est*
in lege vestra, id est, in libro psalmorum pertinente ad vete-
ris legis scripturas? ¶ Lex quādoq; accipitur solū pro quin-
Lucæ.24. que libris Moysi, vt cū ait saluator, Oportet impleri omnia
quæ scripta sunt de me in lege, & prophetis, & psalmis. Quā-
doq; verò accipitur pro pentateucho & libro Psalmorū, vt
Iohan.1. ibi, Lex, prophetę vsque ad Iohānem, interdum pro tota se-
Psal.81. rie scripturarū veteris testamenti, vt nunc *Quia ego dixi ad*
vos ô iudices & prophetæ, *Dii estis* non natura, sed gra-
tia: non

tia: non essentialiter, sed participatiue. *Si* (pro quia) *illos* (ho- A
mines) *dixit*, deus verus per psalmistam, *Deos* per participa-
tionem & imitationē perfectionis diuinæ, sicut ad Moysen
loquitur in exodo, Ecce constitui te deū Pharaonis, *Ad quos* Exod.6.
sermo dei factus est, videlicet patriarchas, prophetas, & iudi- Heb.1.
ces sanctos, de quibus ad Hebræos, multifarie multisq; mo- Amos.3.
dis olim deus loquens patribus in prophetis. Et Amos, Non
faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretū suum ad ser-
uos suos prophetas. Quod enim isti dij vocentur: patet ex
eo quod Moyses ait in exodo, Diis non detrahas. Itemque, Exod.22.
Dominus domus applicabitur ad deos, hoc est, ad iudices, Et Ibidem.
non potest solus, id est, corrumpi seu falsificari, *Scriptura* Cœ-
lum enim & terra transibunt, verba autem dei, puta scriptu-
ræ sacræ, non transibunt, vt Christus testatur apud Lucam B
qui denuo ait, Vnus apex, vel vnum iota non præteribit de Lucæ.21.
lege, donec omnia fiant. Propter quod ait Psalmista, Initio Marc.5.
cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea Lucæ.16.
Quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia Psal.118.
blasphemas, hoc est, mihi quem pater æternus sanctificauit,
id est, sanctū fecit, secundum quod homo sum, implendo ani-
mam meam plenitudine gratiarum, donorū atq; virtutum,
& ab omni culpa præseruando, vel sanctificauit, id est, substā-
tialiter sanctum genuit, secundū quod deus sum, quoniā ge- Roma.8.
nerando me, cōmunicauit mihi eādem sanctitatem quā ha-
bet ipse, quę est diuina essentia, puritas superspendidissima,
fontana & infinita, & misit in mundum, per humanæ natu-
ræ assumptionem, visibilem apparitionē, ac nouorum effe- C
ctuum productionem, quāuis secundum diuinitatem fuerim
ante incarnationē in mundo, implens, cōseruans, & ambiens
mundū: vos blasphemi dicitis, quia blasphemas, id est, quod
dei est, puræ creaturæ ascribis, *Quia dixit filius dei sum?* natu-
ralis & vnicus. Nam deū vocādo patrē, declarauit se esse eius Mar.1.
filium, tanquā dicat Si illi ad quos sermo dei factus est, sine Lucæ.4.
blasphemia dij fuerūt, multū erratis, qui mihi sancto dei, san- Ioan.1.
ctificato à patre, & specialiter in mūdū misso, imponitis cri- Eccl.1.
mē blasphemiæ, eò q̄ dixi me esse filium dei cum certū sit me
esse maiorem illis, ad quos factum est sermo dei, quoniā ego
illum verbū & sermo dei, & de mea diuinitate sunt locuti pro-
phetę. ¶ Aduertēdū, q̄ aliquid dicitur de multipliciter. Pri-
mò, propter naturę veritatē, sic sola trinitas est deus: de quo

 legitur,

D legitur, Videte quòd ego sim solus, & non sit alius deus pre-
Deut.31. ter me Secundo propter sanctitatis prærogatiuam & gra-
Psal. 46. tiæ eminentiam quemadmodum scriptum est de Apostolis,
Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Tertio,
propter mirabilium efficientiam, & potentiæ magnitudinē
sicut ad Mosen dicitur. Constitui te deum Pharaonis. Quar-
Exod.17. tò, propter sapientiæ profunditatem, sic homines contem-
Hierony. plaui, multum eruditi, & de diuinis alte scribentes, dij di-
Psal.95. cuntur, vt Dionysius, Ierotheus, cæterique excellentes do-
ctores. Quintò, propter hominum erroneam estimationem,
qui idolis: & dæmonibus diuinitatem ascripserunt, iuxta il-
lud in Psalmo. Omnes dij gentium dæmonia. Porrò philoso-
phi, intelligentiis, stellis & orbibus, quos animatos pone-
bant, diuinitatem participatam attribuebant, propter simili-
E tudinem cum perfectione diuina, in sapientia, potestate, can
salitate & gubernatiōe. Vnde Plato in Timeo inducit sum-
Plato. mum deum loquentem ad illos. O dij deorum quorum pater
Aristote. opifexq; ego. Aristoteles quoque fatetur, quod homo solus
August. est deus vel bestia, nō vtiq; per essentiam, sed mutationem,
hoc est, diuinus vel bestialis. Veruntamen secundum Augu-
stinum, sacra scriptura non attribuit angelis nomen diuini-
tatis, ne detur hominibus idololatriæ occasio. *Si non facio* ⁻
4.Re. 16. *pera patris mei*, id est, opera miraculosa soli diuinę virtuti pos-
Iohan.9. sibilia, sicut sunt cordium arcana reserare, mortuos suscitare,
1.Iohan.4 cæcum natum illustrare, *Nolite credere mihi*, dicenti quòd sim
Eccl.19. Christus filius dei. Non enim omni spiritui est credendum,
Iohan.8. Et qui citò credit, leuis est corde. Possunt autem per opera
F patris facta à Christo, intelligi sanctissima conuersatio eius,
qua semper patrem honorificauit, & eius placitum adimple-
uit, inenarrabilis quoque patientia eius in omni aduersitate.
Hæc omnia protestantur, quòd vera sint verba ipsius: quia se-
cundum philosophos operatio arguit formā, & qualis quisq;
est, talia operatur & loquitur, propter quod ait Saluator. A
Matth. 7. fructibus eorum cognoscetis eos. ¶ Denique, in miraculis
Christi, duo mira & incomparabiliter digna pensantur. Pri-
mum. quod ea egit propria potestate, solo imperio, in instan-
vt sæpius, quāuis interdum patrem inuocauerit & mora ali-
qua fuerit vsus, ad ostendendū suæ incarnationis veritatem,
& patris authoritatem. Secundum, quod discipulis tradidit
Iohan.11. potestatem faciendi miracula, etiam maiora quā ipse per se

in mundo conuersans effecit. Hoc enim nequaquā humanæ, A
imò nec angelicæ est virtutis, dare alis potestatem atq; do- Matt.10.
minium quoddam super naturas creatas, & vltra omnem na Iohan. 17.
turalem rerum facultatem, legem, ac ordinem. Dixit nempe
Apostolis apud Matthæum, Infirmos curate, mortuos suscita-
te, dæmones eijcite: hæc sunt opera patris, imò totius tri-
nitatis, cuius duntaxat est creaturis talem cōferre virtutem. Mat.7.
Si autem, (id est, quia) *facio* opera patris cœlestis, Et *si mihi nō*
vultis credere, quasi propter reuerentiam personæ meæ, vel
propter nuda verba. *Operibus credite*, & mihi propter opera.
Maius ergo ac certius est testimonium operis, quam sermo-
nis, Vt *cognoscatis* nunc per donum intellectus, & in futuro
per speciem, Et *credatis* iam per fidem formatam, *Quia in me*
est pater per circumincessionem, atque essentiæ identitatem, B
& maiestatis æqualitatem ac vnitatē, Et *ego* (secundum quod
deus sum) *in patre* eodem modo, quo ipse in me. Pater quoq;
& tota trinitas est in filio secundum naturam humanam, per
singularem & summam gratiæ inhabitationem, immobilem
in bono conuersationem, atque præcipuam familiaritatem:
itemq; filius secundum naturam hanc est in patre seu tri-
tate, per maximam dilectionem, beatissimam fruitio-m, &
plenā in bono cōfirmationem, *Quærebāt ergo* (ir-eduli isti)
eum apprehēdere ad occidendū, de tam ratio-nli respōsione
non emendati nec persuasi, sed peiores -ecti. Non enim re Pro.18.
cipit stultus verba prudentiæ, & im-s cum in profundum Lucæ. 4.
peccatorum venerit, contemnit. *Et exiuit de manibus eorum*, Ioan.8.
transeundo per medū ipso-, factus inuisibilis eis, quem- C
admodum in fine octaui-pituli elucidatum est plenius, Et Marc.6.
abiit trans Iordanem *am locum vbi erat Iohannes Baptista ba* Iohan.3.
tizans primum, est, antequā ab Herode incarceraretur:
vel primum-t, priusquā Christus & eius discipuli bapti-
zauerunt, Iordani vicina cū Apostolis. Et *multi* (Iudæorum)
venerunt ad eum forsitan recordati verborū Iohannis, qui ibi
dixit de Iesu, Ecce agnus dei, Et *dicebant* ad probādū, ꝙ Iesus
esset maior Iohāne, & verus messias, *Quia Iohannes quidem* Iohan. 1.
signum fecit nullum. Nō enim fecit aliquod miraculū, ne popu
lus haberet nimiam occasionem reputandi, quod Iohannes
esset messias, sicque difficilius conuerterentur ad ipsum.
Sed Christo reseruata sunt signa, quēadmodū Esaias præ- Esa.25.

Universidad de Deusto Biblioteca

D dixit, Ecce deus vester ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Ex hoc autem quod Iohannes (quo inter natos mulierum nõ surrexit maior) nullum operatus est signum, docemur nõ habere inanem ad miracula facienda affectum. Non enim faciunt sed interdum ostendunt sanctitatem, vbertimq; talis affectus ex quadam latenti nascitur vanitate atq; superbia. Vnde quidam sanctissimi patres qui facillime poterant maxima operari miracula, vt Abbas pastor & Sysois, omni modo refugiebant occasionem huiusmodi operum, haud dubium, quin propter eximiam humilitatem, dixerunt quoq; *Omnia autem quæcunque dixit Iohannes de illo*, id est, vniuersa quæ Iohannes Baptista de Iesu isto prædixit & docuit, *Vera erant*, id est, illa impleta videmus, vel mox implenda sunt. Ex hoc arguebant, quod Iohannes fuit verus propheta, & per consequens standum esset verbis eius de Iesu, quòd esset Messias: sicque credebant, propter quod subditur. *Et multi crediderunt in eum.* Hoc intelligi potest dupliciter. Primò sic, Multi hoc est omnes isti venientes ad Iesum, qui multi fuerunt, credebant in Iesum. Secundò sic, Multi, id est, magna pars istorum. Prima tamen expositio videtur literæ magis consonare. Quanquam autem Iohannes nullum molitus est signum, tamen propter manifestam atque eximiam eius sanctitatem, idoneum reputabant testimonium eius, imò conceptio & nativitas, totaque insuper conversatio eius mirabilis, supernaturalisque fuit.

Mat. 10. Lucæ. 7.

E

Lucæ. 1.

F

¶ Declaratio Capitis.

Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania.

ARTICVLVS XXVIII.

Abitum est in fine præcedentis capituli, quòd Iesus relinquens Hierusalem, & Iudæos, qui eum cõprehendere & lapidare moliti sunt abiit trans Iordanem, & in locum, quo baptizauit præcursor. Cumque illic cum suis maneret discipulis, contingit quod in huius capituli narratur exordio. *Erat autem quidam languens* (nomine) *Lazarus* (oriundus) *a Bethania*

Iohã. 10.

H

villa, inter quã & Hierusalẽ medius fuit mons Oliueti, oriũdus inquam, *De castello Mariæ* (Magdalenæ) *& Marthæ sororis eius* quia in villa illa fuit castrum, in quo fœminæ istæ demorabantur cum fratre suo. Solet autem languor accipi, pro graui inuiscerato q; morbo, ex quo elici potest, ꝙ infirmitas Lazari naturaliter incurabilis fuit, quemadmodũ rei exitus demonstrauit, eratq; magnus honor Lazari, ꝙ talium ac tantarum extitit frater sororum. ¶ Deinde euãgelista determinat, quæ fuit ista Maria *Maria autem erat quæ vnxit dominum* (Iesum) *vnguento* quod fudit super caput & pedes ipsius, pro reuerẽtia & refrigerio caloris atq; laboris ipsi', qui propter nostram salutem discurrebat per loca, prædicando, & signa agẽdo hyeme ac æstate, *Et extersit pedes eius capillis suis.* Nam lachrymis contritionis pedes Iesu rigauit, eosq; crinibus suis siccauit, *Cuius frater Lazarus infirmabatur.* An ista Maria sit illa de qua scribit Lucas, quæ ibi appellatur peccatrix, dissensio est inter sanctos. Hieronymus enim & Chrysostomus dicunt ꝙ non: August. verò & Greg. dicunt ꝙ imò, sed de hoc transeo nunc, quia super Matthæum capitulo vicesimo sexto longam disputationem induxi de hoc, tenuiq; cum Augustino & Gregorio, quòd sit eadem Maria, & ꝙ bis vnxit Christum vnguento, semel in Galilæa, vel in Hierusalem secundũ quosdã ex contritione, vt recitat Lucas, & semel in Bethania ex reuerẽtia & deuotione, quemadmodũ sequẽti patebit capitulo. *Miserunt ergo sorores eius ad eum dicẽtes* per internuncium, *Domine, ecce quem amas infirmatur* tanquam dicerent, Quomodo poteris sustinere, vt amicus tuus tã prædilectus laboret: vel quomodo poteris differre siue negare, quin ad eũ curandũ accedas? Non explicant quid affectant, sed ex verbis præhabitis, sciunt Iesum considerare quid cupiant. Et quoniam de eius familiaritate, ac amicitia præsumebant, arbitrantur sufficere, vt causam insinuent, & talis insinuatio ponitur species orationis: sicut quum virgo benedicta dixit ad filium suum, vinum non habent, nec decuit eas personaliter ire ad Iesum tum quoniam fœminæ erãt, quas non decet discurrere, dummodo per alios queant sua negotia expedire: tum quoniã frater languidus indigebat earũ cõsolatione, obsequio atq; præsentia, nec ipsæ libenter recessissent à fratre tam charissimo, qui fuit strenuus ac nobilis miles, diues & iustus, ac Christi discipulus, eo modo quo Ioseph ab Arimathia

A

Mat. 26. Mat. 14.

C

Lucæ. 23. Iohan. 12.

Ioh. 2.

Mat. 27. Mat. 15.

D mathia & Nicodemus. Non dicunt cum Regulo, Domine,
Iohan.19. descende antequam moriatur, credentes quod abiens posset
Iohan.3. curare: nec cum Centurione, Domine ne intres, sed tatũ dic
Iohan.4. verbo: sed modum subueniendi Christo committunt, tanquã
Lucæ.18. sapientiori. Ita & nos facere par est, cum à superioribus ali
quid postulamus, videlicet vt modum exaudiendi commitamus bonitati atque discretioni eorũ, nisi forte ex hoc immineret periculũ. Porrò si sorores istæ fuissent perfectæ in fide, sciuissent Christo cuncta constare, tanquam deo & homi
ni, nec oportuisse ei nunciũ mittere (videntur quippe puta-
Matth.6. se, quòd Christum latuerit infirmitas Lazari) sed flexis gen-
Heft.13. bus, clauso cubiculo, exorassent Iesum vniuersa cernẽtẽ di-
Deut.13. centes, Domine, qui absconditorum es cognitor, ecce quem
Eccle.39. amas infirmatur. Nec mirum, si nondum talem fidem habue-
E ruut, quia nec Apostoli habuerũt pro tunc huiusmodi fidem de Christo. Vtuntur demum verbo tam affectuoso ac blando. Ecce quem amas, vt Iesum ad misericordiam inclinarent, quem nouerant pietatis visceribus plenum. *Audiens autem Iesus* verba sororum, per nuncium, *Dixit eis*, id est, per eundem nunciũ respondit, mandauitq; Mariæ & Marthæ, *Infirmitas hæc non est ad mortem* solito modo durãtem, vt ibi sistat, id est, principaliter non est ordinata ad vitæ extinctionem, quanuis per eam fuerit vita corporalis extincta. Infirmitas quippe dicitur esse ad mortem, nõ ideo solum, quoniam mortem inducit, sed quia mortem vsq; ad futuram in fine seculi
Iob.14. resurrectionem durãtem operatur, iuxta illud beati Iob Ho-
F mo cum dormierit non resurget, donec attexatur cælum nõ euigilabit, *Sed pro gloria dei*, id est, ad manifestationem diuinæ potentiæ ordinatur, vel pro gloria dei, id est, ad gloriosam seu miram resuscitationem defuncti soli deo possibilẽ,
Apoc.30. vt in illa declaretur excellentia dei, qui habet impe ium vitæ ac mortis, *Vt glorificetur*, i. gloriosus appareat, vetusque Christus esse noscatur ac honoretur, *Filius dei per eam* tãquam per viam ac medium, & per reparationem eius, hoc est per miraculosam resurrectionem morientis, tanquãper causam materialem, in qua potestas, & veritas Iesu filii dei demõstrabitur. Suscitatio etenim Lazari adeò fuit miraculosa, quod non potuit esse, nisi à deo: idcirco deus qui per Iesum eam effecit, ostendit veram esse doctrinam Iesu, & per cõsequens quod esset Messias & filius dei naturalis patri consubstan-

tialis, sicut personaliter docuit. ¶ Primò dixit Iesus, A
quòd infirmitas ista fuit pro gloria dei, moxque adiecit, vt Lucæ.7.
glorificetur filius dei per eam, quibus vtique verbis duo ostẽ Lucæ.8.
dit. Primò, quòd vna ac eadem sit gloria dei ac filii dei. Secũdò, quòd filius dei sit deus. Et sicut huius Lazari languor fuit pro gloria dei, vt glorificaretur filius dei per eam: sic & infirmitas filii viduæ, ægritudo quoque filiæ Iairi fuerunt non ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eas, magis tamen infirmitas Lazari quam illorum, quia per resuscitationem Lazari excellentius, latius, euidentius clarificatus est Iesus. Fuit quippe suscitatio ista mirabilior quodammodo atque famosior, mirabilior, quoniam quatuor dies habuit Lazarus in monumento: alii duo, eodem sunt die suscita B
ti, quo moriebantur, quod certum est de filia Iairi, nõ tamen certum est de filio viduæ; item quoniã prodiit de sepulchro ligatus manus & pedes institis: fuit quoq; famosior, propter dignitatẽ personæ defuncti qui fuit notissimus, & preclarus, & propter locũ qui fuit vicinus Hierusalem, & propter multitudinẽ notabilium Iudæorũ qui aderãt. *Diligebat autem Iesus Martham* (hospitam suam) *& sororem eius Mariam* discipulam suam præcipuam, *Et Lazarum* in exterioribus strenuum, interioribusque deuotum. ¶ Nonne Iesus omnes Iudeos, præsertim electos dilexit? Cur ergo dicit hos tres amasse? Dicendum primo, vt pateat sorores veraciter dixisse ad Iesum de Lazaro, domine, ecce quem amas infirmatur. Secundò, vt insinuetur Christus, non solum communiter vt cæteros, sed singulariter dilexisse tres istos. Vt *ergo*, i. postquam C
Iesus *Audiuit quia Lazarus infirmabatur tũc quidẽ mãsit in eodem loco propter Iordanem duobus diebus*, quatenus ante suũ aduentum in Bethaniã, Lazarus moreretur, sepeliretur, & quatriduanus efficeretur, sicque miraculũ gloriosius fieret, nec dæmoni ascribi valeret: obstinari quoque Iudæi inexcusabiles redderentur, & discipuli cæterique electi roborarẽtur in fide, imò & plures Iudæorum viso tanto prodigio, cõuerterentur ad Christum, sicut & factum est, *Deinde post hæc*, scilicet tertio die, *Dicit discipulis suis*, id est, Apostolis, qui sibi inseparabiliter adhærebant, quemadmodum Lucas testatur, *Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis. Eamus in Iudæam*, i. in terram duarũ tribuũ Iudæ & Beniamin. Lucæ.22.
Iterum, (scilicet ad Bethaniam) *dicunt ei discipuli, Rabbi nunc*

ante

D ante paucos dies. *Quærebant te Iudæi lapidare*, Nam lapides
Iohan. 11. sumpserunt in manibus, vt dictum est in fine præcedentis capituli, *Et tu iterum vadis illuc?* quasi dicant, Incaute facis in hoc, & consulimus tibi oppositum.

Matt. 16. ¶ Multis de causis Apostoli hoc dixerunt: Primò, quoniam
Mar. 8. magistrum suum, quem nõ satis spiritualiter, sed aliqualiter, sensualiter dilexerunt, nequaquam mori volebant, nec eius corporali præsentia volebant priuari: vnde alio loco, quum passionem suam prædixisset eis, Petrus cœpit increpare eum
1. Cor. 1. dicens, Domine, propitius esto tibi, nam hoc non erit. Secundò, quoniam sibiipsis metuebant, ne cum magistro suo caperẽtur. Sed imperfecta fuit fides eorũ. Si enim nouissent Christum esse dei virtutem & sapientiam, atque ob id venisse, vt
E pro hominib⁹ moreretur, sciuissent quod Iudæi ei inuito nil facere potuissent, præsertim cum iam totiens elapsus fuerit manus eorum, & quòd tempore præordinato passurus esset, non fugiturus: item quòd nullus eis posset nocumentum inferre, quandiu protegerentur à Christo, quemadmodum ait Psalmista, Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?
Hie. 20. Et Hieremias, Dominus mecum est, quasi bellator fortis, idcirco qui me persequuntur, cadent & infirmi erunt. *Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horæ diei?* artificialis, præsertim tempore æquinoctiali, id est, secundum temporum variationem, & horarum diuinarum distinctionem atque successionem, variatur humana voluntas, & opera diuersificantur: tã-
F quam diceret, Quanuis hoc tunc volebant, tamen nunc aliter fiet, potestq; propositum esse mutatũ. Iste est modus loquendi prouerbialiter, vt quum de mutatione propositi seu nouitate effectus aliquid fieri intẽdimus, sic loquamur, Nõne duodecim sunt horæ diei? id est, quælibet hora suum opus atque propositum? Origenes & Augustinus aliter introducunt. Discipuli enim cum essent homines instructione indigentes, volebant dare consilium Christo, deo sapientiæ sem
1. Cor. 1. piternæ: ideo audiunt, Nonne duodecim sunt horæ? hoc est, ego sum dies: vos quasi horæ diei, qui aliquid lucis sortiti estis à me, & membra mea consistitis. Quemadmodum ergo horæ sequuntur diem, non dies horas: sic vos meo consilio acquiescere debetis, nõ ego vestro. *Si quis ambulauerit in die, nõ offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.* Hoc in exterioribus ad literam

teram sic est: Qui enim in die incedit, non pede impingit, A
quoniam solis conspicit claritatem: qui verò ambulat nocte, impingit faciliter, quoniam lux solis non est in eo, id est, oculus eius illuminans: per quod Christus mystice innuit, quòd is qui ambulat in luce iustitiæ, vel in puritate cõscientiæ, nõ impingit opere vel affectu, nec habet timere, sed esse debet securus, quoniã nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas: nec deus deserit tales, quia & si aliquid patiuntur propter iustitiam, copiosa valde, & infinita est merces eorũ,
Matt. 6. iuxta illud Sapientiæ, In paucis vexati, in multis bene dispo-
Sapien. 3. nentur: ideo formidare non debent aduersarios, sed de diui-
Sapien. 5. na protectione & gratia esse securi. Qui autẽ ambulat in no-
B cte, id est, caligine ignorantiẽ & peccati offendit, cadit, conteritur, quia lux gratiæ nõ est in eo, nec sol intelligentiẽ fulget animæ eius. Vel sic, Si quis ambulauerit in die, id est, mecum qui sum dies spiritualis illuminans mentem, non offendit, sed tutus est, quia lucem huius mundi videt, id est, me, qui dixi, Ego sum lux mũdi. Qui enim corde aspicit, ac sequitur
Iohan. 8. Christum, non deuiat. Si autem ambulauerit in nocte, id est, priuatione gratiæ atque præsentiæ meæ, offendit peccando, quia lux non est in eo, id est, splendor gratiæ deest animæ eius. *Hæc ait Iesus* ad instruendum & confortandum discipulos pusillanimes & indoctos, *Et post hæc dicit eis* causam itineris sui ad Iudæam. *Lazarus amicus noster* quoniam Lazarus tatum dilexit Iesum, quod omnes quoque discipulos eius amauit, *Dormit dormitione mortis*, i. defunctus est, & à mũdi huius tumultu quiescit. Omnium hominum mors dormi-
C tio dicitur, quoniam in die nouissimo tam mali quàm boni
3. Re. 14. suscitabuntur atque resurgent. Vnde in libro Regum, & Pa-
2. Para. 12. ralipomenon etiã pessimi homines vt Roboam, Achas dor-
4. Re. 16. misse cum patribus suis scribuntur. Præcipuè tamen mors iu-
2. Pa. 26. storum vocatur somnus siue dormitio, quia in spe futuræ resurrectionis & glorificationis dulciter conquiescunt. Sic igitur Iesus dixit Lazarum mortuũ dormire, quoniam mox suetat suscitandus ab ipso, obdormiuit quoque in domino, *Sed vado* ad Bethaniam. Vado autem secundum formam humanitatis, qui ibi sum secundum essentiam deitatis, *Vt à somno aliqis. Exsuscitem illum* qui facilius à morte resuscito, quã cipaliter mientẽ à somno. Hæc suscitatio cõueniebat prin-
cipaliter virtute diuina.

¶ His

Universidad de Deusto Biblioteca

D ¶Hic verbis Christus dupliciter roborauit ac lætificauit corda discipulorum. Primò, quoniam dixit se ire ad domum familiarium amicorum, videlicet, Marthæ, Mariæ, ac Lazari, non ad Hierusalem, vbi præcipue morabãtur æmuli eius. Secundò, quoniam dixit se ire ad suscitandum defunctũ, non ad disputandum cum scribis ac pharisæis. Iucundum vero est videre tale ac tantum miraculum, maximè quando amicus resuscitatur. Verùm discipuli verba Christi non intelligentes, necdum consenserunt ire versus Iudæam, sicut subditur, *Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit* (somno naturali) *saluus erit*, id est, cõualescet, nec oportet te illuc procedere, quia ab aliis potest à somno huiusmodi suscitari. Sõnus autem frequenter est signum curationis, cũ fit reformatio virium, ac releuamen naturæ: non tamen est certum indicium, nec semper sic accidit. *Dixit autem Iesus de morte eius*, id est, nomine dormitionis mortem Lazari designauit. *Illi autẽ putauerunt, quia de dormitione somni diceret*, quòd iret ad suscitandum Lazarum à somno, in quo elucescit discipulorum simplicitas, qui putabant Christum tantum iter velle arripere, vt suscitaret dormientem à somno naturæ, nempe (vt dicitur) per dietã, vel circiter distabat Bethania à loco trans Iordanem, quo tunc extitit Iesus. Veruntamẽ arbitror, quod non æstuabant Iesum ob hãc solam causam proficisci illuc. Sed insuper, vt aliquid consolationis ac eleuaminis impẽderet ægro, & vt sororum eius satisfaceret preci. ¶Aduertendum, quòd somnus in scriptura diuersis modis accipitur. Primò, pro somno naturę, qui est exteriorum sensuum quædam clausura, quies & vacantia, sicut in Leuitico, Dormietis, & non erit qui exterreat. Secũdò, pro dormitione peccati, iuxta illud Apostoli, Tẽpus est iam nos à somno surgere. Et rursum, Surge qui dormis. Tertiò, pro somno mortis. Vt ibi. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Quarto, pro torpore ignauiæ seu negligentiæ: vt Esaias habet, Speculatores cæci videntes vana & dormientes: atque in Psalmo, Ecce non dormitabit neque dormiet: quo contra admonet Petrus, Sobrij estote & vigilate. Abacuc quoq; propheta, Super custodiam (inquit) meam stabo, & figam gradum meum, & cõtemplabor quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentẽ me. Quinto, pro quiete contẽplationis, sicut in Genesi, Misit Dominus soporem in Adam. Et in Canticis, Ego dormio, meum

E

F

Leuit. 26
Rom. 13.
Ephes. 5.
1. Thes. 4.
Esa. 56.
Psal. 120.
1. Petr. 5
Abac. 2.
Gene. 2.
Cant. 5.

meum vigilat. Sextò, pro requie beatorum *Tũc ergo dixit eis Iesus manifeste*. Quare primo nõ dixit manifeste? vt illorum rudiratem ac simplicitatem ad nostrã ædificationem ostenderet, quatenus agnoscamus, quales fuerũt magistri & principes nostri sancti apostoli, ante aduentum spiritus sancti & quales postea, sicque solidemur in fide. Scientes quod post dominicam passionem fuerint illuminati, prout Christus eis spopõdit *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos*, id est, propter fructũ quem cõsecuturi estis occasione suæ mortis, videlicet ex sua suscitatione. Confirmati enim fuerũt in fide vilo tanto miraculo. Vt *credatis* iam plenius quã ante. Sunt enim gradus in fide sicut in charitate, *Quoniã nõ erã ibi*, secundum naturam assumptam, id est, idcirco credatis, quia videtis me scire quod obiit, cum tamen nõ fuerim ibi, nec aliquis hoc mihi intimauit. Sorores enim nunciauerunt, q̃ infirmaretur, non quòd obiisset. Vel quod ait, Quoniam non eram ibi, refertur ad illud quod dixit. Gaudeo eritq; sensus. Gaudeo propter vos, id est, ob vestrũ, profectum & vtilitatem, vt credatis perfectius: & ideo gaudeo, quoniã non erã ibi, id est, Lazaro corporaliter nõ affui, dum infirmabatur, quoniam si ibi fuissem, curassem eum antequam mortem incurrisset, propter instantiam suarũ sororum, & quia nõ decuisset amicum meum mori me (quia vita sum) assistente. Si autem eũ curassem, nõ fuissetis sic ædificati in fide, sicut nũc ædificabimini *Dixit ergo Thomas qui* (agnomine) *dicitur Didymus*. Sic enim dictus est secundum Bedam, quoniam diu hæsitauit in fide. Sed quò diutius dubitauit, eò post profundius credidit Ad *discipulos* (cæteros Apostolos) *Eamus & nos, & moriamur cum eo*, id est, fideliter magistro nostro vsque ad mortem adheremus: fortè quòd Thomas auiditate videndi tam gloriosum miraculum animatus fuit, tamq; securè locutus: Hortabatur Thomas condiscipulos ad commoriendum, pro & cum Christo, quasi paratus & potẽs ad hoc non attendens propriam fragilitatem, & tamen si periculũ moriẽdi sibi occurrisset, fecisset quod fecit tempore passionis, quando relicto magistro, fugit cum cæteris, Chrysostomus dicit Thomam hæc verba dixisse ex infirmitate & timore seu diffidentia quadam: tanquam diceret, Sicut ipse exponit se periculo mortis eundo Iudæam versus, sic & nos cum ipso tendamus, exponẽtes nos eidem discrimini, à quo verisi-

A

Iohan. 14.

B

Iohan. 11.
Iohan. 14.

C

D verisimiliter non euademus, sed occidemur. Nondum pensauerunt apostoli potentiam Christi, quã toties erãt experti. *Venit itaque* (cum discipulis) *in Bethaniam, & inuenit eum*, scilicet lazarum, intelligendo per Lazarũ, corpus eius extinctum, quẽadmodũ Iesus dicitur à sepulchro sublatus. Frequenter enim ponitur totum pro parte, & econtra. *Quatuor dies iam in monumento habentem* Vnde primo die suæ mortis videtur sepultus, quoniam infra vocatur quatriduanus mortuus. Hoc Euangelista adiecit ad certitudinem & commendationẽ miraculi, vt sciamus, quòd verè mortuus extitit, & quòd nunquam antea simile factum est. Quanuis enim Helias & Helisæus suscitauerint mortuos, non tamen quatriduanos. Valet quippe talis protractio tẽporis ad magnitudinem miraculi, quia quo corpus extinctum diutius ab anima permanet separatũ, eò in dispositius est ad animæ informatiuam receptionem, quia putrefactioni, resolutioni, seu corruptioni subiacet amplior. Anima verò rationalis, cum sit nobilissima forma naturaliter non vtitur nisi materiæ optimæ qualificatæ videlicet nobilius complexionatæ, quàm aliorum mixtorum materiæ. *Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam*, id est, vicina ei, seu distans ab ea duntaxat, *Quasi stadiis quindecim* quæ constituunt forte leucam, vno stadio dempto. Hoc addit Euangelista ad declarationẽ subsequentium scilicet quod multi Iudæorum ad Mariam & Martham confluxerant, & quod quidã eorum Lazari suscitationem in Hierusalem publicauerunt, itemq; ꝓ pontifices tantum miraculũ mox perceperunt, atque consilium inierunt cõtra Iesum. ¶ Bethania quæ interprætatur domus obediẽtiæ tenet figuram ecclesiæ militantis, quæ nunc diuinis paret præceptis Hierusalem quæ interpretatur visio pacis, significat ecclesiam triũphantem, de qua ad Galatas dicit Apostolus, Illa quæ sursum est Hierusalẽ libera est, quæ est mater nostra. Bethania igitur distat à Hierusalẽ quindecim stadis, id est, per quindecim gradus virtutum, de quibus tractant quindecim psalmi graduales pertingit viator ab ecclesia militante ad triumphantem Prolixum esset hos gradus iam prosequi. Possunt quoque per quindecim stadia intelligi tres virtutes theologicæ, duodecimque virtutes morales, per quarũ actus pertingimus à via ad patriam. Virtutum enim moralium operum non sunt æternæ vitæ meritoria, nisi theologicarum virtutum

5.reg.17.
4.reg.4.
E
F
Galat.4.

tutum actibus imperentur ac regulentur. Nam sine fidè impossibile est deo placere. Et charitas est forma virtutũ, origo & finis, ac vita earũ, in tantum vt si linguis angelorũ loquamur & hominum, omnemque habuerimus fidem, ita vt montes transferamus, corpora quoque dederimus, ita vt ardeamus, charitatem verò non habuerimus, nil nobis prosint omnia illa. Rursus ꝑ quindecim stadia intelligi possunt septẽ dona spiritus sancti, & octo beatitudines, quibus ad ecclesiam triumphantem perducimur. *Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo*, id est, de eius interitu. Multi conuenerant, quia de magna progenie fuerunt hæ fœmine, & propter suam bonitatem amabantur à multis, vnde non solum cognati earũ atque vicini, sed multi quoque Hierosolymitarũ accesserãt eas, & fortè multo plures venissent ad ipsas, nisi tã familiares fuissent Christo, propter quod multorum indignationẽ incurrerunt, *Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit*. Ipsa equidem tanquam prudens matrona rexit domum, ideo aliquis præcurrens, & forte à Christo missus primo indicauit ei Christi aduentũ. Videtur enim fuisse nuncius ille bonus & credens, quia occultè intimauit Marthæ de Christi accessu, sciens eum Iudæis odibilem, vnde nec eis indicauit. *Occurrit illi*, deuotè propter tanti viri reuerẽtiam, & magnum amorem ad eum, nec assumpsit Mariam secum, sed sola profecta est cupiens Iesum singulariter alloqui & precari, & ne Iudæi domino aduersantes, notarent aliquid de Christi præsentia sicque recederent. *Maria autem domi sedebat* cum Iudæis consolantibus eam. ¶ Martha vitam signat actiuam, Maria contemplatiuam. Martha ergo CHRISTO foris occurrit, quoniam actiuam vitam ducentes, CHRISTO obuiant in exterioribus practicarum virtutum operibus, proximis ministrantes, & misericordiæ exercitiis intendentes, quemadmodum Petrus hortatur, Hospitales inuicem sine murmuratione. Contemplatiui verò domi resident, quoniam insolitudine atque silentio vacant deo, tanto vtiq; piuius, stabilius, dulcius, & quietius: quanto ab omni strepitu secularium negociorũ, omniq; multi hominũ mundanorum fuerint remotiores, non loco tantum, sed etiam voto ideo ait Psalmista, Abscondes eos in abscondito vultus tui, à conturbatione hominũ, Proteges eos in tabernaculo tuo, à contraditione

A
Hebr.11.
1.Cor.13.
B
C
1.Pet.4.
Psal.30.

D tradictione linguarũ. Et Esaias, In spe (inquit) & silentio erit fortitudo vestra. Nihilominus, sicut patebit, Maria cum
Esa.30. euocasset eam Martha, exiuit obuiam Iesu, quoniã contemplatiui, quãdo eius iniungitur à prelatis, qui simul esse debẽt actiui & contemplatiui, quemadmodum Martha: vel quãdo ab indigentibus id rogantur, vel si non rogenter nec iubeãtur tamen cõspiciunt proximorum necessitatem hoc ipsum exigere, tunc vtique contemplatione paulisper suspẽsa, opera vitæ exercent actiuæ, quandiu ratio dictat, necessitas exigit, vel obedientia sancta requirit. *Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic*, id est, in domo & apud lectum fra-
E tris mei antequã obiit, *Frater meus non fuisset mortuus*. Certa sum enim, quod tantæ sis potestatis, quòd potuisses eũ curasse, tantæ quoque bonitatis, quòd eum curasses. Quantum ad hoc magna fuit fides beatissimæ Marthæ, prælectæ ab æterno matronæ ad hospitandum ac nutriendum filium dei incarnatum deum & hominem, sed quo ad hoc fuit (vt apparet) fides eius incompleta, quod nõ nouit Iesum secundũ diuinitatem suam fuisse præsentem, tãtumque potuisse & cognouisse absentem quantum præsentem, sicq; fides Cẽturio
Mat.8. nis eius fidei præferetur, quoniam ille Christi diuinitatem
Lucæ.7. perpendens, credidit eum ministerio angelorum posse curare quanuis corporaliter non adesset. Nec hoc absurdum putetur, quia de Centurione protestatus est Iesus, Non inueni tantam fidẽ in Israel: vnde & cõsequenter Martha alloquitur Christum, tanquam virum sanctũ & virtuosum, deo cha-
F rissimum, non quasi filium dei naturalem, verumque deum. *Sed & nunc scio* per fidem certissimam, quantum ad hoc, & item per multam experientiam, quoniã tot miracula vidi, & percepi per te *Quia quæcunque poposceris à deo, dabit tibi deus*. Nam certa sum, quòd nihil irrationabile petere potes, & quod deo omnia quantumcunque magna, difficilia, & supernaturalia possibilia sint, imò facillima & æquæ facilia. Si habuisset Martha fidem explicitam de Christi diuinitate, æstimo quod vidisset, Quicquid iusseris, fiet. *Dicit ei*
Mat.10 *Iesus, Resurget frater tuus*, Non apertè dixit, nunc eum suscitabo, sed indeterminatè ait Resurget, vt occasione responsionis Marthæ, aliquid de sua diuinitate assereret, non solum ad Marthæ, sed in super ad omnium informationem fidelium. *Dixit ei Martha*, quæ verba præfata pensauit posse intelligi

intelligi dupliciter, scilicet de resurrectione iam perpetranda, & de illa quæ fiet in die nouissimo. *Scio* ex tua frequenti prædicatione, & prophetarum doctrina, *Quia resurget in resurrectione* formaliter. Resurrectio nanque est causa formalis inhærens, per quam mortuus dicitur resurgẽs. Vel in resurrectione, hoc est, in numero resurgentium. *In nouissimodie*. Audiuit enim Martha, quòd Iesus predicauit generalem resurrectionem futuram. Vnde superius sæpius dixit de quocunque fideli & digne communicanti. Ego resusci
tabo eum in nouissimodie. Ex doctrina quoque prophetarũ Iohan 6.
idem agnouit, & etiam, quia in hoc sequebatur doctrinã pharisæorum non Sadducæorum resurrectionẽ negantiũ, quãpharisæi concedunt. ¶ Denique scio, hoc loco significat cre B
do. Dupliciter nempe scientia sumitur primò, pro notitia naturali, quæ humana ratione potest inueniri, seu cõprobari secundò pro quacunque agnitione, siue habeatur ex reuelatione, siue ex naturali ratione: sic modo accipitur. Et Iob,
Iob. 19. Scio (inquit) quod redemptor meus viuit, & in nouissimodie de terra surrecturus sum. *Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio*, id est causa resurrectionis omnium mortuorũ, potens suscitare defunctos. Secundum vtranque naturam est Christus causaliter resurrectio. Secundum diuinam, quoniam diuina virtute fiet in die iudicij generaliter, & interim facta est particulariter resurrectio mortuorum. Secundum humanã quoque, inquantum resurrectio Christi ponitur causa exemplaris nostræ resurrectionis, Et *vita* per essentiam, id est, in C
meipso secundum propriam naturam sum substãtialiter pũ-
Iohan. 5. & incorporea. Sicut enim pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio vitã habere insemetipso: sum quoque fontalis origo, atque causale principium omnis vitæ, naturæ gratiæ, & gloriæ. Vnde dictum est, Vita erat lux hominum. Sic etiam Christus est vita nostra causaliter, quemadmodum ad
Iohan 1. Colossenses dicit Apostolus, Cum autẽ apparuerit Christus
Coloss. 3. vita nostra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Et in Deuteronomio loquitur Moses, Ipse domin' est vita tua, &
Deut. 30. longitudo dierum tuorũ. Cum ergo sim essentialiter viuẽs, ac vita fontana, possum mortuis vitam cõferre. Quod enim est tale per essentiam est causa eorũ quæ sunt talia per participationem, secundum philosophorum doctrinam *Qui cre*

D *dit in me*, fide formata, quæ tempore oportuno per dilectio-
Gala.5. nem operatur, & vsque in finem perseuerat, *Etiam si mortu-*
Mat.24. *fuerit*, corpore, id est, quanuis contingerit eum de hoc secu-
lo emigrare, sicut nunt Lazarus mortuus est, *Viuet* in ani-
ma, vita gratiæ, in purgatorio quousque purgetur, & euolet,
vitamque gloriæ sortietur. Vel si nihil purgandum habuerit
viuet mox vita gloriæ euolando à corpore ad patriam. Iusti
enim in perpetuum viuẽt, Et si coram hominibus tormen-
ta passi sunt, spes illorũ immortalitate plena est. ¶ Insuper,
Sapien.5. talis viuet tandem vita corporali & glorificata in corpore,
Sapien.3. quia non solum resurget, sed & immutabitur. Vel sic, Qui
credit in me, fide formata ex prædestinatione causata, id est,
E tali fide qualem deus prædestinatis largitur, & ex prædesti-
natione se daturum disposuit: etiam si mortus fuerit, id est,
licet ad tempus in peccatũ mortale corruerit, per quod vi-
ta gratiæ tollitur, viuet, id est, per misericordiam meã pœni-
tebit, & pœnitendo vitam gratiæ recuperabit. Et *omnis qui*
viuit in seculo isto vita naturæ. Et *credit in me* perseuera-
ter, quòd non est sine gratia gratum faciente, quæ est vita a-
Apoc.21. nimæ, N*on morietur in æternum*, id est, finaliter nõ peribit,
Sapien.3. neque æternã damnationem (que est mors secunda) incur-
ret, quãuis in seculo isto corporalem sustineat mortem Iu-
storum enim animæ in manu dei sunt, & non tàget illos tor-
mentum mortis. Vel, non morietur in æternum, id est, nun-
Rom.1. quam morietur, spiritualẽ vitam amittendo, dum in fide for-
F mata manserit cõstans. Iustus quippe in sua fide viuet, quo-
vsque ad speciem veniat. *Credis hoc?* O Martha. Ideo quæ-
rit quod nouit, vt illa confitendo maiorem gratiam merea-
tur. Ore enim confessio fit ad salutẽ, vt eius fides nobis in-
Roma.10. notescat, & in exemplũ proponatur. *Ait illi* (Martha) *Vtique*
domine, imò quicquid asseris credo, & iam fidem magis ex-
plicitam de te habeo ex hac tua instructione quam antè. Im-
possibile enim arbitror te posse falsum asserere. *Ego credidi*
(iamdudum) *quia*, (id est, quòd) *tu es Christus*, id est, rex
Messias, & sacerdos secũdum ordinem Melchisedech, mun-
di saluator, vnctus à deo in regem & sacerdotem spirituali
vnctione, seu omnium diuinorum charismatum plenitudine
iuxta illud in Psalmo, Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ co-
Psal.109. sortibus tuis. Christ° quippe interpretatur vnctus, Saluator
Psal.44. autem per excellentiam Christus vocatur, non ob corpora-
lem vn-

lem vnctionẽ, sed spiritualem, de qua ait Esaias, Spiritus do- A
mini super me, eo quòd vnxerit me. Et Petrus in actis, Vnxit Esa.61.
eum deus spiritusancto & virtute. *Filius dei* paulo antè iam
dictum est, quòd Martha de Christi diuinitate nõ habuit fidẽ
explicitam. Quod ergo nunc ait se credidisse, quòd sit filius
dei, non videtur intelligendum de filiatione naturali, sed
communi, non determinando se ad hanc vel illam. Vel si de
naturali filiatione accipiatur, referendum erit ad tempus hu
iusmodi informationis suæ à Iesu, in qua Christus sũam diuinita-
tem explicauit dupliciter. Primo, per hoc quod ait, Qui cre-
dit in me. Cum enim fides sit virtus theologica, habens deũ
pro proprio ac immediato obiecto, non credendum in ali-
quem, nisi in verũ deum. Secũdò, per hoc quod ait, Non mo-
rietur in æternum, quibus verbis constituit nostram salutem B
in ipso. Salus verò hominum non cõsistit, nisi in vero deo.
Propter quod Hieremias, Maledictus (inquit) vir qui confi- Hier.17.
dit in homine. Et iterum, Verè in dommo deo nostro salus. Hier.3.
Hinc quoq; dominus protestatur per Oseam, Ego dominus Osee.13.
deus tuus, & saluator nõ est præter me. Dicunt ergo nõnulli,
quòd Martha prædicta verba attendens, atq; Christo intus ra-
tiante intelligens, nunc explicite credidit, quod sit dei filius
naturalis, Q*ui in hunc mundũ venisti*, per humanitatis assum-
ptionem, visibilem apparitionem, & nouorum documento-
rum ac operum productionem, Et *cum hæc dixisset* (Martha)
abiit, non sine commissione vel licentia Christi. Non enim à
tam dilecto & reuerendo magistro se irreuerenter, vel ex
abrupto auertit, Dixit itaq; ei Iesus, Vade voca Mariã: tunc C
abiit, Et *vocauit Mariã sororẽ suã silentio, dicens, Magister adest,*
& vocat te, id est, vocati te iussit per me: ex quo constat, ꝙ
Iesus facit eam vocari, quãuis Iohãnes gratia breuitatis non
exprimerit: sed his verbis intelligi dedit. ¶ Quæritur, si Mar-
tha loquebatur Mariæ dicendo, magister adest, quomodo vo-
cauit eã silentio? Dicendũ, ꝙ vocauit eã silentio. i. voce sub-
missa, & forte in aure prolata: vel primo vocauit eam aliquo
modo sine voce, cum ad eã venisset, dixit ei verba prehabita,
quia noluit ei alte proferre, propter Iudæos præsentes Christo
insidiantes, Magister adest, vtiq; magistrorũ magister singu-
laris, summus, vnicusq; magister, qui solus intus informat, p
priæ potestates salubriter, de quo apud Esaiã legitur. Domi Esa.50.
nus deus aperuit mihi aurẽ, & audiam eũ quasi magistrum,

Universidad de Deusto Biblioteca

D Vnde in Matthæo loquitur, Neque vocemini magistri, Vnus
Matth.23. est enim magister vester, Christus. Cur Iesus vocauit Mariã? Non dubium quin ad consolationem ipsius, & quoniã eam dilexit, & vt in præsentia eius ac Iudæorum fieret miraculum mox futurum. *Illa vt audiuit*, se vocatam à magistro suo charissimo, atque dulcissimo, quem præ toto mundo amauit *Surgit cito*, tanquam obediens, feruidaque discipula dans obedientiæ formam, vt citò & feruide obediamus. Nescit enim tarda molimina sancti spiritus gratia, teste Ambrosio. Vehemẽter quoque fuit gauisa, audito Christi aduentu, præsertim quoniam vidit sororem suam Martham æquanimiorem effectam, & gaudio quodam perfusam, & venit ad eum.

¶ Quotidie & indefinenter vocat nos Christus ad se, per la
E cram scripturam, per angelicam directionem, per pastorum
Zacha.23. exhortationem, per diuinum instinctum, dicens per Zachariam, Conuertimi ad me, & conuertar ad vos. Faciamus ergo quod fecit Maria. Citò surgamus ab omni ignauia & torpore, à carnali affectu, vitiorumque pondere & veniamus ad Iesum, per morum nostrorum conuersionem, per diuinorum contemplationem, atque cœlestium bonorum desiderium amorosum. *Nondum enim venerat Iesus in castellum*, videlicet domum Marthæ, *Sed erat adhuc in loco, vbi occurrerat ei Martha*. Noluit enim se sine causa, aduersariorum præsentare aspectibus, ne peccarent. *Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia citò surrexit* (& exiit) *sequuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum*. Lazari, *vt ploret ibi*, & plorando oret pro anima fra-
F tris defuncti. Iudæi isti verba Marthæ non audierunt: propter quod æstimabant Mariam ex subita recordatione sui fratris dolore affectam, & ire ad tumulum, vt ibi per exteriorem lamentionem quæreret suæ desolationis internæ solatium, dilectoque fratri, quantum possibile fuit coniungeretur. Dolor nanque interior, per lachrymarum effusionem, & externam lamentationem mitigatur ac minoratur: quoniã intentio animæ ad plura diffunditur, & quòd quasi violenter inclusum fuit, erũpit. *Maria ergo cũ venisset vbi erat Iesus, videns eum*, oculis carnis ac fidei, *Cecidit ad pedes eius*. Hoc Martha fecisse non legitur, vnde probatur Maria fuisse feruentior, & maiorem ad Christum reuerentiam habuisse, cui vtique nihil in toto vniuerso putauit comparabile. Multum dilexit,

dilexit quia multa ei peccata fuerunt dimissa, veramque à A
suo magistro didicit humilitatem, nec verecundata est se illi prosternere in conspectu aduersariorum illius. Quidam vero sunt, quorum humilitas modica est vel nulla, quoniam li- Lucæ. 7.
cet æquanimiter tolerent quod increpentur secrete, tamen si coram multis humilientur, vel arguantur impatientia agitantur. Et *dixit, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus*. Hæc verba Martha quoque loquuta est. Et nunc elucidata consistunt. Fortè Maria dixit alia, pluráque verba, quę dixit, & Martha, quæ Euangelista non recitat, eo quòd semel descripta sint. Communiter tamen tenetur, quòd non dixit plura verba, propter doloris vehementiam de fratris interitu, & gaudij exuberãtiam de Christi aduentu. Quemadmodum enim magnus dolor, sic & magna lætitia, verba B
abrumpit atque præscindit, vel quoniam iacuit super terram, non erat disposita ad loquendum prolixe, quemadmodum Martha quæ stetit. *Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerãt cum ea plorantes, fremuit spiritu*, id est, ex rationis iudicio, & potestate animæ impetum quendam affectuosum, vel potius dolorosum & indignabundum emisit, indignans peccato & actori peccati diabolo, cuius inuidia mors Sapien. 2.
introiuit in orbem terrarum, Indignabatur igitur contra diabolum, eo quòd sua persuasione induxit protoplastos parentes ad culpam, sicque totam infecit posteritatem, & genus humanum tot pœnis, miseriisque addixit, ita vt Lazarum quoque suum amicum mors ipsa, quæ est pœna peccati prostrauit, Et *turbauit seipsum*. id est, vehementer commouit, & C
quodam dolore affecit suam sensualitatem, ex prædeliberato rationis iudicio atque voluntatis imperio. Hę enim & similes passiones fuerunt in inferiori parte animæ Christi, non ex subreptione, necessitate, vel infirmitate: nec aliquam imperfectionem causabant in Christo, actum rationis aliqualiter impediendo, sed erant ibi ex præuio rationis iudicio, & voluntatis decreto spontaneo, propter rationabiles causas, propter quod erant actus virtuosi ac meritorij, quia ex charitate, pietate atque iustitia processerunt. Quemadmodum enim motus passionum sunt vitia, nisi rationis censura per virtutes morales regulentur, ita sunt, actus virtutum, si debite dirigantur. Notanter itaque ait Euangelista, quod Iesus turbauit seipsum, ad insinuandum quòd potestatiue,

D statiue, non solito modo aliorum orta fuit in ipso turbatio talis. ¶ Infremuit ergo spiritu, & turbauit seipsum. Primo, ad insinuandum veritatem humanæ naturæ in ipso. Secundò, in exemplum, vt doceat nos contra vitia atque diabolum fremere & moueri Tertiò, vt formam compassionis præberet. Quartò, vt dilectionem suam ad Lazarum, eiusque sorores ostenderet. Nam post pauca fleuit, vt sequitur. Itaque fremitus iste & turbatio nequaquã diminuebãt pacem & tranquillitatem mentalem animæ Christi, propterea secundum Hieronymum fuerunt potius propassiones quam passiones.

¶ Porrò, quòd turbatio Christo conueniat frequenter testatur Psalmista, vt cum ait in persona Christi, Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem, humilitatus sum & conturbatus. Sed his videtur obuiare, quod Esaias de Christo asserit, Non erit tristis neque turbulentus. Et per Hieremiam ait, Ego non sum turbatus te pastorem sequens. Dicendum, quòd talia intelligenda sunt de inordinatis motibus passionum, videlicet immoderata turbatione & apparatu distorto, quæ in Christo totius mansuetudinis, modestiæ, ac probitatis exemplo nullatenus sortita sunt locum. Et *dixit, Vbi posuistis eum?* id est, locum sepulturę mihi ostendite. Non quasi ignorans id scisciatur, sed vt ordinate ad perpetrationem procedat miraculi, atque humano modo se hominibus applicet. *Dicunt ei* sorores Lazari, & etiam fortitam alij, *Domine, veni & vide* (sepulchrum.) *Et lachrymatus est Iesus* ex compassione sororum, & aliis causis, vt dixi. Veruntamen secundum Hieronymum fleuit Iesus Lazarum, non quia mortuus fuit, sed qui ad huius vitæ ærumnas quæ sine peccatis non agitur, fuerat reuocandus.

Psal. 87.
Esa. 42.
Hiere. 17.

¶ Frequenter legitur CHRISTVS, planxisse, nusquam verò risisse, in quo leuitas nostra & dissolutio condemnatur. Vnde apud Lucam testatur, Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Et Ecclesiastes, Melior (inquit) est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Denique probabile reor, quòd Iesus amicus humanæ naturæ, non Lazarum tantum, sed totius humani generis multiplicia mala deplanxit, præcipuè mala culpæ, & futuram damnationem multorum. *Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum*, quasi dicant, multum, quem tam affectuosè deplorat. Verum dixerunt, tamen in parte errabant,

Lucæ. 6.
Eccl. 7.

bant, videlicet quoniam reputabant eum præcipuè lachrymari propter mortem Lazari corporalem, quod ita non est. Nam illam poterat solo imperio impedire, imò gaudebat de ea, secundum quod ordinabatur ad gloriam dei, vt dictũ est. *Quidã autem ex ipsis dixerũt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere, vt & hic non moreretur?* hoc dixerunt præ admiratione, quasi dicant, Videmus per experientiam, quòd multum dilexit Lazarum, & dolet de eius interitu: ex quo apparet, quòd si potuisset, eius mortem impediuisset. Et rursus mirum, si hoc non potuit, qui potuit cæcum natum illuminare, quod nunquam legitur accidisse. Cur non dixerunt isti Iudæi, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere, vt & hic resuscitetur? Puto quòd ideo, quoniam reputabant hoc impossibile, presertim propter hoc, quod Lazarus tot diebus mortuus fuit. *Iesus ergo rursum fremens in semetipso*, eadem ratione qua primo.

A
Iohan. 9.
B

¶ Sciendum tamen quòd secundum Augustinum, per Lazarum mortuum, sepultum & quatriduanum, figurantur peccatores grauissimi, habituati in malo & pessima consuetudine pressi, qui de consensu venerunt in actum, & de actu in habitum quo sepeliuntur in malo. Ad declarandum ergo quòd tales raro ac difficillime emendantur, ipse Christus antequam Lazarũ suscitauit, multa fecit, quæ difficultatem causæ ostendunt. Fremuit quippe & turbauit seipsum, deinde lachrymas fudit, locum quæsiuit, denuo fremuit, lapidem iussit auferti, tunc q; clamauit voce sublimi. *Venit ad monumentum. Erat autem spelunca*, id est, cauerna & fouea magna pretiose & artificiose constructa, iuxta consuetudinem Iudæorum, qui sumptuosissimas sepulturas facere consueuerũt, occasione patriarcharũ Abrahæ, Isaac & Iacob, qui pro sepultura sua ac suorum adeò erãt solicti, vt patet in Genesi. *Et lapis* (grandis) *superpositus erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidẽ* quatenus resuscitãdo pateat exitus. *Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet, quatriduanus enim est*, id est, quatuor dies habet in monumẽto vel morte: sicque cadauer ex resolutione, exhalatione, & putrefactione, malum fundit odorem, quẽ non decet sentiri à te magistro ac domino meo. Secundũ Bedam Martha non dixit hæc verba, ex incredulitate vel diffidentia resuscitationis sui fratris. Theophilus verò dicit oppositum, quod ex verbis sequentibus apparentiam habet.

Gen. 25.
C
Gen. 35.
Gen. 49.

D Subditur enim respõsio Christi quodammodo increpatoria, *Dixit ei Iesus, Nõne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam dei?* quasi dicat, Noli propter temporis diuturnitatem diffidere, quoniam omnia possibilia sunt credenti. Dicendum ergo, quòd licet Martha paulo ante crediderit, tamen videns apparatum rei tam admirandæ faciendæ, iamiamque præsentem, passa est aliquem motum hæsitationis præ admiratione, raritate, & inaudita talis miraculi nouitate, imò & præ vehementi desiderio vt sic fieret. Sic nẽpe accidere solet hominibus, ex quadam debilitate rationis. Vnde & multum lætis, vix creduntur, & quotidie experimur, quòd licet narrantibus magnam prosperitatem affuturam credamus, tamẽ cũ in proximo est, vt sic eueniat, hæsitare incipimus. Dixit ergo Iesus Marthæ, Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, E
mirabiliter videbis gloriam dei? id est, gloriosum & miraculosum diuinæ potestatis effectum, videlicet fratris tui viuificationẽ in quo diuina maiestas agnoscetur ac honorabitur. Hæc verba Christus non legitur supra dixisse ad Martham, quantum ad formam verborum, tamen quoad sensum protulit, dicendo, resurget frater tuus, &c. Et post pauca, Credis hoc? Nos quoque si fide formata crediderimus perseueranter, videbimus gloriam, id est, beatitudinem dei in patria, imò beatitudinem merito fidei sortiemur. *Tulerunt ergo lapidem* (de monumẽto.) *Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit.*

2. Par. 20. ¶ Cur oculos in cœlos leuauit? Primò, vt ostenderet se operari non arte magica, sed ope diuina. Secundò, vt nobis formam daret orandi, videlicet vt oculos mentis eleuemus in F
deum per contemplationem & dilectionem, terrena & sensibilia relinquendo, fortiqúe conatu diuinis memoriter insistẽdo. Vnde in Threnis dicitur, Leuemus corda nostra, cum

Thren. 3. manibus ad deum in cœlos. Tertiò, vt in orando, laudandóque deum vtamur bonis industriis, ad acquirendam, conseruandam seu inflammandam deuotionem conferentibus, vt sunt tonsio pectoris, expansio brachiorum, erectio oculorũ, quæ tamen sine rationabili causa fieri non debent in publico. Veruntamen eleuatio huiusmodi oculorum, nil contulit Christo ad mentis profectum seu erectionem in deum, quoniam anima Christi non profecit in talibus, sed à principio suæ creationis vidit deum per speciem. *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me*, id est, orationem meam internam, seu desiderium

desiderium pro Lazari suscitatione acceptasti, & mihi reuelasti, quod facturus sis id quod opto. A

¶ Nõ legitur hoc loco Iesus orasse explicite, sed quia se asserit exauditum, certum est, quòd mentali saltem prece deprecatus sit patrem pro Lazaro suscitando. Perhibet quoque se auditum, non quod effectus impletus est, sed quoniam certificatus fuit de eius impletione. Et gratias agit patri, docẽs nos omnia bona deo cum humili ac feruenti gratiarũ actione ascribere, quod si fecerimus, beneficia ampliora suscipiemus. Præterea palam est, quòd gratias agere & orare conueniant Christo secundum naturam assumptam.

¶ Sed cum Christus sit verè omnipotẽs, tanquã verus deus, cur secundum quod homo patrem potius orauit quam seipsum secundum quod deus est? Dicendum quòd ideo, vt monstraret se à deo patre habere quicquid habet & est, & quod in patre sit authoritas. Sed tunc rursus quærẽdũ est, Quomodo Christus orauit pro faciendis miraculis, secundum quod homo est, cum pater dederit omnia in manu eius (vt dictum est) & infra dicetur, dedisti ei potestatem omnis carnis? Respondendum, quod Christo etiam secundum assumptam humanitatem, datum est omniũ creaturarum dominium & miraculorum potestas, ab incarnationis principio. Nihilominus, potestas ista fuit in Christo vt homo est, tãquam in causa instrumentali, & dependebat à virtute patris seu trinitatis, tanquam à causa principali acconferenti, ideo patrem orauit, non quòd potestate careret ipse Christus sic orans, sed quia virtus eius creata, virtute patris increata operabatur & C
permanebat, & quoniã vsus collatæ potestatis fuit secũdum voluntatẽ & ordinationẽ patris seu trinitatis. *Ego autem sciebam, quoniam semper me audis*, id est, quicquid ex deliberata ratione postulo fieri, facis: quoniam ratio & volũtas animæ meæ, est diuinæ voluntati magis conformata, quam alicuius beatorum in patria, quorum preces non repelluntur. B Iohan. 11. Iohan. 17.

¶ Sed contra id videtur quod ait in Psalmo, Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi. Item q;, Vt quid domine repellis orationem meã, auertis faciẽ tuam à me. Respondendum, q̃ authoritates illę atque cõsimiles, loquuntur de orationibus Christi secũdum naturalem appetitum, & sub quadam conditione formali: vt fuerũt orationes Christi tempore passionis, Pater si fieri potest, Psal. 21.

Universidad de Deusto Biblioteca

D test, transeat à me calix iste. Veruntamen quia in talibus pre-
Mat. 26. cibus Christus finaliter & absolute subiecit suum inferiore
ac naturalem appetitũ voluntati diuinæ, dicendo, Non quod
ego volo, sed quod tu, propterea tales orationes simpliciter
loquẽdo sunt exauditæ. Vnde Apostolus cum dixisset, quod
Iesus cum clamore valido & lachrymis preces fudit ad eum,
qui posset illũ à morte saluũ facere, mox adiecit, quod exau-
Heb. 5. ditus est pro sua reuerentia. *Sed propter populum qui circumstat* (id est, Iudæos præsentes) *dixi* tibi gratias quod exaudisses me, *Vt credant, quia tu me misisti*, id est, audiendo quod inuoco te: sciant me non in principe dæmoniorũ seu magicis artibus operari, sed tua virtute, & per cõsequẽs quod sim missus à te, verus in sermone, & iustus in opere. *Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras* similiter legitur alibi di-
E xisse, Adolescens tibi dico surge. Et, Puella surge.
Psal. 144.
¶ Sed dum Christus dicere cœpit, Lazare veni foras, non-
dum anima Lazari fuit corpori reunita: Cui ergo dixit, La-
Matt. 9. zare? Dicendum, quòd dicere Christi fuit facere. Vnde eodẽ
Lucæ. 7. momento reuixit, quo Christus verbum finiuit, ideo reuiui-
Marci. 5. scenti iussit prodire. Et *statim prodiit*, (id est, foras exiuit) *qui fuerat mortuus*. Virtus nempe diuina cum sit immensa, ope-
ratur in instanti, *Ligatus pedes & manus institis*, hoc est, habens manus colligatas & pedes similiter fasciis iuxta patriæ
morem, Et *facies illius sudario erat ligata*. Vnde patet eundem
fuisse suscitatum qui obiit. Quod autem sic egrediebatur &
ambulabat ligatus, fuit miraculum, præsertim si ligatio pe-
F dum fuerat stricta siue compressa. Potuit enim ligamen diui-
na virtute laxari. *Dixit eis Iesus, Soluite eum*, auferendo li-
gamina atque sudarium. Et *sinite* (eum) *abire*, hoc est, li-
bere procedere, & opera vitæ exercere, vt ostẽdatur verac-
ter resuscitatus. Non exprimit Euangelista, quibus Iesus di-
xit, vt soluerent Lazarum, scilicet, an sororibus eius, an iu-
dæis, vel discipulis: Tamen secundum Augustinum, hoc di-
xit discipulis, ad figurandum, quòd sacerdotes qui sunt Apo-
stolorum successores, absoluunt cõfitẽtes, quos Christus in-
tus per gratiam suscitauit à morte peccati statim dum pœni-
tent. *Multi ergo ex Iudæis qui venerãt ad Mariam, & viderant quæ fecit Iesus*. In Lazari suscitatione, videlicet, quomodo o-
culos erexit in cælum, & deo gratias retulit, Lazarumq; vo-
cauit ac suscitauit, *Crediderunt in eum*, quoniam istud mira-
culum

odum non potuit esse nisi diuina virtute, quæ doctrinę & cõ A
uersationi Christi testimonium perhibebat in isto prodigio.
Ideoq; non omnes Iudæi qui aderant crediderunt, quia non o- 1. Thes. 2.
mnium est fides: & quantacunq; miracula foris fiant & ostẽ-
dantur, nullus tamen ad fidem conuertitur, nisi deus tangat
cor eius, per instructionem & operationem internam: quan-
tus possit quãdam opinionem concipere de veritate, quæ mi-
raculis approbatur. *Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus* Hoc intelligi potest du-
pliciter. Primò sic, Quidam autem ex ipsis, id est, alii à præ-
dictis credentibus, puta increduli, qui fuerunt de numero Iu
daeorum, visitantium Mariam & Martham: abierunt eodem
die ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus, mala inten- B
tione, vt solicitarent eos contra Iesum, & tãtum miraculum
offuscarent. Secundò sic, Quidam ex ipsis, id est, de numero
credentium, abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit
Iesus, bona intentione, quatenus pharisæi cognito tanto mi-
raculo, cessarent persequi Iesum, & cõuerterentur ad ipsum.
Prima tamen expositio magis literalis videtur. Nemo itaque
cõqueratur, quòd suo tempore non fiant vt olim multa mira
cula, quasi videre miracula, sanctificet hominem, quanta mi- Psal. 105.
racula viderunt obstinati Iudæi à Christo & Iudas proditor,
& tamẽ ex hoc obstinatiores effecti sunt, sicut & patres eo-
rum in Aegypto viderunt maxima illa mirabilia Moysi, & C
tamen quid profuit eis?

¶ Expositio sequentis partis.

Collegerunt ergo pontifices & pharisæi consilium.

ARTICVLVS XXIX.

Reditur autem Lazarus suscitatus per quinde-
C nam: ante dominicam passionem, seu diem pa-
rasceues, scilicet sexta feria ante dominicam in
passione, quando & Euangeliũ de Lazari susci-
tatione legit Ecclesia: eodem quoq; die nuntia
tum fuit pharisæis hoc signũ, qui & ipsi intimauerũt põtifici-
bus, statimq; decreuerũt celebrare consiliũ cõtra Iesum. Vn-
de sequẽti die fecerũt, quod nũc recitat Euangelista, *College-
rũt ergo* id est, ob id quod audierũt Iesum suscitasse Lazarum
quatri-

D quatriduanum *Pontifices* qui authoritate & scientia eminebant, *Et pharisæi* (qui religiosiores putabãtur) *consilium*, hoc est, seipsos, & cæteros consiliarios conuocauerunt in vnum, *Et dicebant* conquirendo adinuicem. *Quid facimus?* hoc est, quid incumbit vel restat nobis ad agẽdum in tãto negotio? *Quia hic homo* quem ex cõtemptu & inuidia proprio nomine exprimere non valebant, *Multa signa facit* (etiam plura quam Moses, Helias, & Helisæus.) *Si dimittimus eum, sic* libere ire, prædicare, & operari, *Omnes credent in eum* Isti perditissimi atque incorrigibiles homines, multo peiores quam patres eorũ in Aegypto, visis tot signis nõ cõsulebãt de hoc, an credendum esset in Iesum, in quem naturalis ratio tot signis conuicta dictabat, & dictat credendum: sed quasi pro
E vero supponentes, quòd quicquid faceret Iesus, non tamẽ esset adhærendum. Tantam enim auersionem habuerunt ab eo, ob quam non poterãt recte iudicare de ipso. Sed ad hoc tendit eorum conquisitio, vt inueniant modum prohibendi Iesum à solitis signis, siue interficiendo eum, siue includẽdo, & cætera. Dixerunt, *Si dimittimus eum sic*, multa inconuenientia sequentur. Primò, quòd omnes Iudæi credẽt in eum, propter miracula. Secundò quòd. *Venient Romani* cõtra genus nostrũ, reputãtes nos Imperatori rebelles, eò quòd præter ipsius consensum populus noster acceperit Iesum hunc pro rege Messia: & in vltionẽ huius rei, *Tollent*, id est, destruent. *Locum nostrum*, id est, vrbem Hierusalem, templum,
F & reliquas vrbes viculosque Iudææ. *Et gentem*, id est, populum Iudæorum nobis subiectum, & de quorũ numero sumus. Prohibuit enim senatus & Cesar, ne aliqua gens aliquẽ principem regem vocari, vel pro rege susciperet sine eorum cõsensu. Et quoniam sancti prophetæ prædixerũt Christum fore regem, Iudæi qui Iesum pro Christo acceperant, tenuerunt eum pro rege. Timebant ergo pontifices & Pharisei, ne Romani percepto negotio isto, venirent cõtra eos: erantq; Romani tũc tam præpotentes, quòd nulla gens potuit eis resistere. *Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cũ esset põtifex anni illius*, i. summo sacerdotio fungens pro anno illo. Quãdiu enim secundum legem non debuit esse, nisi vnus summus sacerdos, qui toto tẽpore vitæ suæ præesset, eoq; mortuo succederet alter: tamen Iudæi nati de genere sacerdotali, vel ex tiã alii quidã cũ essent auari, & ambitiosi, accesserũt ad principem

Deu.21.

Num.35.

A pem Romanum, & qui maiorem pecuniæ summam dedit, sacerdotiũ summum obtinuit, quousque alius plura dando eũ extrusit: vel vt alij astruũt, isti de genere sacerdotali inter se statuerunt, quod quolibet anno præesset vnus recens. *Dixit eis*, Nam quia maioris extitit authoritatis, securius loquebatur, & attentius audiebatur. *Vos nescitis quicquam*, hoc est, nihil attenditis eorum, quæ in isto negotio sunt pensanda. *Nec cogitatis* quod merito cogitaretis, *Quia expedit vobis* pro conseruatione vitæ præsentis, & possessione terræ accepti *Vt vnus moriatur homo pro populo* (id est. pro ereptione gentis nostræ de manibus Romanorum) *& non tota gens pereat*, hoc est, non vniuersum genus nostrum occidatur à Romanorum militibus: quasi dicat, Mirũ quòd tam segnes, estis
B in considerando quòd non perpenditis, propter bonum reipublicæ atque totius communitatis vtilitatem occidendum esse hominem vnum, qualiscunque existat, & quicquid operetur. ¶ Consiliũ huius põtificis multipliciter fuit erroneũ. Non enim faciẽda sunt mala, vt veniãt bona: nec interficiẽdus est innocens timore humani periculi, imò per talia, tota cõmunitas deum offendit, atque ab eo plagatur, & aduersariorum potestati subiicitur, quemadmodũ etiam cõtigit his Iudæis. Ideo enim Iesum occiderunt, ne à Romanis vastarẽtur, sed ideo sunt vastati, quoniam Iesum occiderunt, prout apud Danielem fuit prædictum, Occidetur Christus, & non Danie.9.
erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitate, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius
C vastitas, & vsque finẽ perseuerabit desolatio, *Hoc autem* videlicet, expedit vobis vt vnus moriatur pro populo', &c. A *semetipso* (id est proprio spiritu) *non dixit* quantum ad veram & spiritualem significationem horum verborum intẽtam à spiritu sancto, qui Caiphæ linguam mouit ad proferendum hæc verba. Nihilominus Caiphas dixit hæc verba à seipso, imò, & à diabolo eum ad mala instigante, quantum ad significationem intentam à Caipha, quæ nunc posita est. Sic nempe verba hæc falsa fuerunt, & ipse peccauit ea proferendo. Intendebat enim dare consilium pro morte Christi Dixitq; vtilius esse occidere Iesum quàm incidere manus Romanorum, *Sed cum esset pontifex anni illius* (id est, ex dignitate sui officii non merito vitæ) *prophetauit*, hoc est verba prophetica pronuntiauit, quæ non erant prophetica, quoad sensum à Caipha

D à Caipha intẽtum, vel intellectum, sed quoad sensum quem
verba ista faciunt in animo audientis, ex vera spirituali, ac
propria significatione, quę cõpetit eis ex intentione spiritus
sancti, cuius operatione prolata sunt quoad sensum hũc pro-
phetalem ac verum, vtpote quòd expediens fuit Iesum occi-
di pro salute Iudæorum, ne tota gens illa in æternũ periret,
imò mors Christi tam meritoria fuit, quod diluit quãtum in
se fuit etiam peccata eorum, qui eam Christo intulerũt. Pro
omni etenim peccato satisfecit Christ⁹ in cruce. Prophetaui-
uit igitur Caiphas, hoc est, per verba prophetica ab ipso nõ
intellecta, designauit his qui bene intelligũt verba prędicta
nõ consilio secum collecto, quod intellexit verba Caiphę
E secundum quod ipsemet intendebat, *Quia* (id est, quod) Ie-
sus moriturus erat pro gente hoc est, Iudæorũ salute, ad quos
saluãdos specialiter missus fuit. ¶ Porrò, quod subditur ad-
ditum est à Iohanne, *Et non tantum pro gente*, hoc est, non
solum pro æterna Iudæorum salute moriturus fuerat Iesus
Sed (insuper) *vt filios dei*, hoc est, prædestinatos quamuis ini-
quos qui erant filij dei, secundum prædestinationẽ diuinam,
non secundum præsentem iustitiam, *Qui erant dispersi*. i. per
varias sectas & ritus perditionis diuisi, atque à deo vndique
elongati, per idololatriam, aliaq; peccata, *Congregaret* spi-
rituali collectione per predicationem apostolorum, & san-
cti spiritus illustrationem *In vnum*. i. sub vna fide atq; indi-
F uidua charitate, vel in vnum mysticum corpus, seu in vnum
ouile ecclesię vt essent vnius veri dei cultores. Vnde super⁹
Iohan. 10. dixerat Christus, Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc oui
li, & illas oportet me adducere, & fiet vnũ ouile. Sic cõmu-
niter litera ista exponitur. ¶ Sed quoniã Euangelista expo-
nit verba Caiphę nõ eo modo, quo Caiphas in ea intellexit
sed secundum sensum quem habent, inquantum prophetica
sunt tanquam à spiritu sancto prolata, hoc est secundum sen
sũ, qui ex eis elici potest, ex ipsa ordinatione verborũ: ideo
possunt alio modo exponi, eritq; sensus, Iesus moritur⁹ erat
pro gente. i. pro gentiliũ redẽptione, iuxta illud Esaię, Ecce
gentem quam nesciebas, vocabis. Et non tantum pro gente
hac, de qua deus ait ad Christum per Esaiam, Dedi te in lucẽ
Esa. 55. gentiũ, sed vt filios dei, hoc est, electos Iudæos vnius dei cul
Esa. 42. tores, qui erant dispersi, per mundum habitantes, non solũ
in Iudæa, sed in ceteris gentium diuersarum prouinciis. Vnde

de in actis Apostolorũ habetur, ꝙ erãt in Hierũsalem habi- A
tites Iudęi, viri religiosi, ex omni natione quę sub cœlo est Act. 2.
cõgregaret in vnam. i in eãdem fidem Christianam, atque
ecclesiasticã vnitatẽ, quod factum est quãdo Paulus & Bar-
nabas in diuersis prouinciis prædicabant solis Iudæis, mul-
tosq; cõuerterunt ad fidẽ. Cæteri quoq; Apostoli plurimos
cõuerterunt Iudæorũ. Hinc Iacobus ait in exordio suæ epi-
stolæ, Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione salutẽ. Pe Iohan. 1.
trus quoq; in principio primæ suæ canonicę, Electis (inquit)
aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, &
Bythiniæ. De huiusmodi spirituali Iudęorum cõgregatione 1. Petr. 1.
multa vaticinati sunt sancti Prophetæ, Maximè Esaias, quæ
carnales Iudæi de corporali congregatione intelligũt, asse- B
rentes ꝙ in aduẽtu Messiæ vniuersi Iudęi toto orbe terrarũ
dispersi adducẽtur, in terram promissionis & in Hierusalem.
¶ Præterea aduertẽdum, quòd licet Euangelista testante,
Caiphas prophetauit, non tamen fuit, nec dici debet prophe
ta Ad rationem nanque prophetiæ, maximè pertinet cogni-
tio occultorum, iuxta illud Danielis, Intelligẽtia est opus in Dan. 10.
visione. Caiphas verò (vt dictum est) nõ intellexit prophe- Gene. 41.
ticum sensum verborum suorum. Quemadmodũ ergo Pha- Dan. 2.
rao qui dixit prophetica verba, videlicet, Vidi septem boues Danie. 5.
&c. Et Nabuchodonosor, qui vidit statuam: Balthasar quoq; Gene. 41.
qui vidit articulos manus scribentis, non fuerunt prophetæ, Dan. 2.
quia non intellexerunt illa: sed Ioseph & Daniel exponẽtes Dan. 5.
fuerunt prophetæ, sic Caiphas non fuit Propheta, sed Iohan C
nes Euãgelista, cui spiritus sanctus reuelauit, quomodo Cai-
phas protulit illa. Et si dicatur ꝙ prophetare est actus pro- Eccle. 48.
phetæ, ergo Caiphas prophetans fuit propheta. Dicẽdum, ꝙ
prophetare, propriè sumptũ, videlicet pro cognitiua futuro-
rũ, occultorũ, & contingentiũ prænũciatione est actus pro-
phetæ. ¶ Deniq; in Ecclesiast. habetur, ꝙ corp⁹ Helisæi mor-
tuum prophetauit, Nunquid & illud cadauer fuit prepheta? Num. 22.
Quod autem Caiphas non fuit propheta, non erat ex sancti
tatis defectu, vel ob suam malitiam, quoniam Balaam, ario-
nis & malignus fuit verus propheta, sed quia non intellexit
sensum spiritus sancti vt Balaam, qui sciuit se loqui ex inspi-
ratione diuina, & illuminatione angelica, iuxta quod scri-
ptum est in libro Numerorum, Balaam irruente in se spiri- Num. 24.
tu dei ait, Haud dubium quin de seipso. Dixit homo cuius
obtu-

D obturatus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiũtur oculi eius. *Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum*, citius quo valerent, sed & ante hoc cogitauerũt, vt patuit. Nũc verò confirmati in suo proposito pōtificis sui cōsilio, quod eis rationabile apparebat. Qui enim alium odit, facilius persuadetur ad persequutionem ipsius. Decreuerũt per diffinitiuã sententiam, quòd non quiescerent, donec occiderent Iesum. *Iesus ergo* sciens cogitationes illorum, qui putabant Iesum secreta eorum ignorare, *Iam in palam* hoc est, in locis manifestis p aliquot dies circiter octo, *Nō ambulabat apud Iudæos*
Iohan. 12. qui suam necem quærebant, *Sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem* in qua etiam habitauerũt Iudæi, sed nō aduersarij Christi, *Et ibi morabatur cum dis-*
E *pulis suis*, hoc est, Apostolis paucis diebus, vt dictum. Nam in principio sequentis capituli fertur, quòd ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, Nunc quoque subiungitur, *Proximus*
Iohan. 2. *autem erat pascha*, hoc est, paschalis festiuitas Iudæorum.
Iohã. 7. ¶ Cur autem Iesus aduersarios suos fugiendo declinauit, dictum est sæpius Nondum enim venit hora eius, nec suam potestantem ostendere voluit, sed exemplum fugiẽdi præbere pro causa, loco & tempore, prout frequẽter expositum est.
Origen. Dicit autem Origenes, quòd sicut honestum & iustũ est, gratia veritatis & pro Christi confessione mortem subire, quando ab aliquo requiritur cōfessio veritatis, vel fidei, scilicet, an sit Christian⁹, sic nullus debet se tẽtationi ingerere, pro-
F pter propriæ virtutis inexperientiã. Et quoniam ignoratur rei euentus, itemque ne det alteri occasionẽ peccandi, *Proximum autem erat*, id est. de propinquo imminebat *Pascha Iudæorum* id est, illa festiuitas in qua crucifixus est Christus,
Leuit. 23. *Et ascenderũt multi Iudæorum Hierosolymam de regione* id est, tota terra Iudææ *Ante pascha* quia secundum legẽ teneban-
Leuit. 14. tur in ipsa festiuitate paschali esse in Hierusalem. Preuenerunt autem festiuitatem *Vt sanctificarent seipsos*, i. ad esum agni paschalis disponerent se secundum legem, Nam immundi purificabant se rasura pilorum, certis lotionibus, ieiuniis, & quibusdam oblationibus *Querebant ergo Iesum* quidã bona intentione, vt eius prædicationem audirent, quidam per-
Matt. 21. uersa, *Et colloquebantur adinuicẽ in templo stãtes. Quid putatis?*
Marc. 11. causę esse, *Quia non venit in diẽ festum?* more solito, vt in tã-

ta multitudine doceat, atque miracula faciat. Certum est, A
quòd Iesus interfuit festo paschali. Vnde nũc agitur, imò in
Lucæ. 19. die Palmarum, duobusq; diebus sequentibus venit Hierusalem, secundum quòd alij Euangelistæ testantur, Quod ergo Iudæi dicunt, quid putatis, quia nō venit ad diem festum, sic intelligendum est, Quid putatis, quòd non accessit nũc cum aliis in Hierusalem, vt festo imminenti interfit. Putabant enim Iesum non esse venturum ad festiuitatem instantem, eo quòd nondum aduenit cum aliis. Cur autem mali quæsierũt Iesum, subiungitur, *Dederunt autem pontifices & pharisæi mandatum*, cui obediendum non fuit. Quanuis enim obediendũ sit malis prælatis nō tamen in malo, aliter interfectores martyrum excusarentur, quid ad imperia principiũ martyres, occiderunt, *Vt si quis cognouerit vbi sit, indicet* alicui sacerdotum B
vel pharisæorum, vt pontifices & pharisæi *Apprehendant* (id est, capi faciant) *eum* de quo loquutus est Hieremias, Chri- Thren. 4.
stus dominus captus est in peccatis nostris, cuius apprehẽsus nostrorum dissoluit vincula peccatorum.

¶ Declaratio Capitis. XII.

Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam.

ARTICVLVS. XXX.

Ediens Christus ab verbe Effrem, appropin-
quante hora suæ passionis, accessit Hierusalem Lucæ. 13.
R versus, vbi se passurum sciuit, & sæpe prædixit Mat. 20.
Non capit (inquiens) prophetam perire extra C
Hierusalem. Et, Ecce ascendimus Hierosoly- Marc. 10.
mam, & filius hominis tradetur principib⁹ sacerdotum, &c. Lucæ. 18.
Rediẽs ergo non iã occulte sed appertissime processit, multa prodigia agens in via, decem leprosos curando, cæcos illuminando, cumque exisset de Hierico accidit quòd nũc recitat Euãgelista. *Iesus ergo ante sex dies paschæ*. i. sabbato ramis palmarum, quod fuit sex diebus ante primum diem festiuitatis paschæ instãtis. Incepit enim festiuitas paschæ, feria quin- Lucæ. 17.
ta sequenti ad vesperas, durauitque diebus septem *Venit Bethaniam ubi fuerat* id est, pro tunc habitauit, præsensque fuit
Lazarus paulo ante *Mortuus* Sed nunc viuus. vel vbi fuerat Iohã. 11.
Lazarus morruus, & in loco quo obiit, *Quem suscitauit* no-

D uem diebus, vel circiter ante reditum istum in Bethaniam. Suscitasse enim creditur Lazarum quindecim diebus ante diem parasceues, in quo occisus est. *Fecerunt autem ei cœnam ibi*, quia fortasse tarde intrauit, Iohannes non dicit à quibus & in qua domo facta sit Christo hæc cœna: sed quoniam sequitur. *Martha ministrabat, & Lazarus vnus erat ex discũbentibus* Origenes asseruit cœnam istam Christo exhibitam in domo Marthæ, ab ipsa Martha, sororeque eius, ac Lazaro sed hoc tenendum non est, quoniam apud Matthæum & Marcum manifeste describitur, quòd cœna præsens (in qua fecit patebit Maria fudit vnguentum super Iesum) facta fuit domo Simonis leprosi, qui tamen pro tunc nõ erat leprosus. Sed à Christo ante curatus. Fecerũt ergo habitatores Bethaniæ, scilicet Simon & eius familia cœnam ibi, id est, in domo Simonis, Iesu, & Martha ministrabat, quanuis enim inuitata fuerat ad conuescendum, tamen propter reuerentiã magistri sui, de quo dixit, Ego credidi, quia tu es Christus filius dei, maluit ministrare: & forte propter prudentiam suã rogata fuit à Simone, vt disponeret negotia domus suæ, quantum ad mensæ prouisionem. Est quoque consuetudo, vt amici interdum ministrent in domibus familiarium amicorum, & consanguineorum, præsertim dum magni & multi hospites assunt. *Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus* (id est, mãducantibus) *cum eo*, hoc est, cum Iesu. Sedit enim in eadem mensa cum Christo, & fortè ad latus eius, in signum amoris, & præteriti signi commendationem, aliorumque consolationem. ¶ Voluit autem Christus primo introire Bethaniam, antequã ingrederetur Hierusalem, vt memoria suscitationi Lazari renouaretur, & Iudæi vndique ab ipsum confluerent, occasione Lazari aspiciendi: sicque dominus postea die sequenti cũ solennissima processione turbis ex omni parte vallatus intraret Hierusalem, tanquam verus rex Israel, prout Zacharias prædixit, & infra clarebit. Item ad consolationem Mariæ, Marthæ, ac Lazari, qui de eius recessu, potio ante non mediocriter tristabantur ¶ Præterea, secundum Augustinum, in illa cœna interrogatus Lazarus à conuiuantibus de statu animarum post vitam præsentẽ, de pœnis inferni, de expectatione iustorum, omnia per ordinem diligenter narrauit. Per hoc quoq; quod Lazarus discumbebat, ostendebatur non phantastice, sed veraciter resuscitatus. Martha

Marc. 14.

Iohan. 11.

Zacha. 9.

ergo accepit libram, id est, vas talis mensuræ. Per libram enim quantitas designatur vnguenti, vnde secundum Matthæum, & Marcum accepit alabastrum, id est, vas de alabastro formatum. Sumpsit ergo libram *Vnguenti nardi*, id est, expressi, seu confecti de nardo. Nardus verò dicitur frutex, seu herba aromatica parua, spinosa, magniq; odoris, & calida, *Vnguentis* (inquam) *pistici*, id est, fideli, puri, nõ mixti, aut sophisticati. In Marco legitur, Nardi spicati, id est, spicas habentis, de quibus extrahitur liquor aromaticus, efficitq; vnguentum. *Pretiosi* nam valuit trecentos denarios secundum Marcum. Et *vnxit* (id est, vnguento isto perfudit, ac rigauit) *pedes Iesu* secundum Matthæum & Marcum, Maria fudit vnguentum super caput Iesu recumbentis. Elucescit ergo, quòd vnxit caput & pedes Christi, qui nudo capite, nudisq; pedibus legitur incessisse. Probabile est, quòd vnguentum hoc, fuit subtile velut liquor, vel lachryma de re aromatica fluẽs: quoniam indecens videretur vnguentum grossæ materiæ super caput hominis fundere, Et *extersit capillis suis pedes eius*. Creditur in primo pedes Christi lauisse & extersisse, ac postea vnguento perfudisse, *Domus impleta est ex odore vnguenti* in quo patet valor pretiositasq; vnguenti, liberalitas quoq;, reverentia & deuotio Mariæ ad Iesum. Fuit quippe vnguentũ istud refrigeratiuum, confortatiuum, ac odoriferum.

¶ Mystice, dum Iesus venit Bethaniam, id est, ecclesiã visitat corda fidelium per gratiæ infusionem clementer intrãdo, Bethania autẽ quæ interpretatur domus obedientiæ signat ecclesiam. Tunc mentes fideliũ faciunt ei cœnam. i. simul cũ Christo manducant panem cœlestẽ, ac spiritualem, gustando q̃ dulcis est dominus, qui est cibus atque interna refectio electorum, actibus quoq; iustitiæ insistendo, de quo cibo ait salnator, Meus cibus est, vt faciã voluntatem eius qui misit me. Talia nanq; opera Christum delectant. Propter quod ait in Apocalypsi, Ego sto ad ostiũ & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. In hoc cõuiuio, Martha ministrat, hoc est, anima Christum intra se habens opera misericordiæ exercendo reuerẽter obedit, & Christo deseruit: Lazarus verò, qui interpretatur adiutus à domino, hoc est, spiritus rationalis à morte peccati per gratiam suscitatus: vnus est ex discumbentibus cũ Iesu, qui non vult mortem peccatoris, sed ouẽ perditã, & inuentã imponit humeris

A

Mat. 26.
Marc. 14.

Ibidem.

Mat. 26.
Mar. 14.

B

C

1. Pet.

Iohan 4.

Ezec. 18.
Mat. 12.
Lucæ. 15.
Roma. 5.

D suis gaudens. Vbi enim abundauit iniquitas, superabundat & gratia. Ideo talis in actibus virtuosis epulatur cum Christo. Tunc Maria, hoc est, anima contemplatiua charitatis feruorei gnita, ac sanctæ deuotionis dulcedine liquefacta, & lachrymosa accepit libram vnguenti pretiosi, hoc est, bonæ & exemplaris vitæ famam siue odorem, vngens caput, & pedes Christi, hoc est, Christum secundum diuinam atque humanam naturam sapienter contemplans, honorans, ac diligens, eiusque membra ædificans, vt sit Christi bonus odor in omni loco, & dicere possit cũ sponsa, Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Tunc demum tota domus, hoc est, vniuersa fratrum collectio, vel anima quæ est templum dei, impletur odore vnguenti istius: quoniã spi-
E rituali hilaritate perfunduntur gloriãtes in domino, gratias referendo, cantando, & psallendo deo in cordibus suis semper. *Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotis*, hoc est, de vico nomine Scarioth oriundus. *Qui erat cũ traditurus, quare hoc vnguentum non vænit?* (id est, venditum nõ est) *trecentis denariis* In Marco leguntur discipuli communiter murmurasse atque dixisse, Vt quid perditio ista? Potuit enim vnguentum istud vænundari plus quàm trecentis denariis. Sed maior quantitas non excludit minorem. Et consuetudo scripturæ est, imò & vsus loquentium, vt toti communitati, vel ciuitati ascribatur, quod à parte eius committitur. Vel si alij quoque discipuli murmurabant, non eadem ratione murmurauerunt qua Iudas, sed ex pietate quadam, & citò cessabant
F à murmure, Christi responsione audita, Iudas verò suã malitiam palliauit pauperum compassione, subiungens. *Et datum est egenis*, hoc est, cur pretium vnguenti non est conseruatũ, vt erogetur pauperibus? *Dixit autẽ hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum*, id est veram curam & charitatem non habebat ad pauperes, *Sed quia fur erat, & loculos*) id est, repositoria) *habens, ea quæ mittebãtur* hoc est, eleemosynas quæ Christo dabantur ad sustentationem sui & discipulorum suorum, vel vt ipse illas vlterius distribueret in pauperũ vsus. Multa quippe dabãtur Christo ab auditoribus suis & fœminis religiosis, & quod Christo eiusque discipulis superfluxit, fecit Christus dari egenis, propter quod, & inopes multi eum comitabantur. Christus quoque officium procuratoris & dispensatoris commisit Iudæ, tanquam minus spirituali & inferiori,

2.Cor.2. Canti.1. Sapien.7. Ephes.5.

Matth.26. Marc.4.

ri, nam & inter Apostolos vltimus computatur. Talia ergo A
quæ sic mittebantur in sacculos, quos Iudas portauit, ipse. *Portabat* hoc est, in alios vsus cõuertit & occultauit, decimũ (vt dicitur) nummum furando, ¶ Quanuis autem aliqui dicant Iudam à principio suæ vocationis malum fuisse: probabilius tamen videtur dictum aliorum dicentium, quòd quando a Christo in Apostolum promotus fuit, extitit bonus, sed Matth.10.
postea à tentatore victus, & in auaritiã est deiectus. Nec pu Lucæ.9.
to quòd Christus cõmisisset sibi prædicationis officium nisi pro tunc dignus fuisset. Misit enim illum prædicare, quemadmodum alios Apostolos, Qui verò in vitiis iacet, peccat mortaliter, docendo quæ non facit. Christus autem nulli precepit facere quæ non licent, Peccatori verò dixit Deus, Qua Psal.49.
re tu enarras iustitias meas? *Dixit ergo Iesus*, qui suam prædi- B
lectam Magdalenam frequenter excusauit fideliter atq; benigne. *Sine illam*, hoc est, Mariæ non sis molestus, nec eam prohibeas facere, quod nunc facit, Vt *in die sepulturæ meæ seruet illud*, id est, quatenus tunc reseruet vnguentum, quod mihi sepulto superfunderet, si me tunc inueniret. Loquitur ergo Christus de vnguento simili, quod Maria secum portauit in die dominicæ resurrectionis, vt vngeret corpus Iesu, quod vnguentum tunc seruauit, nec in Christũ illud expendit, quoniam tunc surrexit. Dicit ergo Christus Iudæ, vt permittat Mariam nũc facere, quod tunc faceret si valeret, quatenus tunc reseruet vnguentum, cuius simile nunc effudit. Mar.16. Luc.24.
Verba Euangelistæ sunt intricata, sed quod iste sit sensus, pa Ioan.20.
ter ex eo quod scriptum est apud Marcum, præuenit vngere C
corpus meum in sepulturam, id est, nunc fecit corpori meo quod faceret ei in monumento si posset. Vnde in Matthæo habetur, Mittens hæc mulier vnguentũ hoc in corpus meũ Marc.14.
ad sepeliendum me fecit. Aliqui textus habent, Sinite illam: & sic Christus discipulos affatur pluraliter, ex quo elicitur, quod non solus Iudas murmurauit, propter quod nunc pluraliter subditur, *Pauperes enim semper habetis vobiscum*. Quan- Mat.26.
diu estis in vita præsenti, & ita potestis eis quotidie benefacere, atque id damni quod in huius vnguenti effusione perpessi sunt, eius recuperare. *Me autem non semper habebitis* corporaliter, visibiliterque præsentem vt modo, idcirco nõ potest mihi quotidie fieri, quod nunc factum est mihi.
¶ Veruntamen, Christus secundum suam diuinitatem omni-

D bus adest, imò in omnibus est per essentiam, potentiam atq;
presentiam. In bonis quoque per gratiam, secundum quoque
naturam assumptam, adest nobis iugiter atque quotidie per
sacramentalem præsentiam, secundum quod ait apud Mat-
Matth.28. thæum, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad con
summationem seculi. *Cognouit ergo turba multa ex Iudæis*,
Hoc est, plurimi Iudæorum, præsertim eorum, qui in Hieru-
salem habitabant, vel illuc conuenerant, ad diem solennem
instantem. Hierusalem enim prope Bethaniam fuit ad quin-
dececim stadia, sicque faciliter perceperũt Iesum aduenisse,
præsertim, quia secundum alios Euangelistas, magna quoq;
turba venit cum Iesu vsque ad Hierico, & vltra forte, vsq; ad
Bethaniam, Et *venerunt* ex Hierusalem, locisque vicinis ad
E Iesum, vel ad Bethaniam, *Non propter Iesum tantum, sed vt La-*
Mat.12. *zarum viderent quem* (Iesus) *suscitauit* à mortuis. Duplici ergo
Luc.19. de causa venerũt. Vna propter Iesum, vt eius prædicationem
audirent, eiusq; personã visitarent, & opera cernerent. Alia,
propter Lazarum, vt tam mirabile factum experimentaliter
intuerentur, atque de pœnis gehennæ, & statu alterius vitæ,
aliqua scisciterentur, vel docerẽtur. Homines quippe auide
currunt ad videndum mira & inconsueta. Erat autem mira-
bile valde, itemque iucundum cernere quatriduanum mor-
tuum resuscitatum, cum hominibus denuo conuersantem,
manducantem, bibentem, loquentem, & cætera vitæ opera
exercentem. Legitur tamen, quòd Lazarus post suam suscita
tionem non risit. Augustinus dicit, quòd isti venerunt in Be-
F thaniam ex curiositate, non charitate. Est tamen probabile
q̃ multi eorum ex deuotione venerunt: quod ex duobus eli-
citur. Primo, quoniã statim subiungitur, q̃ propter Lazarum
multi credebant in Iesum. Secundo, quia sequenti die solen-
nissime, ac deuotissime perduxerunt Iesum in Hierusalem.
Cogitauerunt autem, Hoc est, cogitando decreuerunt. Cogi-
tare verò malum, sine consensu, non est adeò malum: sed isti
cogitationi malignæ adiecerunt consensum. Cogitauerunt
ergo. *Principes sacerdotum*. qui videbantur regere populum,
sed subditos peruerterunt, quia secundũ iudicem populi, sic
ministri eius. *Vt & Lazarum interficerent* in quo patet eo-
rum intolerãda peruersitas, summáque cecitas. Primo, quod
Eccl. 10. illum voluerũt occidere, quem deus tam supernaturaliter vi-
uificauit. Secundò, quòd putabant Iesum non posse suscitare

occi-

occisum, quem suscitauit per quatuor dies sepultum. Causa A
verò quare hoc statuerunt, annectitur, *Quia multi propter il-*
lum abibant, id est, multi Iudæorum, & ex cõsideratione tan
ti miraculi, & ex visione sensibili Lazari, loco & voto, seu
corpore & mente segregauerunt se à Iudæis incredulis, Et
credebant in Iesum, quod esset Christus & filius dei.
¶ Hoc quippe miraculum fuit sufficiens testimonium, quòd
vera esset prædicatio Christi. Ne ergo hi crederẽt, & vt tãti
miraculi memoria sopiretur, voluerunt perimere Lazarum:
quem deus ideo suscitauit, vt homines fidem adhiberent do-
mino Iesu. Sed non est sapientia, non est prudentia, non est Prou.12.
consilium contra dominum: & verum, atque in istis sacer-
dotum principibus constat impletum, quod ait Psalmogra-
phus, Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autẽ co- B
gitationes populorum, & reprobat consilia principum. Con Psal.32.
silium autem domini in æternum manet. ¶ Porrò, qui con-
tra iustitiam machinatur, & veritatem opprimere nititur,
quò profundius modos excogitat, studiosiusque laborat, eò
amplius præcipitatur, & in falsitatis tenebras prauitatisque
abyssum demergitur. ¶ Quæritur cum superius dictum sit,
quòd multi Iudæorum crediderunt in Iesum, propter na-
tam cæcum, quem illustrauit, cur principes potius proposue-
runt interficere Lazarum, quàm cæcum illum illuminatum?
Dicendum, quòd propter causas diuersas. Primum, quoniam Iohan.9.
miraculum illud factũ in cæco, quodam palliationis colore
diffamauerunt, eo quòd factum fuerit sabbato, hoc autem
non poterãt facere in Lazari suscitatione. Secũdò, quoniam C
cæcum illum, quasi vilem inopemq; personam pharisæi eie-
cerunt de synagoga: Lazarus verò potens, diues, & nobilis
fuit, idcirco eius suscitatio multo famosior erat, pluresq; ad
eum ierũt. Tertiò, quoniã suscitatio ista miraculosior fuit, q̃
illuminatio illa, ꝓpter quod plures crediderũt in Iesum pro-
pter Lazarum, q̃ propter cæcum illum. Et quanuis scriptum
non sit, quòd principes sacerdotum cogitauerunt cæcum il-
lum occidere, non est tamen incredibile, q̃ cogitauerũt hoc
ipsum. Nullum tamen miraculum fecit illos sic furere, sicut
suscitatio Lazari: quoniã nulla tergiuersatione poterãt ne-
gare, vel accusare. *In crastinum*, id est, die sequenti, seu die
Palmarum, *Turba multa* (non solum Iudæorum, sed & gen-
tilis, vt patebit) *quæ venerat* ad Hierusalem, *Ad diem festum*,

Universidad de Deusto Biblioteca

D hoc est ad hoc, vt imminenti solennitati interesset paschali.
Cum audissent, quia venit Iesus Hierosolymã, acceperunt ramos
Matt. 21. *palmarũ, & processerunt obuiam ei.* Alii Euangelistę testantur,
Marc. 11. quòd multi ex turba cedebant ramos de arboribus, & ster-
Lucæ. 19. nebant in via. Solus Iohannes scribit, quòd cum ramis pal-
marum in manibus obuiauerunt domino. Certum est ergo,
quòd vtrunque fecerunt. Et ipsi quidam ad literam hoc fece-
runt, ad reuerentiã saluatoris, diuina verò inspiratione, ideo
factum est, vt victoria Christi qua mox superaturus erat dia-
bolum victurusque mortẽ, & suos ex lymbo erepturus præ-
figuraretur. Sic enim obuiari victoribus solitum fuit. Ra-
mi quoque palmarum, antiquitus dabantur victoribus in
præliis præualentibus. Et *clamabant, Osanna* (idest, obsecro
E salua) *benedictus* (id est, sanctus & laudandus sit) *qui venit*
in nomine domini, id est, in deo, & secundum voluntatem,
præordinationemque dei: quemadmodum de Christo pro-
phetas prædixit. Isti solam Christi humanitatem noue-
runt, sicque putabant esse purum hominem, sanctissimum ta-
men, & mundi saluatorem, ac regem Messiam: ideo dicunt
eum venire in nomine domini, id est, missum esse à deo, & se-
cundum deum omnia facere, atque ad eius honorem venire.
Iohan. 5. Et verum fuit, quòd Christus venit in nomine domini, quia
& ipse iam dixerat, Ego veni in nomine patris mei, imò se-
cundum quòd homo venit in nomine cuiuslibet diuinæ per-
sonæ Rex *Israel*, id est, verus rector, & summus princeps
Israeliticę plebi promissus, & nobis iam datus, de quo Esaias
F prædixit, Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit,
vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia. Et
Esa 9. Osee, Reuertentur filii Israel, & quærent dominum deum
Osee. 3. suum, & Dauid regem suum, id est, Messiam, vt omnes expo-
nunt: Dauid siquidem tempore Osee, diu mortuus fuit. Pro-
phetæ enim concorditer dixerunt Christum fore regem Iu-
dæorum. Et quidam Iudæorum intellexerunt verba huius-
modi prophetarum carnaliter, de solo regno terreno, ac tẽ-
porali. Alii spiritualiter de regno veræ obedientiæ, quod in-
choatur in via, & consummatur, ac perpetuatur in patria, ita
quòd Christus dando legem perfectam, suis spiritualiter
præsideret, regnando in corde eorum, per fidem & obedien-
tiam, nunc in via, deinceps transferret eos ad regnum cæ-
lestis paradisi, regnando in eis per gloriæ cõmunicationem.

Hoc

Hoc quippe dominus prænunciauit per Ezechielem, Salua- A
bo (inquiens) gregem meum, & suscitabo super eum pasto- Eze. 34.
rem vnum, qui pascat eum Dauit seruum meum. Ego domi-
nus ero in deum, & seruus meus Dauid princeps eorum.
¶ Præterea, quanuis prophetæ specialiter disseruerũt Chri-
stum fore Israelitici populi regem. Nihilominus prænuncia-
uerunt eum omnium gentium regem esse vẽturum, iuxta il-
lud Zachariæ, Potestas eius à mari vsque ad mare, & à flu- Zach. 9.
minibus vsque ad fines terræ. Et in Psalmo, Adorabunt eum Psal. 71.
omnes reges, & omnes gentes seruiẽt ei. ¶ Porrò hanc lau-
dem turbæ Christo oblatam, alii Euangelistæ plenius de-
scripseruut. Dicitur enim apud Lucam, Cum appropinqua-
ret Iesus in descensum montis Oliueti, cœperunt omnes tur B
bæ descendentium, gaudentes laudare deum super omnibus
quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex Mat. 21.
in nomine domini. Pax in cælo, & gloria in excelsis. Ex qui- Marc. 11.
bus verbis & cæteris quæ Lucas præmisit probatur, quòd nõ
solum turbæ ex Hierusalem, & cæteris locis Christo obuiã-
tes, sed multi quoque eum sequẽtes, & cum eo de Bethania
exeuntes cecinerunt canticum istud. In Matthæo leguntur
dixisse, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine
domini, Osanna in altissimis. Marcus verò sic refert, Osan-
na benedictus qui venit in nomine domini. Benedictũ quod
venit regnum patris nostri Dauid. Longum esset omnia ista
exponere, sed breuiter perstringendo, petierunt saluari à
Christo salute illa quę habetur in altissimis, hoc est, in cælo. C
Præscripsit autem hanc laudem Psalmista, dicendo, O domi- Psal. 117.
ne saluum me fac, ô domine bene prosperare, benedictus qui
venit in nomine domini. Et *inuenit Iesus*, non à casu, sed Mat. 21.
per discipulos suos, sibi iussit adduci, *Asellum*, id est, pul-
lum asinæ subiugalis, cui pullo tunc vsque nullus hominum
sedit, Et *sedit super eum*, discipulis vestimenta sua supponen-
tibus Christo insidenti. Quomodo facta sint hæc, qui cupit
plenius aliorum scire inspiciat Euangelistarũ volumina. Io- Mat. 21.
hannes enim talia prætermisit, quia ab aliis nouit satis scri- Marc. 11.
pta, *Sicut scriptum est* per Zachariam quantum ad sensum. Lucæ. 19.
Nolite timere carnali, humano, & inordinato timore, de quo Zach. 9.
scriptum in Ecclesiastico, Qui timet dominum, nihil trepi- Eccl. 34.
dabit, *Filia Sion*, id est, populus Israel. Prophetæ enim no-
mine filiæ totam plebem soliti sunt designare, quemadmo-

dum

Universidad de Deusto Biblioteca

D dum Esaias ait, Sede in puluere filia Babylon. Et Syphonias,
Esa.47. Exulta in omni corde filia Hierusalem. Sion verò est nomen
Soph. 3. montis in quo erat templũ, ac regis palatium: vnde per Sion
frequenter totus Iudaicus populus explicatur. *Ecce rex tuus*
venit super pullum asinæ. Nostra translatio habet, Exulta la-
tis filia Sion, Iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit ti-
Zacha 9. bi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam,
& super pullum filium asinæ. Vnde apud Mattheum induci-
tur Iesus vtrunque animal insedisse, videlicet asinam & pul-
lum successiue. Hoc testimonium prophetale Euangelista
adiecit, vt fidem corroboret, eo quòd Christus prophetarum
vaticinia adimpleuit: & item, vt innuat quòd sacerdotes &
E scribæ, qui erant eruditi in lege, ex hoc facto merito attẽdis-
sent Iesum esse Christum. ¶ Præterea quod turba præfata
2.Cor. 15. Christo corporaliter semel exhibuit, nos debemus ei quoti-
die spiritualiter exhibere. Dum ergo cognoscimus quod Ie-
sus Hierosolymam venit, id est, ecclesiam visitat quòd vtiq;
facit quotidie, debemus ramos palmarum accipere, id est, flo
Canti. 8. rida opera charitatis dei, ac proximi. Palma enim est arbor
1.Cor. 13. æstate, ac hyeme florens: ideo charitatem (quæ nũquam ex-
cidit) figuraliter exprimit, de qua in Canticis sponsa, Aquæ
multæ non poterũt extinguere charitatem, nec flumina ob-
ruent eam: idcirco æstate & hyeme, hoc est, in prosperis at-
que aduersis permanet florent, & fructus salutis producens,
quemadmodum ait Apostolus, Charitas patiens est, benigna
F est: sicque Christo obuiare corde deuoto, eius aduentũ cor-
Amos.4. dialiter suspirando, eius præsentiam amorose amplectẽn-
do, eiusque voluntati in omnibus cum congrua reuerentia
obediendo, iuxta illud Amos, Præpara te in occursum dei tui
Israel. Tunc quoque debemus Christum orare & collauda-
Mat. 21. re, dicentes, Osanna in excelsis. Oratio nanque præconiis
Psal.17. mixta, efficacissima est ad impetrandum, prout fatetur Psal-
mista, Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis sal-
uus ero. Et est Christus laudandus in omni loco propter suæ
Psal.102. maiestatis præsentiam atque dominii vniuersalitatem, pro-
pter quod fertur in Psalmo, Benedicite domino omnia ope-
ra eius, in omni loco dominationis eius: item in omnibus ho
ris propter incessabilem suæ pietatis super nos effusionem,
Tob. 4. gratiæ influentiam, omniumque rerum cõseruationem. Vn-
de Tobias filium hortatur, dicens, Omni tempore benedic
deo.

deo. Et in psalmo, Semper laus eius in ore meo. In Ecclesia A
stico quoque, Laudabo nomen tuum assiduè, & laudabit vs- Psal. 33.
que ad mortem anima mea dominum. Laudandus verò est Eccl. 51.
Christus rex immortalis, & verus deus, non pigra irrueren-
tique mẽte, sed corde syncero, ignito, ac stabilito, secundum
illud Ecclesiastici, Et nunc in omni corde & ore collaudate Iosue. 24.
& benedicite nomen domini. Vnde vbertim ait ardentissi- Eccl. 30.
mus ille Psalmista, Confitebor tibi domini in toto corde Psal. 9.
meo. Tunc Iesus inueniens asellum, id est, humile mancipiũ, Psal. 85.
iugo legis diuinæ subiectum, quod dicere potest, Vt iumen- Psal. 110.
tum factus sum apud te, & ego semper tecum. Sedebit super Psal. 137.
illud, id est, in omnibus diriget animam eius, omnemq; alie- Psal. 72.
num dominatorem excludet. *Hæc non cognouerunt discipuli*
eius, id est, cur Christus asellum sibi iussit adduci, & super B
illum sedit, & quòd in hoc implebatur prophetia de Chri-
sto prædicta, non intellexerunt apostoli, *Primum* id est, an-
te passionem, & tunc quando fiebant. Erant enim adhuc mi-
rabiliter simplices, rudes, & ineruditi, nam (vt infra Iohan-
nes de seipso testatur) in die dominicæ resurrectionis non-
dum sciuit, quòd oporteret Christũ à mortuis surgere, quòd
tamen Christus sibi & coapostolis tam vbertim prædixit, & Iohã. 20.
prophetatum edocuit, *Sed quando glorificatus est Iesus*, id
est, post resurrectionem, quando corpus impassibile & glori
ficatum resumpsit. *Tunc recordati sunt*, id est, attenderunt,
non quòd prius illud scierint, & post obliuioni tradiderint,
rursusque pensauerint, sed recordatio sumitur nunc exten-
se, pro consideratione, *Quia hæc scripta erant de eo* in Za- C
charia, vt dictum est. Tunc enim aperuit illis sensum, vt in- Zacha. 9.
telligerent scripturas, insufflauitq; in eos, & dixit, Accipite Lucæ. 24.
spiritum sanctum: in die quoque pentecostes docuit eos spi- Iohã. 29.
ritus veritatis, de omnibus plene, ac euidenter. *Et hæc fece-* Acto. 2.
runt ei, id est, tunc quoque recoluerunt, q̃ turba fecit Chri- Iohan. 41.
sto quæ dicta sunt, vt impleretur vaticinium Zachariæ. Zacha. 9.
Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando vo-
cauit Lazarum de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Hæc
turba contestabatur quòd vidit, videlicet quòd Lazarus ve-
re mortuus fuit, atque veraciter à Christo resuscitatus. Pro-
pterea & obuiam venit ei turba, non illa, de qua iam dictum
est, quæ interfuit suscitationi Lazari, sed illa quæ id perce-
pit ab alia. Subditur enim, *Quia audierunt eum fecisse hoc*
signum.

D *signum*. Hæc turba & illa fuerũt vna turba totalis, cuius partes turba dicuntur. Quidam enim eorũ qui occurrerũt Christo, affuerunt quando Lazarũ suscitauit, & alii nõ affuerunt, sed ab illis hoc didicerunt: sicque simul obuiauerunt saluatori, tanquam excellenti viro, mirabili, potentiq; homini, ac regi Missiæ. *Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos*, id est, adinuicem inuidentes gloriæ Christi. *Videtis quia nihil proficimus* id est, negligẽter & pigre habemus nos in exequẽdo propositum nostrum, de interfectione hominis huius, & non obtinemus quod proponebamus. Proposuim⁹ enim impedire cõuersionem hominũ ad ipsum, & oppositũ contigit, ideo subdunt. *Ecce mundus totus*, id est, magna pars hominũ in mundo viuentium, *Post eum abiit* ei adhæret, credit, obsequitur. Vnde ℣ dicũt, mundus totus, accipiendum est per Hyperbolem, quæ est figura habẽs locum cum aliquid dicitur per excessum, ad insinuandum magnitudinem rei; quemadmodum in Genesi Pharao loquitur ad Ioseph, Absque tui oris imperio, nemo mouebit manũ, vel pedem in omni terra Aegypti.

E

Gene. 41.

¶ Chrysostomus & alii quidã exponunt hũc locum de pharisæis credentibus, aliosque à persecutione Christi detrahere peroptantibus, vt sit sensus. Videtis quia nihil proficimus, id est, quicquid fecerimus, vel molimur cõtra Iesum, nil prodest, nec eius magnificentiam impedire valemus, vt patet ad sensum: Nam ecce mundus totus post eum abiit *Erant autem gẽtiles quidã ex his qui ascenderant Hierusalem, vt adorarẽt dẽ Israel* in quodam loco templi ad hoc deputato. Nõ enim ingredi poterant ipsum templum. Vnde in Actis Iudæi leguntur Paulo imposuisse, ℣ locum sanctum violasse, gẽtiles inducendo in templum, *In die festo* paschæ, quia non solum templum à Salomone constructum, sed & illud quod ædificauit Zorobabel, tantæ fuit famæ & excellentiæ, quòd gẽtiles ex diuersis mundi partibus confluxerunt in Hierusalem, vt deum Israel adorarẽt in loco ad diuina sacrificia, atq; obsequia præelecto, presertim in festiuitate paschali. Hoc in libris Machabæorum plenius recitatur. Vnde in Actis Apostolorum scriptum est, quomodo quidam eunuchus potens Cãdacis reginæ Aethiopum ascẽdit adorare in Hierusalem, qui cum rediret, sedens in curru legensq; Esaiam à Philippo diacono est cõuersus. Quidam ergo gẽtiles vnius dei cultores, quibus etiam ad salutem sufficiebat fides Christi vẽturi cum lege

F

Acto. 22.

1. Esdr. 5.
2 Mac. 3.
Acto. 7.

lege naturali, ascenderunt cum Iudæis Hierusalem versus. *Hi accesserunt ad Philippũ* (Apostolũ) *qui erat* (oriũdus) *à Bethsaida* vrbe Galileæ, de qua ciuitate fuerũt Petrus & andreas.

A

Lucæ. 6.

¶ Cur potius accesserũt Philippum quam alium apostolum? Forte quòd maiorem cum eo habuerunt notitiã, vel ex circunstantia loci poterant eum facilius alloqui: vel quia specialem pietatem, ac mansuetudinem cõsideraueruntin eo, propter quod affati sunt eum prius atque audẽtius, *Et rogabant eum dicentes, Domine*. Dominum vocant Philippũ propter reuerentiã sui magistri, & quia videbant quòd esset honesta, ac religiosa psona, *Volumus Iesum videre*. Sedit enim Iesus super animal paruum, vndiq; turbis vallatus, ita quòd ab vniuersis non poterat conspici. Hi ergo quoniam famam operum Christi audierunt, ipsum quoq; actorem optabãt videre, eiusque colloquio frui, vel verbis doceri. *Venit Philippus & dicit Andreæ* desiderium gentilium, in quo patet Philippi humilitas, quòd per se non præsumpsit hæc Christo intimare, magna quoque reuerentia quam habebat ad Christũ & quia Philippus inferior quodammodo erat Andrea, monstratur quòd inferiora per superiora ad deum sint reducẽda vt sit ordinatus processus, inferiora quoq; ad superiora per media. *Andreas rursum, & Philippus dixerunt Iesu*, vnus protulit verba, & alius confirmauit, seu annuit, vt in ore duorũ staret firmum verbum. *Iesus autem respondit eis, dicens Venit hora*, id est, iam partim adest, & cito plenius erit in passione, & post passionem, *Vt clarificetur*, id est clarus & magnus, verusq; Christus esse monstretur, seu agnoscatur, ac per hoc in hominum cordibus clarificetur, exaltetur, seu honoretur *Filius hominis*, vt enim post pauca subiungitur, eadem hora qua Christus hæc dixit, venit vox de cœlo, dicens, Et clarificauit & iterũ clarificabo. quo facto dixit turba (in cui⁹ mẽte iã aliqualiter clarificatus fuit Iesus) Angelus ei locutus est.

B

Deut. 7.

Matt. 18.
2. Cor. 13.

C

¶ Porrò, in passione clarificatus est in cordibus assistentium eruci, qui cum vidissent solis obscurationem, terremotum, & cætera quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur quemadmodum apud Lucam legitur, in resurrectione autẽ clarificatus est Iesus, id est, proprio corpore glorificat⁹, atq; in ascentione super cœlos eleuatus, secundum quòd Apostolus. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, propter quod & deus exaltauit illũ. Deinde misso spiritu

Mat. 27.
Lucæ. 23.

Acto. 1.
Philip. 2.
Acto. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

D ritu sancto clarificatus est, per Apostolorum prædicationem ac multa miracula. Primò, in Hierusalem, vbi maximè inhonoratus extiterat, ita vt nõ esset ei species neq; decor, deinde in tota Iudæa, Galilæa, atq; Samaria. Postremò, maximè clarificatus est per prædicationem Apostolorũ in vniuerso mundo, seu gentibus vniuersis, quæ vbiq; terrarum ad Christum conuersi sunt prout per Esaiam prædictum fuit, A finibus terræ audiuimus laudes, gloriam iusti. Et in Psal. Reminiscentur & conuertentur ad dominũ vniuersi fines terræ. De hac clarificatione exponit Augustinus verba inducta, ita quòd Christus verbis conuersationem prædixit gentilium, E quæ figurabatur per conuersionem horum paucorum gentilium, qui Christum videre optabant: de qua etiam clarificatione accipit Augustinus illu l Psalmistæ, Exaltare super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua.

Esaiæ. 53.
Esaiæ 24.
Psal. 2.
Psal. 56.
Psal. 107,

¶ Prosecutio huius Capitis.

Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.

ARTICVLVS XXXI.

X decreto æternæ sapientiæ summæ trinitatis debuit passio Christi eius glorificationem, gentiumq; cõuersionem præcedere: quoniã Christus patri vsque ad mortem obediendo, meruit sibiipsi præmium accidentale, videlicet corporis glorificationem, atque iudiciariam potestatem, omnibus quoque hominibus meruit non solum veniã culpæ, sed eriã cõuersionis, iustificationisq; gratiam, propter quod ait apud Lucam, Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et iterum, Oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiã in remissionem peccatorum in omnes gentes. Porrò, q̃ ita sit, Christus ostendit per aptum exemplũ. *Amen amen dico vobis nisi gratum frumenti cadens in terram* (id est, seminatum) *mortuum fuerit*, id est, corruptum & resolutum, *Ipsum solum manet* id est, fructum non affert, nec multiplicatur Corruptio quippe vnius, generatio alterius, ꝓpter hoc vnũ nõ generatur ex alio, nisi illud primo corrumpatur. *Si autem mortuum*

Philip. 2.
F E
Lucæ. 34.
Ibidem.
Hebr. 9.

tuum fuerit (id est, putrefactum in terram) *multũ fructũ affert* quia generat spicam granis plenam. ¶ Per granum, Christũ seipsum signauit, qui ex cœlesti area in hũc mundũ in perincarnationem seminatus est, vnde de ipso habetur in psalmo, Erit firmamentum in terra in summis montium. Translatio Hieronymi iuxta Hebræum sic cõtinet, Erit memoriale tritici. Et Zacharias ait, Quid bonum domini, & quid pulchrum eius nisi frumentũ electorũ? Vult ergo Saluator asserere, quòd sicut granum non corruptum, nequaquam fructificat, sic ipse non fructificaret in gentibus, illas per Apostolos conuertendo ad fidem, nisi prius à Iudæis occideretur. quod per Esaiam manifestè inuenitur prædictũ, quo scribitur. Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semẽ lõgæuum, & voluntas domini manu eius dirigetur. Per semen longæuum intelligitur plebs fidelis credens in christũ, quæ vsque in finem seculi perdurabit. Denique, per volũtatẽ domini designatur conuersio gentium, secundum quod Thessalonicensibus scribit Apostolus. Hæc est volũtas dei sanctificatio vestra: hæc in manu Christi directa est, id est, ad bonũ finem, atque salubrem effectũ perducta, eò quòd posuit animam suam pro peccato generis humani delendo. *Qui amat animam suam, perdet eam.* ¶ De multiplici amore loquitur sacra scriptura. Primò, de verò diuino, ac spirituali amore, qui fundatur in bono honesto: cuiusmodi sunt bona animæ, virtus sapientia, gratia, beatitudo De hoc amore dicit Apostolus, Si linguis angelorum loquar, &c. Et Petrus, Ante omnia (inquit) mutuam in vobis charitatem continuam habentes. Huic amori opponitur odium quod est summum peccatũ Secũdò, de amore carnali in ordinato & seculari, qui fundatur in bono temporali, delectabili, vel vtili saltem apparẽter, de quo amore dicit Apostolus alloquens Timotheum In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erũt homines seipsos amantes Huic amori opponitur odiũ bonum, de quo Psal Perfecto (ait) odio oderam illos. Porrò, iuxta philosophũ amare est alicui bonũ velle. Dupliciter ergo intelligi potest præsens scriptura. Primò, Qui amat animam suã, id est, qui verè ac spirituaiiter diligit eã in seculo isto volens sibiipsi, & cupiens perseuerãter bona, honesta, spiritualia, ac diuina, perdet eam. i. in seculo isto exponet eã propter deum, atq; iustitiam aduersis, ac mortis periculis, preponetq; dura

A
Psal. 71.
Zacha. 9.
Esa. 55.
B
Thess. 4.
1. Cor. 13.
1. Pet. 4.
C
2. Tim. 3.
Psal. 138.

D dura corpori delectabilibus mundi, incedens per arctam viã,
Matt.7. nec timens eos qui corpus occidunt. Hæc est salutaris perdi-
Mat.10. tio, quæ est effectus sacti amoris, estq; perditio ista, suipsius
Mat.16. abnegatio, ꝓprię crucis portatio, & Christi imitatio, de qu-
Lucæ.9. bus apud Matthæũ ait saluator, Si quis vult venire post me,
abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam quotidie, & sequa
tur me. Secundo, Qui amat animam suam carnali & vitioso
amore, ambulando in concupiscentiis propriis & temporali
bus potius quàm æternis inhærendo: perdet eam, id est, eter
Eccl.18. nam damnationem incurret, & seipsum vera fœlicitate post
hanc vitã priuabit, iuxta illud Ecclesia. Si prestiteris animæ
Psal.10. tuæ cõcupiscentias eius facient te in gaudium inimicis tuis.
E Tales verè odiunt semetipsos, dicente scriptura, Qui diligit
iniquitatem, odit animã suã. Vult enim ei que nocẽt De ta-
talibus ait Iudas in sua canonica, Hi sunt in epulis suis cõiu-
nãtes, sine timore, semetipsos pascẽtes, nubes sine aqua, quæ
à ventis circumferuntur, quibus procella tenebrarum conser
uata est in æternũ. Huic autem secundæ expositioni magis
concordant sequentia. *Et qui odit animam suam in hoc mũdo*,
id est, delectabilia mundi & carnis ei substrahit, eamq; quo-
tidie propter Christũ mortificat: & si occurrat articulus, pro
fide & iustitia mortẽ amplectitur temporalẽ *In vitam æter-*
Lucæ.14. *nam* adipiscendam merito odij huius *Custodit eam* de quo
F odio dicit Saluator apud Lucam, Si quis venit ad me & non
Galat.5. odit patrem suum, & matrem, & fratres, & sorores, & vxorẽ
& filios, adhuc autem & animam suam nõ potest meus esse
discipulus. Fugiamus ergo delectabilia vitæ præsentis, om-
nemq; mundi honorem, famã & gloriam cordialiter aspe-
nemur, crucifigentes iuxta doctrinam apostoli carnẽ nostrã
cum vitiis & concupiscentiis. *Si quis mihi ministrat* obedien-
do meis præceptis, vel acquiescẽdo cõsiliis euangelicis, *Me-*
sequatur. id est, Patiendo aduersa, me æquanimiter, fortiter,
1.Pet.2. atq; stabiliter imitetur, nõ recedendo à via iustitiæ propter
tormenta Vnde admonet Petrus, Christ⁹ passus est pro no-
bis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.
Hoc est, quod Iohãnes in sua docet epistola, Qui se dicit ma
1.Iohã.2. nere in Christo, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare
1.Tim.3. Paulus quoq;, Omnes (inquit) qui volunt pie viuere in chri-
sto persequutionẽ patientur. Quid tam iustũ, decens & san-
ctum, quàm vt discipuli imitentur magistrum, serui dominũ,
membra

membra quoque caput? *Et vbi sum ego*, inuiolabiliter secun- A
dum diuinam naturã, semper quoq; post ascensionẽ, id est, in
regno cœlorũ, in patria beatorum, *Illic & minister meus erit*
post vitę prę̃sentis occasum, & plenam satisfactionẽ, hic, vel Apoc.3.
in purgatorio factam, Vnde in Apoc. loquitur Christus, Qui
vicerit, dabo illic sedere mecũ in throno meo, Sicut & ego Philip.1.
vici & sedi cũ patre meo in throno eius. Et Apostol. Cupio
(inquit) dissolui & esse cũ Christo, Hinc iterũ dicit ad Timot. Si 2.Tim.2.
cõmortui sumus & cõuiuemus, si cõpatimur & conregnabi-
mus. *Si quis mihi ministrauerit* perseueranter vsq; in finẽ, de-
clinãdo ab omni peccato mortali, iuxta illud in Psalmo, Am Psal.100.
bulans in via immaculata, hic mihi ministrabat, *Honorifica-*
bit eum, id est, honorabilem eum faciet, magnamq; ei reue-
rentiam exhibebit, *Pater meus qui est in cœlis*, id est, in cœle- B
sti palatio, in angelorũ cõsortio, in cœlestis paradisi delitiis
cõstituet eũ pater æternus, sed & diuinę essentię vniet ani-
mam eius, vt videat deũ sicuti est clare per speciem ¶ Sępe 1 Iohan.3.
insuper deus exaltat seruos suos fideles in vita præsenti & 1.Cor. 15.
post mortem propter quod dicit propheta, Mihi autẽ nimis Psal.100.
honorati sunt amici tui deus. Magna honorificatio filiorum
adoptiuorũ est esse cum filio naturali, cohæredesq; Christi
de quo honore ait inferius. Pater quos dedisti mihi, volo vt
vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam
Nunc anima mea turbata est, id est vehemeter mota, non ta- Iohan.17.
men inordinate affecta. ¶ Turbatio ista fuit in anima Chri-
sti, quantum ad inferiorem eius partem & appetitũ sensiti-
uum, nõ ex infirmitate, sed præuia rationis deliberatione. C
Quoque superioris partis animæ inquietudine: vnde nomine
perturbationis aliud nihil designatur, nisi ingens commotio
appetitus sensitiui, instantem passionem naturaliter abhor-
rentis, ex præuia imaginatione illius ipsa ratione talem pas-
sionem imperante, ad insinuandum veritatem humanæ na-
ture in Christo. Talis quoque turbatio fuit meritoria nobis,
sicut & cæteræ afflictiones, passionesq; Christi & item cõ-
solatoria, vtpote ne desperatione, vel pusillanimitate franga
mur, dum necessitate, vel infirmitate turbamur. In nobis ta-
men turbatio solet mentis tranquillitatẽ auferre. Deniq;, ꝓ
turbatio nõ semper sonet in vitiũ, sed magnã motionẽ signi
ficet, patet ex hoc ꝓ in animatis quoq; solet ascribi, quemad
modum dictũ est supra. Cùm turbata fuerit aqua mittat me Iohan.5.

D in piscinam. Et in Psalmo, Qui conturbas profundum maris;
Psal.64. Qualiter verò turbatio & cæteræ passiones fuerint in Chri-
Iohan.1. sto, dictum est plenius in præcedēti capitulo. *Et quid dicam?* id est, ex turbatione prædicta sentio in me diuersos effectus ex quib⁹ diuersæ preces procedere possunt: ideo quęro quid dicam, non quòd ignorem quid dici expediat, vel preanguistia spiritus loqui non valeam, sed vt arduitatem causæ, siue negotij pandam, quia secundum appetitum sensitiuum refugio mortem, sed secundum rationem & volūtatem desidero mori pro beatitudine mūdi. Veruntamen appetitus animæ Christi, non fuerunt sibi inuicem inordinate repugnantes neque contrarij. Inferior enim pertinebatur naturaliter
E agere quod suū erat sub moderamine rationis. *Pater saluifica me ex hac hora.* ¶ Hoc exponi potest dupliciter. Primò, vt sit ratio deliberatæ rationis quæ semper exaudiebatur in Christo, eritque sensus, Pater saluifica, id est, saluum fac me ex hac hora, id est, passione instāte, & turbatione atque pauore præsenti: non vt non moriar, vel vt non turber & paueam, sed vt per acceleratam resurrectionē ab omnibus pe-
Psal.11. nis his liberer, simque impassibilis corpore & anima. Iuxta hūc sensum orat Christus frequenter in Psalmo, vt cum ali-
Hier.17. Tu autem domine ne elōgaueris auxilium tuum, erue à fra mea deus animam meā. Salua me ex ore leonis. Hieremias quoque confundantur (inquit) qui me persequuntur, & non confundar ego, paueāt illi & non paueam ego. Secundò ex-
F ponitur, vt sit ratio animæ secundum sensitiuum appetitum, secundum quem dixit, Transeat à me calix iste, Pater saluifica me ex hac hora, id est, à malis pœnalibus temporis nunc instantis, videlicet à morte & afflictionibus cæteris, quas na-
Mat.26. turaliter horreo. Verùm quoniam Christus hoc absolute nō petiit, sed simpliciter, hoc est, ex deliberata ratione & voluntate rationali diuinæ voluntati perfectissime subiecta & conformata pati optauit, propterea subditur, *Sed propterea*, id est, vt patiar ista pro tuo honore, hominumque salute, *Veni in hanc horam*, id est, humanam naturam assumpsi, & mortalis, ac temporalis fieri volui, atque hucusque perueni, ducens vitam persecutionibus atque laboribus abundantem. Deinde subiungitur deliberatæ rationis petitio. *Pater cla-*
Esaiæ.35. *rifica tuum nomen*, id est, me ipsum manifesta, tuam bonita-
Roma.8. tem, maiestatem ac omnipotentiam per meam passionē de-

A clara. Virtute quippe & merito passionis Christi pater totum mundum illuminauit, suique nominis notitiam gentibus per Apostolorum doctrinam patefecit.

¶ Ex hoc enim quod pater tradidit filium suū pro nobis in mortem, ostenditur misericordia atque dilectio eius ad nos, & item iustitia eius, quæ tanta est, quòd maluit vnigenitum suum occidi, quàm peccatum manere inexpiatum, multū, immune: sapientia quoq;, quòd tam admirabilem & conuenientissimum modum inuenit. Itaq; mors Christi fuit clarificatio patris, imò passio martyrum clarificatio nominis est diuini, quoniam moriendo pro veritate deum honorāt, & verū ac Ephes.5.
iustū ostendunt. Propter quod dicit Apostolus ad Ephesios, Ioan. 21.
In omni fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, si- Matth.3.
ue per vitam, siue per mortem. Infra quoque de Petro habe- B
tur, Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus es- Marc.1.
set deum. *Venit ergo vox de cœlo*, id est, in aēre formatus est Lucæ.3.
sermo cœlesti virtute, videlicet à deo ministerio angeli Iohan.1.
loquentis in persona dei patris, quemadmodum in Christi Matt.17.
baptismo & transfiguratione. Quæ autem fuerit vox ista, Marci.9.
subiungitur. *Et clarificaui, & iterum clarificabo*, hoc quidam Lucæ.9.
exponunt de clarificatione filij à patre, vt sit sensus, Et clari Lucæ.1.
ficaui te ò vnigenite, & iterum clarificabo te: potestq; clarificatio ista exponi de Christo secundum vtranque suam naturam, quia secundum diuinitatem pater clarificauit, id est, ab æterno clarum, gloriosumque genuit filium, quem prodixit sibiipsi æqualem, communicando ei eandem numero C
claritatem, quam habuit & ipse: secundum humanitatem vero pater clarificauit, id est, clarum fecit, ac propalauit Christum in omnib⁹ mirabilibus, quæ circa eius humanitatem ostendit, prænunciando eius incarnationem per prophetas, annunciando eius conceptionem virgini sanctæ per angelū, educendo eū de clauso virginis vtero, & cætera miracula fa Acto.3.
ciendo per Christū, in testimoniū ꝙ sit Christus: & iterum clarificabo te, in passione, per mirabilia quę tūc fiēt, in resurrectione, ascentione, spirit⁹ sancti missione, Apostolorū præ Ioan.11.
dicatione, & miraculorū per eos eorumq; sequaces perpetratione. Vnde in Actis loquitur Petrus, Deus patrum nostrorū glorificauit filium suum Iesum. sed quoniam Christus immediate ante hæc verba orauit, dicendo, Pater clarifica tuū nomen. Videtur glorificatio ista referenda ad patrem qui di-

D cendo, Et clarificaui, & iterum clarificabo, ostendit se exau-
diuisse precẽ filij sui dilecti, qui paulo ante asseruit, Ego scie-
bam, quoniam semper me audis: Pater ergo clarificauit seip-
sum in filio & per filium quoniam quicquid cõmunicauit fi-
lio ab æterno per generationem diuinã, vel in tempore per
miraculorum operationem totum cessit ad clarificationem
patris, cuius tota perfectio reducet in filio: imò cum patris &
Iohan. 5. filij sit vna substantia, eorum est vna clarificatio. Quod enim
est ad gloriam vnius diuinarum personarum, est ad gloriam
singularum. Propter quod dixit Saluator, Qui non honori-
ficat filium, non honorificat patrem qui misit illum. *Turba er-
go quæ stabat*, ex quo patet, quod domino Iesu stante & ver-
ba ista loquente, populus quoque subsistit, & aspexit, atque
E aduertit, Et *audierat vocem*, præfatã de cœlo allatam, *Dicebat
tonitruum factum esse. Alii dicebant, Angelus ei loquutus est.* Per
turbam intelliguntur rudiores, qui vocem prædictam nec in-
tellexerunt, nec discernebant, sed sonum confusum iudica-
1. Re. 12. uerunt, & forsitam existimabant quòd tale aliquid factum
esset miraculose, quale in libris Regum factum legitur, vbi
habetur quòd Samuele orante, dedit dominus voces & plu-
uias. Per alios intelliguntur subtiliores, qui vocem prædictã
attendebant esse articulatam & significatiuam. Et quia cre-
debant eum esse regem Israel & Messiam, putabant angelũ
ei loquutum, quemadmodum in scripturis veteris testamen-
ti leguntur angeli prophetas affati. ¶ Sed multum mirandũ
Chrysost. videtur, quòd vocem prædictam non intellexerunt, quæ (vt
F arbitror) facta est in Hebræo idiomate. Chrysostomus autẽ
testatur circa hunc locum, quod aperta quidem & bene signi-
ficatiua erat vox ista, sed citò ab eis euolauit, quasi à grossio-
ribus, carnalibus, & desidiosis, & hi sonitum tantum reti-
nuerunt. Alij verò, ꝙ articulata vox erat nouerant, quid autẽ
significaret ignorabant, sed nec verba hęc satisfaciũt dubitã-
tioni meæ. Si enim vox ista in Hebræo facta est, intellexerũt
eam Hebræi, quantũ ad sensum superficialem, præsertim cũ
dubiũ nullũ sit, quin vox ista multũ fuerit altissona & distin-
cta. Quomodo ergo turba dixit factũ esse tonitruum, cũ &
turba esset Hebræę linguę nõ ignara? Si aliquis dicat, ꝙ ideo
Apoc. 14. dixit factũ esse tonitruum, quoniã facta fuit vox magna toni-
Iob. 26. truo similis, quomodo Iohãnes ait in Apoca. Audiui vocem
quasi tonitrui magni. Et apud Iob inducitur, Cum vix par-
uam

uam stillam sermonũ eius audierimus, quis poterit tonitruũ A
magnitudinis eius intueri? Si inquã hoc aliquis dicat, tũc tur
ba ilta nõ differebat ab aliis, quoniã vox angelorũ assimula-
tur tonitruo. Puto ergo, ꝙ turba quę dixit tonitruũ factum,
maximè fuit gentilis. Dictũ est enim, ꝙ multi gentilium ade-
rant. Hi enim, quoniam linguam Hebręã non intellexerunt,
putabant factum esse tonitruũ, sicut in passione Christo cla-
mante, Heli heli lamazabathani: quidam audientes dixerũt, Psal. 21.
Ecce Heliam vocat iste. Illi enim secundum Hieronymũ fue Mat. 26.
runt gentiles & ministri Pilati, qui linguã Hebræã non intel-
lexerunt perfectè, sed nomen Heliæ sæpe audierunt: propter
quod Iesu dicẽte Heli putabant, ꝙ inuocaret Heliam. Sic isti
prædicta verba nequaquã intelligentes, dixerunt factum esse
tonitruũ. Alij verò, puta Iudæi, intellexerunt verba quantum
ad sensum superficialem, quemadmodum simplex clericus le B
gens verba hęc, significationem eorũ superficialiter cõcipit,
sensum tamen intentũ atq; latentem non intellexerũt: id cir
co dixerunt, Angelus ei loquutus est: & hoc verum fuit, quan
tũ ad hoc quod immediatus formator vocis angelus fuit, sed
quoad hoc verũ nõ fuit, ꝙ angelus in propria persona, vel
tanquã superior loqui putabatur, putabant tamen, ꝙ vox illa
aliquid magni notauit, ad declarãdũ ꝙ Iesus esset verus rex
Israel. *Respondit Iesus & dixit, Non propter me*, id est, nõ meam
instructionem vel vtilitatẽ aut necessitatem. *Hæc mox venit,
sed propter vos*, id est ad vestram informationem atq; salutẽ,
Christus nempe perfectè cognouit semetipsum, nec eius bea
titudo ex nostra cõuersione augetur, sed populus ille, & nos C
indigemus instructione angelica, & conuersatione mẽtis no
stræ ad Christum. Nihilominus, vox illa venit propter clari
ficationẽ Christi, vt dictum est. *Nunc iudicium est mundi.* Su- Iohã. 8.
perius dixit filius dei, Ego non iudico quenquã. Et, Non mi- Iohã. 3.
sit deus filium suum vt iudicet mundum: quæ intelligenda
sunt de iudicio discussionis, & reprobationis finalis seu con-
demnationis. Quod ergo iam asserit, Nunc iudiciũ est mun- Roma. 8.
di, accipiẽdum est de iudicio discretionis, vt sit sensus, Nunc,
id, tempore euangelicæ legis, & nunc in præsenti atq; post
passionem meam: iudiciũ est mundi, id est, iudicialis discre-
tio hominũ agitur, vtpote prædestinatorum clemẽs ad Chri
stum cõuersio, & reproborũ iusta relictio. Ex tempore enim
prædicto deus mox me demonstrauit, qui essent electi, & qui

 præsci-

Universidad de Deusto Biblioteca

D præsciti, per hoc, quod aliquibus magnam largitus est gratiam, aliosque deseruit, sicque iudicauit discretione prudenti inter electos & reprobos, illos vocãdo, istos derelinquẽdo. *Nunc*, virtute passionis meæ, & per Apostolorum prædicationem, sancti spiritus illustrationem, *Princeps huius mundi*, id est, diabolus, rector & dominus hominum mundanorum, qui à diabolo superantur, propter quod eius serui dicuntur: iuxta illud Petri, A quo quisquam superatus est, huius & seruus est. Nec mirum si diabolus appelletur princeps mundi, cum de ipso dicat Apostolus, Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, quæ verba malè intelligentes Manichei, dixerunt diabolum dominum esse substantiæ mundialis: secundum quòd alibi spondet Christo, Hæc omnia dabo tibi, si procidens adoraueris me. Itaq; nunc princeps huius mundi. *Eiicietur foras*, id est, à cordibus hominum expelletur, quia in toto mundo innumerabiles qui seruierunt peccatis, idolis, siue dæmonibus, conuertentur ad me, & fient templum spiritus sancti, in quibus paulo antè habitauit diabolus. Hoc statim post missionem spiritus sancti cœpit vehementer implere. Primò, in populo Iudæorum, quando ad prædicationẽ Petri tot millia Hebræorum cõuertebãtur, ita vt etiam multa sacerdotum turba obedierit euangelio, sicut in Actis scribit Lucas. Deinde in omni terra gentilium, quando cœpit copiose impleri illud in Psalmo, Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Omnes gentes magnificabunt eum.

2. Pet. 2. 2. Cor. 4. Matth. 4. Mat. 1. E Lucæ. 4. Acto. 6. Psal. 71.

¶ Sed nonne per gratiam dei à principio mundi eiectus est diabolus à cordibus hominum electorum? Vtique, Quomodo ergo ait, nunc eiicietur, quasi antè eiectus non fuerit? dicendum quod ideo, quoniam tunc eiectus fuit à paucis, nunc verò cœpit ab innumerabilium cordibus eiici. Simili modo dictum est antè, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et *ego si exaltatus fuero à terra*, id est, in cruce leuatus. Quod ait, si, non est intelligendum dubitatiue, sed assertiue, sicut iam dixit de grano frumenti, si mortuum fuerit, multũ fructum affert. Et Amos dicit, Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit. Si etiam ait Iob, Si contempsi iudicium subire cum seruo meo, quæ omnia certitudinaliter non dubitatiue dicuntur, *Omnia* genera hominum, id est, quosdã de omnibus, scilicet iuuenes & virgines, Iudæos & paganos, doctos & simplices, pauperes & diuites,

Iohan. 7. F Amos. 3. Iob. 31.

Traham ad meipsum non violenter, sed amorose, id est, per fidem & charitatem conuertam eos ad me: Christus enim moriendo satisfecit pro omnibus quantum fuit in ipso, & merito suæ passionis, infusa est electis in toto mundo gratia, per quam audita Euangelica prædicatione, ad Christum conuersi sunt, secundum quod Esaias prædixit, Gentes quæ non cognouerunt te, ad te current. Et Psalmista, Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. A Esa. 55. Psal. 21.

¶ Deinde, ponuntur verba Euangelistæ, exponentis præinducta Christi verba. *Hoc autem*, videlicet si exaltatus fuero à terra, *Dicebat, significans qua morte*, i. quali modo seu genere mortis, *Esset moriturus*, quia per exaltationem intellexit suam crucifixionem. *Respondit ei turba*, id est, pars turbæ, quæ non credidit, sed Christo opposuit. In turba nanq; multi fuerunt, qui crediderunt, videlicet qui dixerũt, Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel: aliqui quoque fuerũt ibi qui inuidebant gloriæ Christi, præsertim scribæ & pharisæi, ac fautores eorum. Hi ergo dixerunt. *Nos audiuimus ex lege*, i. ex scripturis veteris testamenti (sumunt enim legẽ pro libris Mosi & prophetarum.) *Quia Christus manet in æternũ*, id est, immortaliter subsistit, & incorruptibiliter perseuerat. Cognouerunt ergo isti Iudæi aliquid de Christi æternitate, de qua Daniel ait, Potestas eius, potestas æterna, quæ nõ auferetur, & regnum eius quod nõ corrũpetur. Et in Psalmo, Tu es sacerdos in æternum, Atq; in Esaia, Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Et *quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis*? Christus nõ dicitur iã dixisse, oportet exaltari filiũ hominis, sed ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham, &c. Cur ergo sic repetunt, Quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Dicendum, quòd isti Iudæi memoriter tenuerũt, quòd Christus communiter appellauit se filium hominis, & paulo ante iam dixerat, Venit hora vt clarificetur filiꝰ hominis: ideo sensum potius quàm verba Christi resumunt. Attenderunt quoq; quòd Christus non dubitanter, sed certitudinaliter dixit, si exaltatus fuero propter quod dicũt eum dixisse, oportet exaltari. Sed vnde sciebant quòd Christus per sui à terra exaltationem, intellexit suam crucifixionem? Ad hoc quidam respondent, quòd apud Iudæos erat prouerbium, per exaltationem designari crucifixionem: velut si aliquis ei quem cupit suspẽdi, dicat, eleue-

B Iohã. 12. Mat. 21. Marc. 11. Lucæ. 13. Danie. 7. Psal. 109. Esaiæ. 2. C

D tis in altum. Sed si hoc ita esset, tunc vtique verbum Christi valde manifestum fuisset, nec Euangelista indiguisset illud exponere tanquam obscurum. Vnde secundum Augustinum verbum illud exaltationis adeo fuit obscurum, quod nec discipuli pro tunc illud intelligebant: ideo secundũ Augustinu & Bedam Iudæi illud intellexerunt non vigore sapiẽtiæ, sed peste ac stimulo inuidenti. Iam enim decreuerunt crucifigere Iesum, propterea stimulata eorum inuidia dedit eis facilem intellectum sermonis eorum ꝓpositũ designantis. Itaque dicunt, Quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? tanquam dicant, verba tua contraria sunt. Dicis enim, q̃ tu filius hominis sis Messias, & item, quòd sis crucifigendus, hæc autem simul stare non valent, quoniam nos audiuimus

E ex lege, quod Christus manet in æternum, ideo diligẽtius sciscitamur à te. *Quis est iste filius hominis?* Quem dicis crucifigendum, quasi dicant, Tu ille esse non potes, cum te Christũ esse insinues. Magna proculdubio cæcitas atque peruersitas Iudæorum istorum, volentium demõstrare, quòd ideo Iesus

Dani.7. non sit Christus, quoniam dixit se occidẽdum. Cum Daniel

Danie.9. qui prophetauit de Christi æternitate, apertissime vaticinatus

Esa. 53 sit de eius passione. Post hebdomadas (inquiẽs) sexagin-

Psal.106. ta duas occidetur Christus. Et Esaias, qui de Christi interminabili

Psal.21. pace prædixit, de eius quoq; amarissima passione præscripsit, Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo, & humiliatum. Dauid quoque eodem Psalmo quo dixit

F de æternitate Christi, de passione adiecit, De torrente in via bibet. Et alibi dicit Psalmista, Aruit tanquã testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Itaque, simul stant mors Christi, & eius æternitas dupliciter. Primò, quoniã mors conuenit ei ratione naturæ humanæ, æternitas ex parte diuinæ naturæ. Secundò quoniam licet secũdum assumptam humanitatem occisus fuit, & homo esse ad tempus desiit, tamen post triduum glorificatus est in carne assumpta, & secũdum humanitatem ad vitam impassibilem suscitatus, sicque æternitas competit ei etiam quoad naturam assumptam à parte post: iuxta illud Apostoli

Heb.7. ad Hebræos, Christus eo quòd maneat in æternum sempiternum habet sacerdotium, semper viuens ad interpellandum pro nobis. *Dixit ergo eis Iesus* (Adhuc) *modicum lumen in vobis est* hoc est, non penitus caretis notitia veritatis, sed de luce cogni-

cognitionis Christi parum habetis, videlicet, quia cognoscitis, quòd maneat in æternum. Imperfecta verò est vestra cognitio, quoniã ignoratis quomodo passio, & æternitas Christi sibiinuicem non repugnent, quia non referuntur ad idem secundum idem, seu eodem modo, vt dictum est, vel sic, Adhuc modicum, id est, modico tempore seu paucis diebus: lumen in vobis est, hoc est, ego qui sum lux mundi, inter vos A

conuersor atque deambulo, ideo *Ambulate*, id est, de imperfecta notitia Christi, ad eius perfectiorem cognitionẽ procedite, & totum intelligite, scilicet, Christum esse crucifigẽdum, & in æternum victurum, *Dum lucem habetis*, id est, dum Baruch 3. Hebr.1.

me splendorem lucis æternæ præsentem conspicitis, qui vos instruere sum paratus, *Vt non tenebræ vos comprehendant*, id est, ne caligo vitiorum, & cæcitas ignorantiæ atque perfidię B

animas vestras capiant, illaqueent, seu constringant, secundum quod Salomon ait in Prouerbiis, Iniquitates suæ capiẽt impium, & funibus peccatorum suorum cõstringetur. *Et qui ambulat in tenebris* (erroris & culpæ) *nescit quo vadit*, id est, in ordinate, & errabũde incedit, nec proprios actus intelligit, neque ad finem salubrem perueniet, sed tendit periculosius, & perit magis quam arbitratur. Omnis enim qui peccat, est ignorans secundum philosophos & theologos, quoniam acquiescit malo sub specie boni, & operatur illicita tãq̃ bona. Vnde Salomon in Prouerbiis loquitur, Via stulti recta est in Proue. 12.

oculis eius. ¶ Denique, & nos ambulare debemus per semitas æquitatis, & viam mandatorum cælestium currere, dum Psal.118. Galat.6.

lucem gratiæ, & veritatis notitiã habemus, quemadmodum C

dicit Apostolus, Dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes. Et, Noli negligere gratiam dei, quæ data est tibi. *Dũ lucem* (id est, me Christum) *habetis* (præsentẽ) *credite in lucem* 1.Tim.4. Esa.49. Esa.9.

vnigenitum filium dei, ad quem pater ait, per Esaiã, Dedi te in lucem gentium. Et, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, *Vt filii lucis sitis*, id est, filii Christi, per fidem, dilectionem, & imitationem ipsius, quemadmodum ad Galatas dicit Apostolus, Omnes vos filii dei estis per fidem. Vel filii lucis, id est, gratiæ & sapientiæ. *Hæc loquutus est Iesus* (obstinatis Iudæis) *& abiit* extra Hierusalem, *Et abscondit se ab eis*, transeundo per medium eorum, cedens furori eorum, quoniam nondum venit hora suę passionis: dansq; Gala.3. Iohan. 7.

exemplum, sæpe humiliter declinandi ac fugiendi, potius quàm

Universidad de Deusto Biblioteca

D quàm potenter resistendi. Vel seipsum persequutionibus in-
Matt.21. gerendi, secundum quod dictum est plenius circa finem octa-
Marc.11. ui capituli. Veruntamen agnoscendum, quia vt alii tres Euan-
Lucæ.19. gelistæ concorditer referunt, Iesus antequam se abscondit,
intrauit in templum eiiciens inde ementes, & vendentes.
Cumque cum sacerdotibus, scribis, & pharisæis, acriter di-
sputassent, relictis illis, discessit, & introiuit Bethaniam.
Nihilominus, feria secunda, & tertia reuertebatur, & prædi-
cauit in templo.

¶ Expositio residuæ partis.

Cum autem tanta signa fecisset Iesus coram eis.

E ARTICVLVS XXXII.

Ioh.11. Einceps ostenditur Iudæorum obstinata perfi-
Iohan.9. dia prophetice prænunciata, *Quum autem tan-*
Iohan.12. D *ta signa* quæ nunc descripta sunt, vtpote suscitatio Lazari, illuminatio cæci nati, impetratio vocis cælestis, *Fecisset Iesus coram eis.* Multa autem signa tunc fecit, puta in die palmarum, quæ Iohannes non recitat. Vnde apud Matthæum inducitur, quòd cum esset in templo accesserunt ad eum cæci & claudi, curauitque eos, *Non credebant in eum* (imò nec ei) *vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit.* Quod ait, vt sermo Esaiæ impleretur, intelligendum est, concomitanter nõ causaliter. Non enim ob hoc
F fidem Iesu spreuerunt, vt verificarent verba Esaiæ. Sic enim nouissent Esaiam de eorũ excæcatione prænũciasse, & quòd
Esa. 53. Iesus esset Christus quem Esaias prædixit non recipiendum à populo Iudæorum: pro maiori parte eorũ, sed ex incredulitate ipsorum consecuta est impletio vaticinii Esaiæ, nec solum Esaiæ, sed insuper Dauid & Hieremiæ, ac Danielis. Scri-
Psal. 68. ptum est enim in lib. Psalmorum, Obscurentur oculi eorum
Danie.9. ne videant. Et Hieremias ait, Reliqui domum meam, diui-
Hier. 13. hæreditatem meam, dedit contra me vocẽ suam, ideo odiui eam. Daniel quoq; dixit, Nõ erit eius populus qui eum negaturus est. Deinde ponuntur verba Esaiæ in persona prophetarũ loquentis, *Domine, quis credidit auditui nostro?* Præuidens
Esa.52. enim Esaias in spiritu sancto, quàm pauci Iudæorũ recipe-
rent Christum, admirando inquirit, Domine, quis Iudæorũ, quasi

quasi dicat, modica pars eorũ credidit auditui nostro, id est, A
verbis ac mysteriis Christi, quæ tu nobis reuelasti de Christo, & quæ audiendo à te didicimus. Auditus quippe est sensus disciplinæ secundum philosophum, & iuxta Apostolum, Fides est ex auditu. Vel, Quis credidit auditui nostro? id est, 2.Cor.8.
verbis propheticis quæ audiuimus à te. Quanuis enim Iudæi 2.Cor.3.
dicant prophetis se credere, tamen secundum veritatem eis 1.Ioh.3.
non credunt, quia nõ recipiũt veram eorum expositionem, 1.Cor.1.
sed literalem, carnalem, & superficialem quæ occidit. Vnde Eccl. 1.
Saluator loquutus est Iudæis incredulis, *Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi. Et brachium domini*, id est, filius virtus, & sapientia patris, verbum omnipotens, per quod facta sunt omnia, *Cui reuelatum est?* id est, paucis Iudæorum Acto.10.
notificatum est, per illuminationem internam, prout in actis B
Petrus testatur, Deus dedit eum manifestum fieri non omni Iohan.1.
populo, sed testibus à deo præordinatis. Dicitur autem filius Esaiæ.52.
dei brachium patris, quia per ipsum facta sunt omnia. De quo Esaias, Parauit (inquit) dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias*, quantum ad sensum, non quoad formam verborum. ¶ Dicit aliquis, Si non poterant credere propter prophetiam Esaiæ, ergo ipsi excusantur à culpa, cum omne peccatum sit voluntarium, & Esaiæ prænun-
ciatio erit causa incredulitatis ipsorum. Dicendum, quòd Esa.6.
prænunciatio Esaiæ non fuit causa effectiua, vel à priori, sed causa, signum, & à posteriori perfidiæ Iudæorum. Ex illa enim prophetia agnoscitur, & probatur non causatur Iu- C
deorum obstinatio atque perfidia.

¶ Porrò, quòd ait, non poterant credere, non est intelligendum de impossibilitate absoluta, quoniam libero arbitrii permanserunt, nec præscientia dei necessitauit eos ad mala, sed de impossibilitate ex suppositione, ita quòd impossibilitas hæc non refertur ad eorum voluntatem secundum se assumptam seu simpliciter consideratam, sed vt talem, videlicet vt induratam, & habituatam in pessimis. iuxta quem sensum, arbor mala, non potest fructus producere bonos, nec superbus potest saluari, nec iustus damnari. De hoc superius dicta sunt plurima, propter quod transeo. Veruntamẽ Augu- Marc.12.
stinus, per non posse, intelligit nõ velle. Quemadmodũ Apo Lucæ. 6.
stolus ait de deo, quòd seipsum negare non potest, i. nõ vult.

Excæ-

Universidad de Deusto Biblioteca

D *Excæcauit oculos eorum*, id est, deus exigentibus Iudæorum peccatis subtraxit, seu non infudit intellectui eorum lucem fidei, & sapientiæ salutaris, Et *indurauit cor eorum*, id est, voluntatem eorum indurari permisit, gratiam mollificantem, & animæ conuersiuam iuste subtrahendo, Vt (hoc per modum sequelæ, non causæ sumendum est) *non videant oculis* interioribus, ea quæ fidei sunt, Et *intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos*. Negatio illa præposita verbo, videant, ad alia tria referenda est verba, vt sit sensus, Excæcauit illos, vt non intelligant corde per donum intellectus penetrando, & clare contemplando ea quæ spectant ad fidem catholicam, secundum quod dictum est per prophetam, Si non credideritis, non intelligetis. Hic sumitur cor pro intellectu, & conuertatur ad Christum, ꝓ sanem eos à vulneribus animæ seu peccatis. ¶ Hoc vltimum verbum dicitur in persona dei, qui solus potest mētem sanare. Vnde loquitur Hieremias, Sana me domine, & sanabor: & Psalmista, Sana animā meam, quia peccaui tibi. Quoniam ergo Iudæi nō crediderunt Christō, non sunt intus à deo curati, præsertim cum sine fide & merito Christi nemo possit saluari, purgari, aut iustificari. Propterea in Actis Apostolorum Paulus dixit Iudæis, Per Iesum vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Mosi iustificari Itaque deus dicitur excæcare & indurare, non influendo malitiam, sed non dando subsidium, iuxta quem modum scriptū est in Deuteronomio, Noluit Seon rex Esebon dare transitū filiis Israel, quia indurauit dominus deus spiritum eius, obfirmauerat cor illius, vt tranderetur in manus Israelis. Hæc verba nunc eluci-
data. *Dixit Esaias*, id est, dicenda & scribenda accepit à deo, qui sibi per reuelationem angelicā ea mōstrauit, *Quando vidit gloriam eius*, id est, quando in spiritu visione imaginaria præagnouit excellentiam Christi, qui est verus deus & dominus, Et *locutus est de eo*, id est, de Christo prophetauit, ꝓ in eius aduentu excæcarentur, & indurarentur Iudæi. Nam vbi Esaias ait verba præallegata, præmisit. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat domus à maiestate eius. Et quòd ibi per dominum ad literam intelligendus sit Christus filius dei, probat gloriosus Hieronymus, authoritate Iohānis Euangelistæ hoc loco manifeste dicentis, quòd Esaias dixit hæc vtpote ꝓ Iudæi non

Esa.7.
Hier.17.
Psal.40.
Heb.1.
Acto.13.
Deut.2.
Esa.6.
Iohan.1.
1.Iohā.4.

poterant credere in Christum, quādo vidit gloriam eius. Palam est autem, quòd per gloriam iam non intelligitur increata beatitudo, vel diuina essentia filij, quoniam nullus in hac vita potest conspicere per speciem, vt dictum est plenius super illud, Deum nemo vidit vnquam, sed magnificētia Christi quàm deus Esaiæ per spiritum prophetiæ ostendit Vel sipper gloriam accipiatur increata fœlicitas, & natura filij dei, tunc visio præinducta accipi debet de visione per fidem. Noluerat enim Esaias Christum filium dei patri esse æqualem. *Verumtamen & ex principibus* id est, de numero principalium Iudæorum, videlicet scribarum & pharisæorū magnorumq; eiusdem, *Multi crediderunt in eum* id est, Iesum credebant esse Messiam & verū doctorem propter miracula eius, & quia viderunt scripturas prophetarum in ipso impleri: non tamen sic crediderunt, ꝓ credēdo obedierunt dogmatibus Christi, vel quòd eius diuinitatē per fidem agnouerint. Fuitq; fides eorum informis, & plurimū incompleta, nec ad salutem sufficiens, subditur enim: *Sed propter pharisæos* (hoc est timore incredulorum pharisæorum) *non confitebantur*, hoc est, verbis non exprimebant, nec opere demonstrabant fidē suā etiam tunc, & vbi, quando, & quo debuerunt, *Vt de synagoga non eiicerentur*, id est, ne ab ingressu templi & societate Iudæorum tanquam excommunicati repellerētur, quod valde opprobriosum censebāt: nec tantæ fuerant perfectionis, quod propter iustitiā voluerunt perpeti persecutionem. *Dilexerunt enim gloriam hominum*, id est temporalem honorem & famā laudis humanæ *Magis quàm gloriam dei*, id est cœlestē præmium, quòd pro merito persecutionis atque iustitiæ dabitur à deo. Vel gloriam dei, id est, diuinum honorem, quoniam magis voluerunt se ab hominibus honorari, quàm vt ipsi deum honorarent, quod esse nō potuit sine peccato mortali, quia ex necessitate præcepti tenetur vnusquisq; plus amare deum, quàm seipsum, & vniuersa creata, plus quoq; appetere bona cœlestia & æterna, quàm temporalia, humana atque terrena. Et item, plus appetere honorē & gloriā dei, quàm suam. Tenemur (inquam) plus desiderare, quò deus ab hominibus glorificetur & honoretur, quàm nos: ideo dici debet quòd principes isti non confitendo fidem suam peccauerunt mortaliter. Primò, quoniam ex officio habuerunt vulgum instruere, quòd non fecerunt debito tempore, sed permi-

A
1.Tim.6.
B
Mat.5.
C
Exod.20.
Deut.6.
Mat.22.
Mar.12.

D permiserũt plebem seduci, & Christi mortem expetere. Secundò, quoniam honorem deo debitum omiserunt timore
1.Iohã.5. humano. Tacendo enim, dabant aliis occasionem putandi, quòd fides Christi esset falsa, & deo cõtraria, ex quo multa diuino honori contraria sequebantur. Qui enim non credit in filium, mendacem facit patrem. Confiteri quippe fidem, pertinet ad præceptum affirmatiuum. Ideo quanuis nõ obliget ad semper, obligat tamen semper, videlicet pro loco & tẽpore: idcirco mortale peccatũ incurritur, quãdo omittitur contra charitatem dei vel proximi. Veruntamen aliquis forsitan probabiliter affirmaret, quòd aliqui principum credentium ex diuina dispẽsatione licite tacuerunt, quia videbant
E se nil posse proficere: sed hoc nihilominus certum est, quòd illi qui plus dilexerunt gloriam hominum, quàm dei, erant extra statũ salutis. ¶ Posset interea dubitari, quomodo nomine principum credentium intelligantur & pharisæi, cum subdatur, quòd propter pharisæos non confitebantur. Rursus, Quomodo pharisæi poterãt prĩcipes de synagoga eiicere, cum principes fuerint sacerdotes, quorũ fuit de syna-
Iohan.3. goga repellere? Dicendum, quòd aliqui pharisæorum credebant, quorum vnus extitit Nicodemus, sed maior eorũ pars
Iohan.9. fuit incredula, qui vel propria potestate, vel sua suggestione poterãt credẽtes de synagoga eiicere, accusando eos apud Pontifices, qui erant de secta pharisæorũ. Plurimi quoque sacerdotum fuerant pharisæi. *Iesus autem clamauit & dixit.* Euangelista non exprimit locum, & tempus prædicationis
F Christi, nec aliquid super hoc legi. Sed quoniam paulò ante Euangelista disseruit, quòd Iesus abiit, & abscondit se, puto
Mat.12. quòd ista de qua nunc agitur prædicatio, non sit facta in die
Mar.11. palmarum, in qua Iesus facta processione, miraculorum ope-
Lucæ.19. ratione, & sermocinatione prolixa, abiit atque abscõdit se, sed die sequenti, quando secundum alios Euangelistas, rediit in Hierusalem & predicauit in templo, nisi forte ista dicantur per recapitulationẽ. Dixit igitur Iesus, *Qui credit in me*, secundum quod deus sum, quoniam sola diuinitas fidei est obiectum, *Non credit in me* duntaxat, iuxta quem sensum dictum est supra, Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui mi-
Iohan.7. sit me. Vnde nunc subditur, *Sed in eum qui misit me*, id est, in deum patrem, imò in totam superbenedictam trinitatem, quæ est vnum fidei obiectum & causa, & trium personarũ est vna

est vna fides. Vel sic, Qui credit in me, secundum quod deus A
sum. Sic enim credendum est in me non credit in me, secundum quod homo sum, quia sic non sum fidei immediatum, propriumque obiectum, *Sed in eum qui misit me*, quoniam licet ex verbo, & humanitate constet vna hypostasis Christi tamen verbum & pater plus conueniunt in hoc: propter quod aliquid est obiectum fidei quàm verbum & natura assumpta. Fidei nempe obiectum est veritas prima. Pater autẽ & verbum, sunt vna prima exemplarisque veritas. *Et qui videt me*, oculo interiori nunc per fidem, & specialem contemplationis gratiam, vel in futuro per gloriam, seu facie ad faciem, *Videt* (eodem modo) *eum qui misit me* Pater enim
& filiꝰ sicut sunt inseparabiles in essentia, sic & in cognitio 1.Cor.13.
ne: idcirco qui noscit vnum, noscit & alium, præsertim cum B
pater & filius correlatiue dicãtur. Cognito autem vno correlatiuorum, cognoscitur reliquum. Cùm vnum sit de propria ratione alterius Tanta quoque est similitudo patris & Iohan.14.
filij, vt cognito filio, agnoscatur & pater, quia & filiꝰ est naturalis & perfecta patris imago, in quo quicquid patris est, plenissimè lucet, propter quod infra testatur discipulis, Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis.

¶ Denique, vna est iam fides supersanctæ trinitatis: sic in patria est vna beatifica visio eius, fidei correspondens atq; succedens. *Ego lux* per essentiam tanquam sapientia patris verusque deus, qui sum lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, *In mundum veni*, id est, per
incarnationis mysterium inter homines apparui, atque in C
terris esse cœpi per humanitatem qui ante fui in terra per so 1.Cor.1.
lum diuinitatem. Hoc Christo est proprium, nec aliquis san Iohan 1.
ctorum vnquam hoc dicere ausus fuit. Quanuis enim sancti Baruch.3.
fint lumina quædã, habent tamen aliquid tenebrositatis vel defectibilitatis admixtum. *Vt omnis qui credit in me*, fide formata quæ dum opportunitas adest. agit per dilectionem *In tenebris non maneat*, id est, in vitiis & ignorantiæ nebulis. Galat.5.
Vnde per Esaiam pater ait ad Christum, Dedi te in lucem Esa.42.
gentiũ, vt apperires oculos cæcorum, Fides igitur illumina- Prou.3.
tionem, & purificationem meretur, prout in prouerbiis legitur, Per misericordiam & fidem, purgantur peccata. *Et si quis audierit verba mea* (id est, præcepta & documenta) *& non custodierit ea*, memoriter recolendo, rite credendo & obediendo,

D obediendo, *Ego non iudico eum nunc*, in primo meo aduentu iudicio condemnationis, *Non enim veni vt iudicem* (id est, condemnem & perdam) *mundum*, id est, habitatores terræ, *Sed vt saluificem mundum*, pro hominum culpis satisfaciendo, eisque æternam beatitudinem promerendo, atque faciliter indulgendo, de hoc dicta sunt multa in superioribus, maximè capitulo tertio. *Qui spernit me*, Hoc est non obedit vel ex infidelitate vilipendit me, tanquam purum hominem, vel me reputat seductorem vt infideles Iudæi, Et *non accipit verba mea* (credendo & obediendo) *habet qui iudicet* (id est, condemnet) *eum* tempore suo. *Sermo quem locutus sum*, id est doctrina mea, *Iudicabit*. hoc est, condemnabilem demonstrabit, seu pœna & reprobatione dignum ostendet *Eum in nouissimo die*, sicut lex ciuilis iudicare dicitur furem Vel sermo quem locutus sum, id est, ego ipse qui sum verbum, & sermo patris, secundum quod scribitur ad Hebræos, Viuus est sermo dei: Christus autem expressit seipsum, quoniam docuit se esse hominum saluatorem. *Quia ego ex meipso non sum locutus*, quia vt homo accepi à deo trinitate sapientiam, & quicquid habeo ex tempore, scilicet ab incarnationis exordio.

Iohan. 3.

Iohan. 7.

E

1.Cor.1.
Hebr.4.

¶ Porrò, vt deus æternaliter genitus sum, & sic ex meipso non sum locutus, quia à meipso non sum: sed qui per generationem æternã dedit mihi esse, dedit etiam loqui & sapere, posse & agere, *Sed qui misit me pater, ille mihi mandatum dedit*

F id est, secundum assumptam humanitatẽ præcepit, *Quid dicam, & quid loquar* prædicando in publico, vel seorsum docendo. Pater ergo vel trinitas in incarnatione ostẽdit, reuelauit, & iussit animę CHRISTI, quicquid postmodum dixit. Hoc ait saluator, ad ostendendum, quòd prædicatio sua sit vera & sancta, quia diuinitus iussa, propter quod qui eam non seruant in die nouissimo damnabuntur ab ipso CHRISTI sermone, *Et scio quia mandatum eius* quod mihi dedit & quod ego mundo proposui, *Vita æterna est*, id est ad fœlicitatem æternam perducit, iuxta illud quod apud Matthæum habetur, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et Baruch, Hic liber mandatorum, & lex quæ est in æternum, omnes qui tenent eam ad vitam. *Quæ ergo ego loquor* docendo & prædicando, *Sicut docuit* (id est, reuelauit & iussit mihi, secundum humanitatem assumptam) *pater, sic loquor*, id est,

Mat.19.
Baruch.4.

id est, obedienter, iustè & verè, non deuians aliquo modo à regula æquitatis diuinæ cum humanitas mihi humanita, sit instrumentum animatum, coniunctum, inobliquabile, & proprium verbi seu deitatis. A

¶ Declaratio Capitis. XIII.

Ante diem festum paschæ sciens Iesus quia venit hora eius.

ARTICVLVS. XXXIII.

O Mittit hoc loco, & transilit Euangelista Iohannes magnam partem doctrinæ Christi & operum eius, scilicet prædicationem eius, quàm B fecit in Hierusalem feria secũda & tertia post palmarum, & quomodo insidiosè interrogabatur à Sadducæis & pharisæis & qualiter durissimè redargue- Mat.24.
bat pharisæos ac scribas, sicut etiam instruxit seorsum discipulos suos de consummatione seculi, de persecutione Antichristi, iudicioque finali. Hæc & multa huiusmodi, pulcherrima omisit Iohannes, sciens ea ab aliis Euãgelistis sufficienter descripta. Festinat autem ad describendum præclarissimum illum Christi sermonem, factum in cœna, quem alij Euãgelistæ omiserunt, & ab ipsa cœna sumit amorosum exordium, sicque exorsus est. *Ante diem festum paschæ*, id est, proxima die ante paschalem solennitatem, scilicet luna seu C die 14. primi mensis apud Iudæos, qui ab Aprilili incipiunt Exod. 33.
mensis, in quo patres eorũ ab Aegypto educti sunt, hoc est, feria quinta, proxima die parasceues, in cuius quintæ feriæ vespera incipiebatur paschalis festiuitas, offerebaturque & celebratur agnus paschalis, ita quòd dies parasceues fuit prima dies paschalis celebritatis, loquẽdo de integris festi diebus non tamen fuit celeberrima, sed sabbatum sequẽs. Parasceues quippe vocabatur, quia in ipso parabãt cibos pro illa die & sabbato subsequẽti quod adeò celebre fuit, vt nec cibos pararent in eo, *Sciens Iesus quia venit hora eius*, id est, quod tempus suæ passionis diuinitus præstitutum, de proximo imminebat, *Vt transeat ex hoc mundo ad patrem*, id est de loco huius terrenæ habitationis atque humanæ cõuersationis, tendat per passionem, resurrectionem & ascensionẽ,

B ad pa-

D ad patriam beatorum, ad regnum cœlorum: in quo patet ſpe-
cialiter eſſe & habitare aſſeritur, quanuis vbique verè & ſub-
ſtantialiter ſit, quoniam ibi euidentius ſe oſtendit, & excel-
Ephe.5. lentius operatur. Tranſiuit autem Chriſtus ad patrem ſecun-
dum naturam aſſumptam, & quanuis nõ tranſiuit ad patrem
directè) per loci mutationẽ, eò quòd pater vbiq; ſit, nec di-
ſtat ab aliquo locali diſtantia, ſed per diuinæ atque paternæ
gloriæ ampliorem participationem, id eſt, per corporis ſui
glorificationem, tanſiuit tamen ad locum vbi pater eſſe dici-
tur, puta ad cœlum expyreum per loci mutationem, & cor-
poralis atque ſenſibilis præſentiæ ſubtractionem.

¶ Porrò, ſecundum naturam diuinam, nunquam receſſit de
Iohan.1. ſinu, nec ex corde patris: & quo iuit per humanitatem, ſem-
per fuit per diuinitatem, ſecundum quam manſit & hic vnde
E tranſiuit, *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo*, id eſt, ele-
ctos & prædeſtinatos diſcipulos cæterosq; ſuos fideles, il-
los præcipue viros ac fœminas quę eum corporaliter ſeque-
bantur, quibus & miſit ſpiritum ſanctum in die pentecoſte-
Acto.2. Hos vtique omnesque prædeſtinatos viatores, Chriſtus dile-
xit ſecundum quod deus eſt dilectione æterna & increata;
inquantum verò eſt homo, dilexit eos dilectione charitatis
infuſæ.

¶ Denique, naturali amore diligit omnes, quoad id quod
ſunt ex deo, ſicut & deus diligit omnia quæ ſunt, & nihil o-
Sapien.11. dit eorum quæ fecit, vt ait Sapiens. Hos Chriſtus dilexit ſin-
gulariter & perfectè, ſicut infra loquitur eis, Sicut dilexit
F me pater, & ego dilexi vos: in vita quoq; ſua CHRISTVS
Iohan.15. exhibuit eis ſigna ſeu opera ſyncerriſſimæ dilectionis, in-
ſtruendo, conſolando, à phariſæis defendendo, maximas gra-
tias conferando. vt prædicareẽt & curarent infirmos, dæmo-
neſque fugarent: & breuiter dici non poteſt, nec excogitari
quàm affectuoſè & dulciter, quàm pie & familiariter inter
Mar.10. eos conuerſabatur, fouens eos corporaliter & ſpiritualiter,
Lucæ.9. velut ſi nutrix foueat lactentem infantulum, idcirco tranſi-
Baruch.3. & transformauit totum affectũ eorum in ſe, ita quòd de e-
ius paſſione & corporali diſceſſu audire nil poterant, imò
nec cogitare, *Vſque in finem*, id eſt, perſeueranter vſque ad
mortem, nec dubium, quin & poſt mortẽ, *Dilexit eos*, quod
Iohan.15. maximè patet ex hoc, quòd animam ſuam poſuit pro eis, &
Iohan.18. dum ipſe capiebatur à Iudæis, dixit, Sinite hos abire. Vel ſi-
que

que in finem dilexit eos, quia in vltimo die quo fuit cũ eis, A
paſsibili modo demonſtrauit ipſis, præcipua ſigna amoris,
& maxima munera contulit, tradens eis ſacramentum cor-
poris & ſanguinis, ſacramentumque ordinis: vel in finem, id Mat.26.
eſt, ad hoc vt ad veram beatitudinem (quæ eſt finis noſter) Lucæ.22.
eos perduceret. *Et cœna facta* id eſt, ad effectum non ad fi-
nem perducta. Nondum enim erat finita, vt infra patebit,
ſed agnus paſchalis forſitan erat comeſtus. *Cum diabolus iam
miſiſſet in cor* (id eſt, dudum cordi proditoris ſuggerendo in-
ſpiraſſet) *vt traderet eum Iudas Simonis Iſchariotis*, proditor
iam præfatus, qui fuit de vico nomine Scharioth oriundus,
& ſortè dictus eſt Iudas Simonis, quia filius viri nomine Si-
monis. Diabolo nempe ſuggerente, concepit Iudas propoſi
tum vendendi tradendique Chriſtum, & die præcedenti ven B
dendit eum, atque exinde quærebat opportunitatem, vt tra-
deret eum Iudæis ſine turbis. Vnde in Luca habetur, Intra- Lucæ.22.
uit Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcharioth. *Sciens
Iesus*) ſcientia increata vt Deus, & infuſa vt homo) *quia om-
nia dedit ei pater in manus*, hoc eſt, quod deus pater omni
creaturæ eum præpoſuit, & ſuper omnia poteſtatem ei con-
ceſſit, etiam ab incarnationis principio: quoniam eo ipſo
ego Chriſti humanitas verbo ſuppoſitaliter eſt, vnita eſt o-
mni creaturæ prælata, & habet poteſtatem ſuper vniuerſa
creata, quemadmodum dicit Apoſtolus, Omnia ſubiecit ſub Pſal.8.
pedibus eius. Et Chriſtus apud Matthæum, (data eſt mihi Heb.2.
omnis poteſtas in cœlo & in terra. Chriſtus ergo cognouit Mat.28.
bona ſibi diuitus præſtita, imò & quilibet noſtrum ſcire, & C
aduertere debet beneficia dei quæ fortitus eſt, vt ſit gratus
deo datori. Propter quod ait Apoſtolus, Nos non ſpiritum
huius mundi accipimus, ſed ſpiritum, qui ex deo eſt, vt ſcia- 1.Cor.2.
mus quæ à deo donata ſunt nobis, *Et quia à deo exiuit*, id eſt,
ſciens quòd per incarnationem miſſus fuit à deo in mun-
dum. Exiuit quoque à patre per generationem æternam, iux
ta illud Michææ, Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.
ſciens inſuper Et (quòd) *ad deum vadit*, id eſt, ad patrem iam Mich.5.
peuerteretur per paſsionem & aſcenſionem, vt dictum eſt Ioha.12.
plenius præcedenti capitulo. Hinc ait Pſal. A ſummo cœlo
egreſsio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. *Sur-* Pſal.18.
git à cœna* (manducationem interrumpendo) *& poni* id eſt
depoſuit *Veſtimenta ſua* (vt congruentius obſequiũ ſequens

D impenderet) Et *cum accepisset linteum* quo erat lauandorum pedes tersurus, *Præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim.* Omnia ista fecit per se, vt perfectæ humilitatis præberet exemplum, Et *cœpit lauare pedes discipulorum*, qui forsitan satis immundi atque lutosi fuerunt, quoniam nudis pedibus incesserunt discipuli sicut Christus, Et *extergere*. pedes lotos, *Linteo quo erat præcinctus*, in quo elucescit incomparabilis humilitas Christi, qui cum esset rex regum, & dominus dominantium, pauperum simpliciumque illorum discipulorum pedes lauare, & ante eorum genua se inclinare dignatus est. ¶ Denique, vt Euangelista magnitudinem dignationis & humilitatis istius insinuaret & exaggeraret, præmisit de Iuda, & de excellentia scientiæ atq; potentię Christi: quia ex hoc quod talis ac tantus, tam potens ac sapiens, non solum fidelium discipulorum, sed & agniti proditoris voluit pedes lauare, innotescit huius humilitatis profunditas. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Origenes ordinem verborum istorum attendens, dicit quòd Christus vltimo lauit Petrum, ita quòd ab inferioribus cœpit. Sic enim verba Euangelistæ sonare videntur. Nam dicit quòd cœpit lauare atq; extergere, & sic venit ad Pettum, quasi ascendendo, ita quòd lotio fuit incepta antequam venit ad Petrum. Sed istud Augustino nõ placet, quoniam non est probabile, quin & aliqui aliorum discipulorum expauissent, & Christi obsequium humiliter recusassent, quemadmodum Petrus, quos vtique Christus informasset sicut informauit postea Petrum: quo audito Petrus non recusasset, sicut nec alij recusauerunt, instructione Petri audita. Chrysostomus autem sentire videtur, quòd Iudas ex sua impudentia se primo ingessit, nec renuit. quo loto, Christus venit ad Petrum Sed melius est, vt cum Augustino dicemus, quòd Christus incepit à Petro, nec aliquis se ingessit, sed à principaliori discipulo orsus est Christus.

Apoc.19.

E

F

¶ Ad agumentum igitur Origenis discendum, quòd Euangelista primo recitat factum in generali, dicendo, cœpit lauare: deinde explicat idem in speciali, eo quòd actum est ordine, dicens, Venit ergo ad Simonem Petrum, & talis modus loquendi frequens est in scripturis. Et *dicit ei Petrus*, ex magna humilitute & reuerentia Christi, *Domine, tu mihi lauas*, (id est, lauare disponis) *pedes?* quasi dicat, Tu talis ac tantus, cui dixi, Tu es Christus filius dei viui: cui & turba paulo ante clama-

Matth.19.
Ioan.12.

clamauit, Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel, Osanna in altissimis: tu tantæ sapientiæ, sanctitatis, & potestatis, qui solus sine peccato es inter viros, cuius vestimentorum contactu sanati sunt ægri. Qui mortuo, suscitasti, mihi piscatori & peccatori, mihi idiotæ, impotenti ac fragili, in tam abiecto & infimo actu ministras, antè genua mea te prosternis, tuis sanctis ac venerabilibus manibus pedes meos immundos ac sordidos tangere vis & purgare? Hoc nullatenus decet. O quàm magnus fuit Iesus in oculis Petri, cum dixit, Tu, & quàm paruus fuit Petrus in oculis propriis quãdo adiecit, mihi. *Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio* (id est, facere volo) *tu nescis modo*, id est, causam huius humilitatis atque obsequij nondum intelligis ideo opus istud non scis: quoniam scire est rem per causam cognoscere. *Scies autem postea*, quare hæc facio, scilicet, vt humilitatis exemplum exhibeam, vobisque ista imitanda relinquam. Infra enim Christus hanc rationem assignat: ideo etiam Christus lauat pedes discipulorum antè Eucharistiæ communionem, vt insinuaret, quòd spiritualis lotio affectuum animæ, præcedere debet sacramenti perceptionem. *Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum*, id est, nunquam hoc sustinebo, vt tantum coram me humilieris, qui non sum dignus contigi à te: simili humilitate dixit Petrus in sua vocatione, Exi à me, quia homo peccator sum domine.

Matt.9.
Mar.14.
Mar.6.
Iohan.11.
Mat.9.
Marc.5.
Lucæ.7.
Mat.4.
Luc.5.

A

B

¶ Denique Petrus ista dicendo, habuit zelum dei & Christi eius, sed non secundum scientiam. Debuit enim magistro infallibili, & non erranti, protinus acquiescere & parere, maximè post vnam admonitionem, & viso quòd magister in proposito perseuerauit, sed nimius feruor amoris ad Christum fuit ei sæpe erroris occasio: vnde cum Christo passionem displicaret, meruit mox audire, Vade retro me satana, quia nõ sapis quæ dei sunt: similitudo nunc audit increpatione comminatoria. *Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Hoc de lotione corporali & spirituali potest intelligi. De corporali sic, Si non lauero te, id est, nisi obedieris mihi in hoc, vt lauem tibi pedes, nõ habebis partem mecũ. i. nõ eris particeps gloriæ meæ in cœlo, nõ eris hæres dei, cohæresq; Christi. Petrus enim peccasset mortaliter, nisi Christo consensisset in isto. Nam licet lotio pedum nõ sit de iure naturali vel diuino simpliciter, fuit tamen de iure positiuo &

Lucæ.5.
Rom. 10.
C
Mat. 16.
Marc.8.
Rom.8.

D diuino propter Christi præceptum: sicque fuit necessaria ad
Gene.2. salutem, non ex sua natura sed quoniam iussa, sicut primis pa-
rentibus necessarium fuit non gustare fructum ligni scientiæ
boni & mali. ¶ Si autem quis instet & dicat, quòd Petrus po-
tuisset saluari, quãuis Christus non lauisset pedes ipsius, quo-
niam poterat postea pœnitere de inobedientia illa. Respon-
deri potest, quòd si Petrus nullatenus obedisset in lotione
præfata, meruisset indurari, fuissetq; relictus tanquam incor-
rigibilis & rebellis. Vel verbum Christi, Nõ habebis partem
mecum, intelligendum erat conditionaliter, scilicet si Pe-
Apoc.1. trus in tali voluntate persisteret. Secundò, si non lauero te
per sanguinis mei effusionẽ & aspersionem: de qua lotione
scriptum est in Apoc. Quia dilexit nos, & lauit nos à pecca-
E tis nostris in sanguine suo. Si (inquam) ita non lauero te à
reatu originalis peccati, & à peccatis mortalibus, quæ inci-
dere poteris, imò & incides me ter abnegando, non habebis
partem mecum. Lotio ista pertingit ad animam, per hoc q;
Matt.26. gratia ei infunditur. ¶ Præterea aduertendum, quòd quan-
Marc.14. do Christ° verba hæc protulit, fuit Petrus sine peccato mor-
Lucæ.22. tali, quoniam paulo post subditur, Et vos mundi estis: nõ ta-
men poterat beatitudidem adipisci, nisi per Christi passionẽ
à reatu originalis peccati eriperetur. Quanuis autẽ beatitu-
do patriæ sit bonum spirituale & indiuisibile, perfectum, to-
tum & integrum: sancti tamen dicuntur habere partem cum
Christo, quia consortes sunt beatitudinis suæ, & minus ha-
F bent de fœlicitate quàm ipse, ipsumq; præmium cœleste q;
sortiuntur, est pars eorum, quia est bonum quod inter omnia
Thre.3. bona prouenit eis. Sic enim & deus dicitur pars iustorũ, iux-
Psal.15. ta illud Threnorum, Pars meas dominus dixit anima mea.
Psal.71. Et in Psalmo, Dominus pars hæreditatis meæ. Itemq;, Deus
Num.18. cordis mei, & pars mea deus in æternũ. Vnde ad Mosen al-
Colo.1. de Leuitis, Ego pars eorum. De prædicta verò parte elector-
um cũ Christo, dicit Apostolus ad Colossenses, Dignos nos
fecit in partem sortis sanctorum in lumine. *Dicit ei Simon Pe-
tus, Domine, non tantum pedes meos* à te leuandos expono. *Sed
& manus & caput*, id est, totũ corpus. Totum enim malo la-
uari à te, quanuis prorsus indignus sim, quàm separari à te,
maximè in futuro. *Dicit ei Iesus, Qui locutus est*, id est, in ba-
ptismo purgatus. *Nõ indiget nisi vt pedes lauet*, id est, affectio-
nes purificet, ne circa terrena & caduca iordinatè afficiatur,
Sed

Sed est mundus totus hoc dupliciter accipi potest. Primò sic: A
Sed est mũdus totus, id est, in baptismo ab omni peccato ori-
ginali, actuali, mortali & veniali omnino mundatur, quantũ
ad culpam & pœnam, ita quòd euolaret si statim discederet:
tamen si ad tempus notabile superuixerit, nõ potest esse sine
venialibus, quæ quanuis singula possint vitari, non tamen o-
mnia propter sensualitatis fomitem, & cætera vulnera ani-
mæ: propterea indiget pedes lauare, id est, se ab effectibus ve
nialium emundare quotidie, quoniam iustus septies cadit in
die. Et in multis offendimus omnes. Secundò sic, Sed est mũ Prou.24.
dus totus, id est, si lauerit pedes suos modo iam dicto, tunc Iob.3.
est ab omni culpa liber ac purus saltem frequentur, & ad ali-
quod tempus. Talis ergo non indiget lauare caput, id est, ra- B
tionem superiorem, quoniam illa non consentit peccato, sed
inhæret vacatq; diuinis: nec manus, id est, opera vitæ actiuæ,
cum sint virtuosa in se dummodo affectiones cordis sint lo-
tæ, sed quoniam corruptibili circundatus est corpore, & ter-
ram calcat, indiget iugiter pedes lauare. De quibus in Canti Cantic.3.
cis dicitur, Laui pedes meos. Vel sic, Qui lotus est, id est, per
gratiæ infusionem purificatus à mortali, non indiget nisi vt
pedes lauet, id est, ab istis terrenis infinisq; affectibus se ex-
pediat, sed est mundus totus, id est, si hoc fecerit, mundus est
corde & corpore, secundũ quod dicit Apostolus, Mundemus
nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, *Et vos* (discipu-
li mei) *mũdi estis* id est, à labe peccati mortalis iam alieni, ha-
bentes simplicem oculum ordinatamque voluntatem. Verũ C
tamen perfecti non erant, neque in passionibus plenarie re-
formati, quia in ipsa cœna facta est inter eos contentio quis Lucæ.22.
eorum videretur esse maior. *Sed non omnes*, quia vnus vestrũ
sceleratissimus est. Cur autem Christus exceptionem hanc
fecerit subditur. *Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum*,
Omnia enim præsentia, præterita, & futura distinctè cogno-
uit secundum vtranque suam naturam, *Propterea dixit, Non
estis mundi omnes, Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit* (id
est, reinduit) *vestimenta sua: & cum recubuisset iterum*, id
est, iterum ad mensam sedisset, & ab officio quieuisset. Mysti-
ce quando Christus lauit nos à peccatis nostris per passionẽ
& sanguinem suum, deposuit vestimenta, id est, corpus suum
aduersariis tradidit, vt per mortem separetur ab anima, de Apoc.1.
quo in Esaia dicitur, Quare rubrum est indumentum tuum Esaiæ.53.

 & vesti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D & vestimenta tua sicut calcātium in torculari? Postquam ve-
Esaiæ.63. rò passione completa nos lauit, recepit propriū corpus, quia
diuina potestate suscitauit seipsum. Tuncq; recubuit, quia ad
dexteram patris se collocauit, nō amplius visurus corruptio
nem, nec experturus laborem, *Dixit eis, scitis quid fecerim vo-*
bis, id est, quid per istam lotionem pedum prætendo. Non
quærit ex ignorantia, sed vt discipulos reddat intentos. *Vos*
Acto.7. *vocatis me magister* (propter doctrinam & sapientiam) *& do-*
Esaiæ 15. *mine* propter potestatem & prælationem, *Et bene dicitis* (quia
sic est) *Sum etenim* imò Christus est summus, solus, vnicus-
Iohan.1. que magister, secundum perfectam rationem magistri, quo-
Mat. 23. niam solus intus illuminat effectiue & principaliter. Propter
quod alibi dicit, Vnus est magister vester Christus.

E ¶ Denique, ipse est vniuersalis dominus, ad quē omnes prā-
lati & principes comparantur, sicut ministri ad regem, sicut
media ad finem, sicut instrumenta ad artificem.

¶ Quomodo autem Christo indifferenter conueniat ratio
1.Tim.2. magistri, & domini, secundum eius diuinam naturam atque
humanam, tactum est sæpius. Nec mirum, si Christus nuncu-
pet se dominum ac magistrū, cum & Paulus doctorem se gē-
tium appellet, & multi sanctorū patrum propria bona intel-
dum propalauerint. Non enim sine idonea id causa fecerunt,
Prou.27. sed ad dei honorem, & proximorum ædificationē. Quod ve-
rò Salomon ait, Laudet te alienus, & non os tuum, intelligē-
dum est, quòd homo non debet seipsum inaniter commenda-
re, nec sine efficaci, multumque proficua causa, sibiipsi in vi-
F tutibus testimonium perhibere, cum sit periculosum, & sæpe
speciem mali habens. Porrò Apostoli appellando Iesum do-
minum, ac magistrū bene dixerunt: nō solum quoniam Chri-
stus magister & dominus est, sed etiā quia eius doctrinam di-
scipulariter audierūt, & humiliter eius iussionibus paruerūt.
Qui verò non acquiescunt doctrinæ Christi, neq; obediunt,
inaniter vocant eum magistrū & dominum Ideo alibi loqui-
tur Christus, Quid dicitis mihi domine domine, & non faci-
Malac.1. tis quæ dico? Et Malachias, Filius honorat patrē suum, & ser-
uus timet dominū suū, Si ergo pater ego sum, vbi est honor
meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? De hoc ma-
Esa.33. gistro, & domino Christianorū Esaias pulcherrime proteста-
tur, dicēs, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, do-
minus rex noster, ipse veniet & saluabit vos. *Si* (pro qui) *er-*
go ego

go ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter A
alterius lauare pedes, id est, in corporalibus ministrare, & ad
literā pedes inuicem, pro loco, causa, & tēpore lauare. Istud
enim est præceptū affirmatiuū: sicut & illud quod est in Deu Deute. 6.
terono. Per nomen domini dei iurabis. Quemadmodum er-
go ad iurandum non tenemur, nisi in casu necessitatis, sic nec
ad pedum fratrum lotionem, Verūtamē extra casum necessi-
tatis implendum est præceptum huiusmodi lotionis ad literā
ex debito congruentiæ & honestatis, quando rationabilis se
offert occasio, vel laudabilis consuetudo. Spiritualiter verò
implendum est quotidie, vtpote vt vnus studeat affectum al-
terius purificare orādo, docendo, hortādo, increpando, exē-
plariter conuersando. Voluit autem Christus pedes discipu-
lorum lauare, ne dedignemur fratribus (quāuis inferioribus B
& abiectis) in vilibus & despectissimis ministrare, portando,
tergendo & cætera similia exhibendo. *Exemplum enim dedi*
vobis, vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis, id est, non ver
bo duntaxat, sed opere docui vos quid agatis. Nam in mora- Acto.1.
libus plus mouent facta quàm verba. Vnde in Actis dicitur,
Cœpit Iesus facere & docere. ¶ Expedit igitur pedes alio-
rum lauare multis de causis. Primò, vt Christo conformetur.
Secundò, vt humilitatis Christi memoria cordibus nostris
fortiter imprimatur. Tertiò, vt alii nostræ humilitatis obse-
quio ædificentur. Quartò, quia huiusmodi lotio & corporis
coram alio inclinatio, disponit & excitat ad humilitatem.
¶ Deinceps probat Saluator, ꝙ Christiani debeant eū imi- C
tari in obsequio sanctæ humilitatis & lotionis. *Amen amen*
dico vobis, non est seruus maior domino suo, loquēdo de seruo, ac
domino formaliter, vtpote inquantum sunt tales. Loquendo
autē de eis materialiter, planum est, quòd sæpe seruus sapien
tior, fortior atq; nobilior sit domino suo: quemadmodū Da- 2.Reg. 3.
uid Saule. Saul quippe percussit mille, & Dauid decem mil-
lia. fuitque Dauid de tribu Iuda nobilissima, Saul de genealo Matt.10.
gia Beniamin inferiori, *Neque Apostolus* (id est, legatus seu Marci.3.
missus) *maior est* (id est, dignior est) *eo qui misit illum*, Vnde Matth.10.
nec vos duodecim quos misi ad prædicandum, & Apostolos
appellaui, maiores me estis. Nō ergo debetis abhorrere, aut
verecundari in faciendo quæ ego feci Simili intentione di-
cit Saluator apud Matthæum, Non est discipulus super ma-
gistrum, nec seruus super dominum suum. *Si hæc scitis* Si opus
humili-

D humilitatis quod feci, istamque doctrinam rectè intelligitis
Beati eritis (in patria) *si* (nunc) *feceritis ea*, imitando vestigia
mea, meisque obtemperando doctrinis. ¶ Hæc quippe scien
tia cum sit practica & moralis, ordinatur ad opus, ideo beati
ficat scientem & operantem. Scientem verò, & negligẽtem
Iaco. 4. condemnat: quemadmodum Iacobus ait, Scienti bonũ face
re & non facienti, peccatum est illi. Hinc ait Psalm. Iustitia
illius, scilicet dei in filios filiorum his, qui seruant testamen
tum eius, & memores sunt mandatorũ eius ad faciendum ea.
Vnde secundum philosophos, Quid est virtus scrutamur, nõ
finaliter vt noscamus, sed vt operando boni efficiamur. Sed
Psal. 102. heu multi curiosi, & vani plus studẽt, & appetũt scire, quàm
E facere, apparere quàm esse, reputari quàm operari. *Non de omnibus vobis dico* quòd eritis beati, vel q̃ doctrinam meam
implebitis. Hoc addidit propter Iudam proditorẽ, quem no
uerat fore damnandum: propter quod subditur. *Ego scio quos elegerim*, id est, ad vitam æternã præordinauerim seu prædestinauerim. Sic autem non fuit Iudas electus. Verùtamẽ superius dixerat Christus, Nõne ego vos duodecim elegi, quorum vnum constat fuisse Iudam, sed ibi accipitur electio cõmuniter pro vocatione dei ad aliquam gratiam gratis datã,
vel gratum facientem, siue finaliter consummetur, siue tem
Iohan. 6. poraliter amittatur: quemadmodum ibi dictum est plenius.
¶ Cur tamen Christus sustinuerit Iudam præscitũ & repro
Psal. 40. bum, patefacit, *Sed vt impleatur scriptura* Psalmi. 40. cuius
F exordiũ est, Beatus qui intelligit super ægenum & pauperẽ.
Qui manducat panem meum, id est, domesticus, cõmẽsalis atque discipulus meus, qui de eleemosynis mihi datis nutrieba
Matt. 26. tur, qui etiam panem Eucharistiæ in cœna de manu mea accepit, *Leuabit calcaneum* (id est, plantam pedis sui) *contra me*, id est, me conculcare, suppeditare seu opprimere sataget, ra
dendo me manibus aduersariorum meorum.
¶ Loquitur autem Christus secundum communem modum loquendi, quo dicimus opprimenti, quid me suppeditas? Vnde per pedem hoc loco spiritualiter designatur animositas,
Marci. 14. vel audacia cordis, qua se Iudas Christo opposuit. Allegat autem Christus non verba sed sensum scripturæ. Nostra verò translatio habet sic, Etenim homo pacis meæ in quo sperauí, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. In alio quoque Psalmo idem aliis, atque prolixioribus ver-

bus verbis exprimitur, Etenim si inimicus meus maledixisset A
mihi, sustinuissem vtique, & cætera. Porrò præallegatus psal
mus, 40. de Christi proditione, passione, resurrectione, Iu- Psal. 154.
dæorumque deiectione, aperte conscriptus est: sicut in expo Psal. 40.
sitione libri psalmorũ ostendi, Loquitur igitur Christus se
cundum communem modum loquendi, asserendo se supplãtatum à Iuda quemadmodum & in Esaia habetur, Incurua te vt transeamus, & posuisti dorsum tuum viam transeuntibus.
Calcaneũ quoque sumit pro planta: sicut & Salomõ dicens,
Oculi sapientis in capite eius, oculi vero stulti in calcaneo, Eccle. 2.
Amen dico vobis istud de mea proditione, & proditoris damnatione, *Priusquam fiat, vt cum factum fuerit*, id est, cum me
traditum, & illum noueritis à seipso suspensum, *Credatis*, B
quia ego sum, id est, quòd ego sim, quem me esse affirmo, videlicet Christus filius dei: quoniam futura pure contingentia certe prædicere, cordiumq; arcana cognoscere, ac denu- Matt. 26.
dare, non competit nisi deo, & illuminatis ab ipso. Talia autem deus non reuelat hominibus ad cõfirmandum errorem, Esa. 14.
sed talia Christus cognouit, atque prædixit. Hinc Esaias ait,
Quæ ventura sunt annunciate, & sciemus quia dii estis vos.
Amen amen dico vobis, qui accipit, id est, charitatiue & pie tractat, alit seu hospitat, *Si quem misero*, id est, aliquem ministrorum meorum, *Me accipit*, id est, mihi ministrat, mẽque in membro meo suscipit & honorat: imò rem mihi tam placitam facit, ac si mihi in propria persona talia exhiberet.
¶ Frequenter scriptura loquitur de capite & membris, quasi
de eodem: vnde & Paulo dictũ est sæuienti, Quid me perse- C
queris? Et Zachariẽ dominus loquitur, Qui tetigerit vos, tã Acto. 9.
get pupillam oculi mei. Hinc apud Matthæum ait Saluator, Zacha. 2.
Quam diu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fe Mat. 26.
cistis. *Qui autem me accipit* per fidem & charitatẽ, debitamq;
obedientiam, vel per gratiæ infusionem & spiritualem in habitationem, *Accipit eum, qui me misit*, id est, deum patrem,
imò & spiritum sanctum. Qui enim credit, amat seu venera
tur vnam personam diuinam, totam supersanctam trinitatẽ
honorat, credit ac diligit, honorq; vnius redundat in alium,
nec trinitas (quãtum ad inhabitationem in cordibus electorum) separabilis est, cum omnia opera eius sint indiuisa.
¶ Postremò pensandum, quòd Christus in cœna præcipuè
dedit, & docuit duo documẽta, hæcq; docebat factis & verbis,

D bis, videlicet humilitatem & charitatē. Docuit enim humanitatem facto, pedes discipulorum mundando & extergēdo: deinde verbo, adiiciens, Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Et, Non est seruus maior domino suo: multaque talia
Lucæ. 22. quæ alii Euangelistæ describunt: vt est illud apud Lucā, Qui
Ibidem. maior est vestrum, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Rursusque, Ego (inquit) in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Secundò, docuit charitatem. Primò in opere, donans corpus suum, & sanguinem in spiritualem animæ refectionem: deinde in verbo, Mandatum (inquiens) nouum do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Et, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionē ha-
E bueritis ad inuicem. Quoniam ergo Christus in nouissima
Mat. 26. cœna hæc duo tam singulariter commēdauit, debemus præ-
Marci. 14. cipuè ad humilitatem, & charitatem studere, ac tēdere: quo-
Iohā. 13. niā totius spiritualis ædificii basis est sancta humilitas. Charitas autem est turris structuræ virtutum.

¶ Prosecutio huius Cap. XIII.
Quum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu.

ARTICVLVS. XXXIIII.

Ost manifestationem proditoris obscurā, pandit Christus apertius proditorem. *Quum hæc*,
F P quæ in præcedenti articulo exposita sunt, scilicet, Qui manducat meum panem, leuabit con-
Psal. 40. tra me calcaneū suum, *Dixisset Iesus, turbatus est spiritu*, id est, in anima, quantum ad partem sensitiuam vehementer affectus, seu naturali timore instantis passionis commotus, atque dolore compassionis miserrimi Iudæ cōcussus. Hæc autem turbatio non fuit inordinata, nec rationem præueniēs, sed potestatiue assumpta, nec fuit in superiori animæ parte. Quomodo autē & cur Christus tales passiones assumpserit, in duobus præcedentibus capitulis plene tractatū est.
Iohan. 11. Quod enim nunc ait, quòd Iesus turbatus est spiritu, eūdem
Iohan. 11. habet sensum cū verbo, quod dixit præcedēti capitulo, Nūc anima mea turbata est. ¶ Si vero quæratur, an fuerit turbata anima, & corpore. Dicendū, ꝙ passiones naturales cum sint in appetitu sensitiuo, sunt communes animæ, & corpori, & in

in vultu apparēt. Sic & in isto turbatio fuit in anima, & cor- A
pore, sed sicut in anima non fuit interior deordinatio, sic in vultu nō fuit inhonnesta distortio: fuit tamē: ibi cōgrua quædam immutatio, interioris dolorosæ affectionis indiciū, etatque discipulis vehemēter pœnosum, & graue huiusmodi afflictionem & mœstitiam videre in prædicto magistro, qui se semper habuit ad eos tā solatiosè, gratiosè, & dulciter. Et *protestatus est* veritatem de sua proditione. Et *dixit*, *Amen amen* hoc est, verè, verè. Replicatio quoque ista certitudinis signum est, & excitatio mentis ad aduertendum. *Quia vnus ex vobis me tradet* hac nocte. *Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli*, id est, vnus inspexit alium ex admiratione, si forte vnus eorum posset alteri aliquid certi de hoc intimare, *Hæ-* B
sitantes, hoc est. dubitantes, *De quo diceret*, id est, quem discipulorum notaret dicēdo, vnus vestrū. Quilibet enim eorum præter Iudam fuit sibi conscius de bono affectu ad magistrum, & quòd nil tale proponeret idem quoque de condi
scipulis existimauit. Veruntamen certi de veritate verborū Mat. 26.
Christi, & quòd magna esset fragilitas infirmatis humanæ, Marc. 14.
putabant sic futurum, sed dubitabant per quem: imò secun- Lucæ. 22.
dum Hieronymum quilibet eorum timuit sibimetipsi. Puto quòd Iudas ne notaretur, etiā aspexit ad alios quasi attonitus, cum tamē sciret se tangi atque notari: imò vt alij Euangelistæ testantur, cū discipuli valde contristati dicerēt Christo singulatim, Nunquid ego sum domine? etiam Iudas interrogare audebat, Nunquid ego sum Rabbi? *Erat ergo recun-* C
bens, id est, amicabiliter & familiariter reclinatus seu quiescens, *Vnus ex discipulis eius in sinu Iesu*, nam brachium huius discipuli erat in sinu Iesu, & caput eius fuit ad pectus Chri-
sti ad cuius latus sedebat, vnde infra mox dicitur, Cum recu Iohan. 12.
buisset ille super pectus Iesu *Quem diligebat Iesus*, id est, amicabilius, familiariusque se habebat ad eum, ostendendo ei specialia signa amoris, quorum præcipuū fuit, quòd fecit eū recumbere super pectus suum & in sinu, quemadmodū fieri solet charissimis pueris. Denique per hanc circūloquutionem intelligit Euangelista Iohannes seipsum. Est enim consuetudo actorum scripturæ canonicę, vt loquātur de se quasi de aliis. *Innuit ergo huic* (discipulo) *Simon Petrus, & dicit ei* id est, innuēdo dixit, vel potius sine prolatione uerborū, quodam signo exteriori indicauit. *Quis est de quo dicit* quod tradet

D det eum? Si nosti, indica mihi, vt impediam tantum piaculum vel si ignoras, quære silenter à magistro, & tũc mihi reuela. Petrus in omnibus inuenitur in Christi amore feruẽtior, propterea, & nunc præ cæteris solicitatur, angustatur, & scisci tatur. imò secundum Augustinum, si sciuisset proditorem, dentibus eũ dilaniasset, quod intelligẽdum est, si potuisset, quia & Iudas erat robustus, si Christ⁹ permisisset, qui hoc nequaquam admisisset. ¶ Quare Petrus more solito nõ interrogauit per seipsum? Dicunt aliqui, quòd non audebat, quoniã increpatus iã fuit de incauta loquutione, Nõ lauabis mihi pedes in æternum: forte non sedit tam apte ad inquirendũ occulte sicut Iohannes: vel quia plus confitebat de familiarita
E te Iohannis, quam sua. *Respondit Iesus* (Iohanni silenter,) *ille est cui intictũ panẽ ego porrexero.* Iste panis non fuit cõsecratus, nec sub eius speciebus fuit corpus Christi, sed sub pane
Lucæ.22. non intincto, recepit Iudas corpus Christi quemadmodũ di-
Mat.26. scipuli alij: imò secundum ordinem narrationis Lucæ Euan-
Mar.14. gelistæ, cosecratio corporis Christi, & communicatio discipulorum præcessit verba Christi de proditore, Sed secundũ ordinem recitationis Matthæi & marci aliter fuit, vnde non videtur certum quid horum præcesserit. *Et cum intinxisset panem* id est, paruũ frustum panis in calice vel catino, *Dedit Iudæ Simonis Iscariotis.* Iohannes tamen Christo sic ordinãte non apperuit Petro, quod didicit, ne in mẽsa pacis oriretur grandis turbatio. *Et post bucellam* id est, statim post prædicti panis intincti sumptionem à Iuda tunc *Introiuit in eum Sa*
F *tanas*, id est aliquid de nouo, & abundantius, quàm ante operabatur in proditore, Nam ante bucellam introiit Iudam: sicut in principio huius capituli dictum est, sed nunc totaliter occupauit eum, ita quòd à proposito pessimo nõ poterat reuocari. Nec dubium, quin etiam dæmon intrauerit Iudam, quando corpus & sanguinem Christi sumpsit indigne.

¶ Dicitur autem diabolus hominem introire, non quòd illabatur essentiẽ eius, sed vbi operatur ibi est: estq; in loco diffinitiue, & infra terminos hominis dimẽsiuos continetur, atque in sensibus interioribꝰ operatur, non autẽ directe in intellectu secundum Thomam. ¶ Præterea Satan intrauit in Iudam, non propter bucellæ malitiam, sed propter ipsius Iudæ ingratitudinem, incorrigibilemque duritiam, qui tot beneficiis & obsequiis sibi à Christo impensis, toties quoque à Christo

Christo modeste, occulte, & patiẽtissime increpatus, nõ pœ- A
nituit, neque cessauit, quousque conceptũ malignitatis affectum deduxit in opus: vel forsitan Iudas considerauit se per bucellã reserari à Christo ipsi Iohanni: quo viso exasperari cœpit, & indignari, sicque dæmon plus quàm ante possedit vasculum suum. *Et dicit ei Iesus Quod facis* id est, facere Mat.26.
intendis & optas, *Fac citius* eundo ad principes sacerdotum Psal.72.
vt me tradas eorum ministris, quos intendis tecũ adducere. Ibidem.
Hoc Christus dicit non exhortando, consulendo, vel impetando, sed permittendo & prænunciando: sicut sæpissime ait in psalmis, Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorũ. Et obscurentur oculi eorum ne videãt. Item quòd ait, citius non dicit desiderando festinatũ iniquitatem Iudæ, sed cele- B
rem redemptionem naturæ humanæ: & quoniam hora passioni præfixa iam proxima fuit. *Hoc autem nemo sciuit discũbentium*, id est, discipulorum, qui cum Christo edebant, & adhuc ad mensam sedebant, *Ad quid* (Christus) *dixerit ei* Videlicet Iudæ, id est nullus discipulorũ intellexit sensum horum verborum, præter Iudam. Et mirũ sit Iohannes, cui Christus proditorẽ propalauit, nõ intellexit hæc verba, Ad quod dici solet, quòd Iohannes auditis verbis Christi, & cognito proditore tam tristi fuit atque attonitus, quòd nõ aduertit verba sequentia: vel forte Iohannes dicendo, nemo discumbentium excipit seipsum sicut, & Iudam, quia nunc dixit, ꝙ Christus sibi ostendit proditorem, per quod innuit se verba sequentia intellexisse *Quidam enim* (discipulorum) *putabant* C
quia loculos habebat Iudas, i. repositoria, in quibus posuit, & portauit eleemosynas Christo datas. De loculis istis dictum Iohan. 12.
est plenius in præcedenti capite *Quod dixisset.* i. verbis prę inductis significasset, *Ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diẽ festum*, i. victualia pro die paschæ necessaria, *Aut vt egenis aliquid daret.* Quoniam enim Iudas procurator Christi habuit loculos, Christus ad hæc duo voluit eleemosynas capere secũq; deferre, vt & ipse atq; discipuli eius ex eis vescerentur & de reliquo pauperes alerentur, seu vestirentur.

¶ Queritur, quomodo discipuli ista putabant, cum Christus ei prædixerit, quòd sexta feria occideretur, iãq; protestatus fuit, quòd ab vno eorum esset tradendus? Dicendum ꝙ præ tristitia, turbatione, atque angustia, vix spiritum habebant, ne pensabant, quæ audierunt. Non tamen putabant verba Christi

D Christi sibiinuicem esse contraria, aut non vera: & forte q̃ Christus nondum determinauit eis certam horam tempore huius cœnæ, vel quòd in nocte instante caperetur, sed hoc postea retulit eis, sicut post pauca subiungitur. *Cum ergo accepisset ille* (proditor) *bucellam* intinctam in ore, & eam manducasset. Aliqui tamen dicunt, quòd accepit eam dũtaxat in manu, *Exiuit continuo* agitante diabolo, qui animã eius penitus indurauit & excæcauit. Vnde ait Psalmista, Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. *Erat autem nox* quæ est tempus magis aptum ad huiusmodi opera proditionis, quàm dies: erat quoq; densissima nox in cordæ Iudæ, quia calligine impietatis & falsitatis erat repletus, & certũ est, q̃ cœna celebrata poterat esse nox. *Cũ ergo exisset Iudas ad prodẽdum Iesum, dixit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis* Hoc quadrupliciter accipi potest. Primò, de filio hominis, quantũ ad corpus eius mysticum, vt sit sensus, Nunc clarificatus est filius hominis, id est, per recessum filij perditionis, seu Iudæ à societate mea purgatum est corpus meum mysticũ, collectio discipulorum meorum, hæc mea ecclesia id est, à cõmixtione pestiferi emendata. Decor autem & impuritas discipulorum, redundat quodammodo in magistrum, ideo falsis discipulis abdicatis, clarificatur magister. Secundò sic, Nũc clarificatus est, id est, verax & iustus ostensus est filius hominis per hoc quòd vitiosum discipulũ à se remouit, dicẽdo, Quod facis, fac citius. Tertiò, secundum Augustinum & Bedã, Nũc clarificatus est filius hominis, id est, per separationem Iudæ ab electis discipulis, præfigurata est clarificatio Christi, quã habebit in die iudicij quando separabit prædestinatos à reprobis, sicut separat pastor agnos ab hœdis: per quã segregationem omnibus declarabitur veritas atque iustitia Christi. Quarto sic. Nunc clarificatus est, id est, in proximo est, vt per passionem & resurrectionem, ac diuersa miracula clarificetur, seu verè ac sublimiter agnoscatur filius hominis, sicut nunc sæpe præhabitum est, *Et deus* pater vel trinitas, *Clarificatus est in eo*, id est, Christo, quoniam quicquid Christus vt homo fecit, dixit & pertulit, totum retulit, totumq; cessit ad honorem, & gloriã patris ac trinitatis. Vnde superius dixit, ego nõ quæro gloriam meã, sed honorifico patrẽ meũ. Et iterum, Ego quæ placita sunt ei facio semper.

Mat.25.

Iohan 8.

Ibidem.

¶ Dicitur autem deus pater vel trinitas per Christũ hominem

hem clarificatus non in se, sed in cordibus hominum, qui per Christũ ad dei veram notitiam, cultumq; deuotum perducti sunt. simili modo dicitur deus ab hominibus sanctificari, magnificari, seu exaltari. *Si* (pro quia) *deus* (pater seu trinitas) *Clarificatus est in eo*, id est, per Christum modo iam dicto. *Et deus* pater seu trinitas *Clarificabit* id est, gloria immortalitatis ornabit, *Eum* videlicet Christum quantum ad corpus assumptum, *In semetipso* id est, in se deo patre, vel trinitate, in quo consistit beatitudo Christi, secundũ quod homo est. Vnde dicit in semetipso ad innuendum cœlestem, ac sempiternam glorificationẽ corporis Christi, quam clarificationem promeruit Christus honorando & clarificãdo deũ secundum modum præfatum: iuxta illud Apostoli, Factus est obediens vsque ad mortẽ, propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, *Et continuo clarificabit eum* i. statim tertia eum die resuscitabit, corpore glorificabit, & hominibus reuelabit. Hoc cõstat impletum in die paschæ, sicut Christus prædixit in psalmo, Non derelinques animã meã in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et in actis Petrus, Deus (inquit) patrũ nostrorum glorificabit filium suũ Iesum. Per Esaiam quoque Christus testatur, Glorificatus sum in oculis domini. *Filioli*. filiolos vocat discipulos, quia adhuc pusilli fuerũt, seu imperfecti vel ad insinuandum teneritudinẽ dilectionis suę ad eos. *Adhuc modicum* i. pauco tẽpore *Vobiscum sum* eo modo quo nunc, puta in carne passibili, & in conuersatione cõsueta ac naturali. Sic enim non fuit cum eis, nisi vsque ad horam suæ captionis seu mortis. Secundũ hunc modum existendi dixit Christus per passionem discipulis, Hæc sunt verba quę locutus sum vobis, cũ adhuc essem vobiscũ. Sed quoniã in Actis habetur, quòd Christus post passionem suã apparuit suis per dies 40 potest sic accipi, Adhuc modicũ, videlicet vsq; ad ascensionem, vobiscum sum visibiliter, quãuis impassibiliter. *Et sicut dixi Iudæis, Quo ego vado* id est, ad patrem & regnum cœleste *Vos non potestis venire*, quanuis sitis in statu salutis quia nunc dixi quòd mũdi estis, nisi ego primo intrauero, & ianuam regni aperuero, seu moriẽdo, vos à reatu originalis peccati fecero liberos. Hec verba videlicet, quò vado, non potestis venire, Dixit Saluator Iudæis, quæ illi nõ intelligẽtes dixerunt, Nunquid in dispersionẽ gentium iturus est? Itẽ

A Deut 15. 2.Re.7. Iudith.13 Ezec.38. Esa. 2. Zach.14. Philip.2.

B

Psal.51. Acto.3. Esaiæ.49.

C

Lucæ.24. Acto.1.

Iohã.7.

C alio

D alio loco, quando peruersi Iudæi dixerunt, Nunquid interficiet semetipsum? Et *vobis dico modo* pro speciali, & maximo documento. *Mandatum nouum*, i. à vetustate peccati eripiens animam, eamque spiritualiter innouans, *Do vobis* (videlicet) *vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos* id est, spiritualiter, sancte, & ordinate, non carnaliter, nec lingua duntaxat, sed opere, & veritate. ¶ Christus autem dilexit nos ordinatissime, & efficacissime ac feruentissime. Sic ergo vnus nostrum alium debet amare ordinate, vtpote ad vltimū finem, qui est æterna fœlicitas, efficaciter subueniēdo ei in omnibus necessariis atque vtilibus, præsertim in spiritualibus, imò ponēdo animā suā proximo suo in certo casu, vt dictū est. Item fueruēter, vt magno affectu desideret omne bonū alterius, Deniq; ad

E insinuandum, quàm diligenter sit obseruandum istud præceptum, Christus repetiuit, *Vt & vos diligatis inuicem*. Hinc Petrus exhortatur, Ante omnia mutuā in vobismetipsis charitatē continuā habētes, quoniam charitas operit multitudinem peccatorū. De hoc charitatis præcepto multa pulchra atque magnifica scribit Iohannes in prima sua canonica, vt est, Qui diligit, in lumine permanet. Qui odit fratrem suum in tenebris est & in tenebris ambulat, & nescio quò eat, quoniā tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Qui nō diligit, manet in morte. Itaq; præceptum de dilectione proximi nouum à Christo vocatur, non quantum ad tēpus, quia in veteri testamento traditū fuit. Vnde cum scriba interrogasset, Quod

F est mādatum magnum in lege? Christus respondit, quòd primum, maximumque mandatum fuerit legis, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. Secundum autē (inquit) simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed dicitur nouum, quoniam renouat obseruantē. Vel dicitur nouum, quantum ad modum tradendi, quia in nouo testamento præcipitur frequentius, excellentius, & latius, quàm in veteri lege. Nihilominus Christus diu ante cœnam dedit istud præceptum, videlicet in sermone quem fecit in monte, vt patet in Matthæo, Ibi enim præcepit inimicos amari.

¶ Quæritur, quum præceptum diligendi deū sit summum, primum, & maximè renouatiuum, cur de dilectione proximi ait Saluator, præceptum nouum do vobis, vt diligatis inuicem? Dicendum, quòd ideo, quoniam dilectio dei & proximi inseparabiles sunt. Eadem nempe est charitas habitualis qua deus,

Hier.31.

1.Pet.4.
Iohā.12.
Ibidem.
Exod.20.
Deut.6.
Mat.22.
Marci.12.
Lucæ.10.

Matt.5.

Lucæ.6.

deus, proximusq; diligitur, quoniā ratio diligendi proximum A
est deus. Vnde scriptura quandoq; constituit perfectionem in dilectione dei, vt omnibus constat, quandoque in dilectione proximi, vt cum dicit Apostolus, Qui diligit proximum, legem impleuit: quādoq; in dilectione dei & proximi, vt cum asserit veritas, In his duobus præceptis, tota lex pendet & prophetæ. Verùm hæc intellgenda sunt, inquantum in dilectiōe dei includitur dilectio proximi & econtra. Absolutè verò loquendo, summa perfectio consistit in actu charitatis, maximè dei, propter quod dicit Apostolus, Finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. *In hoc cognoscent* id est, cognoscere poterunt, *Omnes* ritè considerantes, etsi non certitudinaliter, tamen coniecturaliter & satis probabiliter. *Quia discipuli mei estis*, id est, veraciter Christiani, & meis sermonibus obedientes, *Si dilectionem* nō carnalem vel naturalem, sed diuinam, & spiritualem, infusam & meritoriam, puram atq; gratuitam, *Habueritis ad inuicem*. Quanuis enim per alias quasdam virtutes hoc possit cognosci, videlicet per humilitatem & verā patientiā, per audientiā verbi dei, maximè tamen per dilectionem cognoscitur, cum ipsa sit vita animæ, origo, forma, & finis virtutum, pertinens maximè ad gratiam gatum facientem.

Rom. 13.
Mat. 22.
1.Tim. 1.
B

¶ Denique sicut apud Matthæum loquitur Christus, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: nec ait, Discite à me mundū creare, miracula facere, dæmonibus imperare, cordiū arcana cognoscere: sic loco præsenti disseruit, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem, & non ait, si miracula feceritis, si omniū gentium linguas noueritis, si dona prophetiæ, sapiētiæ, scientiæ, fortiti fueritis, vel alia quælibet bona ad gratiam gratis datam spectantia, quoniam omnia hæc bonis & malis extant cōmunia, quo docemur super omnia, & in omnib⁹ dilectionē exquirere, custodire, & cōsummare, sine qua nihil nobis prodest, vel sufficit ad salutem. Propter quod dicit Apostolus, Si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Matth. 11.
C
1.Cor.13.

¶ Postremò, & hoc intuendū, quòd qui vnum hominē odit nec deum, nec aliquem alium, neque seipsum veraciter diligit. Est enim in mortali peccato, ideo omnē hominē quantumli-

D tumlibet aduersantem, amare necesse est. *Dicit ei Simon Petrus*
Matth.5. *Domine quo vadis?* Hoc Petrus interrogabat ex feruore & pia
præsumptione: nam & paulo ante audiuit à Christo, quò ego
vado, vos non potestis venire. Petrus ergo ex feruore cupiẽs
ire cum suo magistro, & ex pia (quãuis incauta) præsumptio-
ne, arbitrans se potentem ad omnia sustinẽda propter Chri-
stum, scisciatur Christũ quò iret, tanquam diceret, Sequar te
per ignem & aquã, soláq; mors auferet me à te in vita præ-
senti, & per huiusmodi mortem, merebor tecum æternaliter
permanere in patria. Christus autem non directe respondet
Petro, sed cogitationi eius occurrit, præsumptionemq; re-
primit, subdẽs, *Quo ego vado nõ potes me sequi modo*; id est, nõ-
dum tantæ perfectionis es, vt possis propter iustitiam mori,
E vel per mortem martyrij patriam ingredi: sed oportet vt ego
pro te & ante te moriar, atq; moriẽdo tibi gratiã perfectio-
nis merear, quam consequeris, cùm misero tibi spiritum san-
ctum, & extunc verè paratus eris mori pro me, & ingredi re-
gnũ cœleste post me: vnde subiungitur, *Sequeris autem postea*
nam postea crucifixus est propter Christum Romæ. *Dicit ei*
Petrus ex indiscreto feruore, & cõfidentia propriarũ virium
inordinata *Quare non possum te sequi modo* quasi dicat. Vtiq;
possum. ideo addit, *Animam meam pro te ponam*. i. meipsum,
seu vitã corporalem pro tuo amore, & pro te finaliter posse
dendo morti exponam. Quanuis hoc falsum fuerit materia-
liter pro tempore dominicæ passionis, quia oppositum acci-
dit, tamen formaliter verum fuit, quoniam Petrus sic intẽde-
F bat. Sed quomodo audebat tam apertè contradicere verbis
Christi? Nunquid voluit Christũ probare mendacem? Non
vtiq;, sed forte putauit verba Christi mystice intelligendã,
vel præ auisando prolata, ita q̃ pertinerent quasi ad prophe-
tiam cõminationis, quæ aliquando nõ impletur. *Respondit Je-*
sus, *Animam tuã pro me pones* hac vice Hoc dicit Saluator non
affirmando, sed pie insultãdo & abnegando. propter quod
subditur. *Amen amen dico tibi, non cantabit gallus hac nocte, de-*
nec id est, quousq; *Ter me negabis*. Idem dicunt Matth. & Lu-
Mat. 26. cas, sed videtur contrarium quod apud Marcũ legitur, In
Lucæ.122. hac nocte antequam gallus bis vocem dederit, ter me es ne-
Mar.14. gaturus Dicendum quòd per gallicantũ iutelligitur totum
exercitium galli in cantando, videlicet cantus eius vsque ad
consummationem, seu cantus sui terminationem.

¶ Decla-

¶ Declaratio Capitis. XIIII. A

Et ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrum.

ARTICVLVS XXXV.

Nsuper videns Christus animas discipulorum
vehemẽter desolatas. Primò, quoniam se mox
I moriturũ asseruit. Secundò, quia ab vno ipso
rum se dixit tradendum. Tertiò, quia Petri ne-
gationem prædixit, imò (vt alij referũt Euãg.) Matth.26.
quando Petro hoc dixit, cæteris quoque discipulis loqueba- Marc.14.
tur, omnes vos scandalum patiemini nocte ista in me. Hinc Lucæ.22.
igitur turbantur vehementissime, intimeque dolebant, præ-
sertim quoniã Christi mox futuram resurrectionem, suam- B
que ab illo consolationem nõ attenderunt. Mittigans ergo
Christus eorum mærorem, *Ait discipulis suis, Nõ turbetur cor* Iohan. 12.
vestrum. Supra dixit Christus, Nunc anima mea turbata est, Ioh. 11.
& in cœna turbatus est spiritu: quomodo ergo nunc ait disci Ioan.13.
pulis, non turbetur cor vestrum, præsertim quum eius actio
sit nostra instructio: & ipse cœpit facere & docere? Dicendũ
quòd ibi dictum est de turbatione inferioris partis animæ
sponte assumpta, quæ sequitur rationem, nec actum intelle-
ctiuæ patris obfuscat, nec mentis tranquillitatem diminuit.
Christus verò nunc admonet de turbatione inordinata, ra- C
tionem præueniente, & impediente, quæ paci & trãquillita-
ti opponitur: quæ turbatio consurgit ex passione animi im-
moderata, puta tristitia, dolore, ira, Talis igitur turbatio est Acto.1.
abiicienda in omni aduersitate, per verã ac stabilem patien-
tiam, & studendum est paci internæ. *Creditis in deum*, verum
& viuum, omnium creatorem. Forte discipuli nondum ha-
buerunt explicitam, resolutamque fidem de trinitate: sicut
nec de diuinitate Christi, quanuis Christus vtrunque fre-
quenter insinuauerit eis: rudes quippe fuerunt, nõ intelligen
tes quæ dicebantur, *Et in me credite*, quoniam ego sum deus
Consequens enim est, vt, qui credunt in deum, credãt in me:
imò qui non credunt in Christum, non habent fidem forma- Psal.45.
tam, nec credunt in deum, sed infideles censentur.

¶ His verbis Christus suam diuinitatem demonstrat, quo-
niam non est credendum in aliquem, nisi in verum deũ, cum
fides sit virtus theologica, cuius obiectum est deus seu veri-

 tas

D tas prima, quanuis alicui vel per aliquem posit credi, quem-
Ioan.1. admodum de præcursore inductum est, Hic venit in testimo
nium, vt omnes crederent per illũ, Denique his verbis osten
dit se Christus sic occidendum, vt tamen incessanter perma
neat viuus, potens seipsum suscitare, suosque discipulos, quos
corporaliter deseruit, conseruare, per quod consolatur mœ-
stos discipulos, quos rursus consolatur, commemoratione, &
pollicitatione futuræ fœlicitatis. *In domo patris mei* id est, in
ecclesia triumphante, in cœlesti beatitudine, in patria bea-
torum. *Mãsiones multæ sunt*, id est, diuersi gradus premiorum,
varię dignitates & distinctiones in participando fruitionem
bonitatis diuinæ, secundũ quòd in præsenti vita fuerint gra-
dus atq; distinctiones meritorum, quibus præmia correspon
E dent. Et charitatis feruori correspondet, ac datur præmium
essentiale, quod est visio dei per speciem, propter quod visio
dei in mentibus comprehensorum distinguitur quantum ad
gradum perfectionis, secundum quod vnus in via feruentius
dilexit deum quàm alter. Vnus enim clarius intuetur, ac dul
cius atque perfectius fruitur deo quàm alter, quoniam chari-
tatis affectio apperit, capacemq; efficit mentem amãtis amã
ti. Vnde qui ardentius deum dilexit, plenius eum participat
possidet, retinet. ¶ Oportet scire, q̃ beatitudo ista seu di-
uina fruitio dupliciter consideratur. Primò, per comparatio-
nem ad suum obiectum, quod est deus, & sic vna est æqualis,
Mat.20. & indistincta, qui ex parte dei non habet gradũ aut differen-
tiam. Vnde omnibus in vinea dei laborantibus, dicitur idem
F denarius dari diurnus, per quem vita designatur æterna. Se-
cundò, per cõparationem ad subiectum, quod est mens crea-
ta deo vnita, sicque diuersificatur, multiplicatur, distinguin-
tur, secundum modum prætactum. Porrò in patria ex spiriti-
bus angelicis & humanis, seu angelis & hominibus, vna con
stat & resultabit ecclesia, quæ vocatur triumphans, ita quod
singuli hominum electorum ad aliquem pertinebũt chorum
seu ordinem angelorum: sicq; secundum differentiam ange-
licorum ordinum, accipi potest diuersitas cœlestium mansio-
num, quæ non est corporaliter accipienda. Vbi vitandus est
error Eustrachij, qui dixit ex hominibus prædestinatis deci-
mum chorum constitui, ita quòd præter Christũ, & eius bea-
tissimam genitricem, nullus hominũ posset ad angelicę bea-
titudinis parilitatem, imò nec ad angelorum infimi ordinis
æqua-

qualitatem pertingere, quantumcunque proficeret. De his A
differentibus mansionibus domus patris æterni accipi po-
test quod dicit Saluator, Facite vobis amicos de mammona Lucæ.16.
iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna taber
nacula. Quemadmodum enim viatores in quibus deus per fi
dem & gratiam habitat, dicuntur domus, templum & eccle- 2.Cor.6.
sia dei, dicente Apostolo, Templum dei sanctum est, quod Heb.3.
estis vos. Rursusque, Christus fidelis fuit in domo sua, quæ
domus sumus nos: sic cõprehensores, in quibus habitat deus
per gloriam, dicuntur domus & templum, atque triumpha-
trix ecclesia patris, de qua in Apoc. habetur, Ciuitas nõ eget Apoc.21.
sole neque luna, nam charitas dei illuminabit eam, & lucer- Galat.4.
na eius est agnus. Et ad Galatas apostolus ait, Illa quæ sur-
sum est, Hierusalẽ libera est, quæ est mater nostra. In hac do- B
mo multæ sunt mansiones, quoniam mentes istorum deus di
uersis modis inhabitat. Nihilominus potest per domum pa-
tris intelligi ipsum cælum empyreum, quod est summi regis
palatium, locusque beatorum, in quo sunt multæ mãsiones,
quia in ciuibus huius loci sunt distinctæ præmiorum partici-
pationes. *Si quo minus*, id est, si aliter esset, seu minus quàm
vobis nunc dixi, videlicet, si iam in domo patris mansiones
multæ non essent, *Dixissem vobis* quod subditur, *Quia* (id
est, quòd) *vado vobis parare locum*, id est, mansionem in do-
mo patris cælestis. Sed hoc dicendum non fuit, quoniam
iam paratæ sunt mansiones istæ ex parte dei, qui tantæ boni-
tatis, potestatis & sapiẽtiæ est, quòd paratus est omnibus cor C
mundum habentibus dare mansionem in domo sua cælesti. Mat. 25.
Hinc in Matthęo inducitur, Venite benedicti patris mei, pos-
sidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Et *si
abiero*, id est, in ascẽsione à vobis corporaliter recessero cæ-
lum introeundo, *Et præparauero vobis locum*. Quomodo in-
telligendum est hoc? Iam enim dixit mansiones esse paratas.
Qualiter ergo vadit vt præparet eas? Dicendum, quòd man-
siones paratæ sunt quantum est ex parte dei, sed qui ad eas
peruenient, indigent præparari à Christo, vt digni sint ad il-
las perduci. Est itaque sensus, *Et præparauero vobis locum*,
id est, spiritum sanctum misero vobis, per cuius virtutem &
gratiam præparabimini ad adipiscendum locum mansionis
cælestis. Vel præparat Christus locũ electis, interpellando,
secundum quod homo est, deum patrem pro ipsis, quemad-

 modum

D modum ad Hebræos dicit Apostolus, Non in manufacta sa-
Roma.8. cta Iesus introiit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum,
Hebr. 9. vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Et alibi, Qui etiam
(inquit) interpellat pro nobis. *Iteram venio*, id est, in mor-
te cuiuslibet vestrum redibo ad vos saltem inuisibiliter, se-
per effectum, & per angelos quos mittam, vt animas vestras
adducant ad meum tribunal, *Et accipiam vos ad meipsum*, id
est, mihi vos copulabo loco & gloria, transferendo animas
vestras de via, peregrinatione, atque exilio ad patriam, vt
vbi sum ego, id est, in regno cœlesti, in quo ego iam sum per
Iohan.3. diuinitatem. Nemo enim ascendit in cælum, nisi qui descen-
dit de cælo filius hominis, qui est de cælo. Vel, vbi ego sum,
i. in tali beatitudine, qualem anima mea nunc habet videndo
E deum per speciem, *Et vos sitis* quantum ad animam ante
diem iudicii. Animę enim cum fuerint ab omni reatu immu-
Acto.1. nes, mox perducuntur ad patriam, iuxta illud diui Pauli, Sci-
mus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis
dissoluatur, quòd ædificationē habemus ex deo, domū non
manufactam æternam in cælis. Quidam exponūt sic, Iterum
venio, id est, in fine mundi visibiliter redibo, secundum quod
in actis Apostolorum angeli dicunt, Quemadmodum vidi-
stis eum euntem in cælum, sic veniet, *Et accipiā vos ad meip-
sum*, id est, in corpore & anima glorificatos transferam vos
ad aulam cælestis palatii. *Et quò vado*, id est, terminum a-
scensionis meæ, videlicet patrem, *Scitis* saltem per fidem
implicitam, imò explicitam, loquendo de paternitate in ge-
F nerali. Sæpissime enim apostoli audierunt ab ore Christi, q
Mat.5. vocauit deum patrem, dicendo, Pater meus, qui est in cælis.
Iohan. 11. Et, Gratias ago tibi pater. Et, Pater clarifica nomen tuum.
Iohan. 12. Sed quòd deus esset pater Christi, paternitate naturali, ita
quòd Iesus esset filius dei naturalis & vnicus, verusque deus,
& patri consubstantialis, nondum stabiliter cognouerunt.
Et viam scitis, id est, viam qua itur ad patrem aliquo modo,
quanuis imperfectè cognoscitis: scilicet me, vel passionem
meam, per quam vado ad patrem. *Dicit ei Thomas*. Loquens
in persona sui & condiscipulorum saltem quorundam, *Do-
mine, nescimus quò vadis*, id est, terminum tuæ abcessionis à
nobis, *Et quomodo possumus vitam* (qua itur ad patrem) *scire?*
Videtur Thomas verbis magistri directè contradicere. Non
tamē putauit Iesum aliquid tali dixisse, nec intendebat ver-
ba eius

ba eius reprobare: sed existimauit dictum Christi, & suum A
posse simul stare, quoniam Christus sæpe loquebatur figura-
raliter & obscurè. Denique vtrunque verum fuit. Sciebant e-
nim viam & terminum confuse & incomplete, nesciebāt au-
tem determinate & propriè. Rursus sciebant viam & finē seu
terminum materialiter, nō formaliter. Sciebant enim ea per
fidem quoad id quod sunt, non tamen sub propria eorum ra-
tione formali qua huiusmodi sunt. Sciebant nempe, sed ne-
sciebant se scire. Nam nouerant Christum & patrem, eo mo
do quo dictū est, sed quòd Christus esset via, & pater termi-
nus itineris Christi, ignorauerunt, *Dixit eis Iesus* ostendens
quòd vtique nouerant viam, quoniam nouerant Iesum, *Ego*
secūdum quod homo, dei & hominum mediator, aduocatus
& pontifex, hominum & dei placator, *Sum via* qua itur ad B
patrē spirituali accessu, amando, cōtemplādo & obediendo,
Veritas & vita, secūdum naturā diuinam. Ego enim & pater
sumus vita æterna, infinita, exemplarisque veritas, quę est di
uina essentia, omnis veritatis creatæ, origo fontana, mensu-
ra, finis & causa: sumus quoque vna vita supersubstantialis,
superplena, incomprhensibilis & perfecta. Ergo cognoscen-
do filium, cognoscebāt quodāmodo patrem, qui est id quod
filius. Ex quo vltra elicitur, quòd Christus sit termin⁹ nostræ
tendentiæ, vtpote finis noster, & vera fœlicitas: imò quem-
admodum iuit ad patrem secundum naturam assumptam, à
quò missus fuit, sic iuit ad seipsum, secundum quod deus est,
quoniam & à seipso vt deus missus est. Iuit nempe ad patrem
quasi sessurus ad dexteram eius, id est, in potioribus bonis C
patris. Illa autem sunt etiam bona filii secundum eius diuini-
tatem, quemadmodum infra testatur, Omnia quæcunque ha Iohan.16.
bet pater, mea sunt. Itaque CHRISTVS est via qua imus,
veritas, in qua ambulamus, vita ad quam pertingimus. Via
est inquantum nos deo reconciliat, veritas in quantum nos
sua visione fœlicitat, vitat in quantum nos sua fruitione per-
fendit.

¶ Deinde ostendit, quòd sit via. *Nemo venit ad patrem* in
præsenti per gratiam, nec in futuro per gloriam, *Nisi per me*,
id est, me saluatorem mundi, credendo & imitādo: imò nun-
quam aliquis adultus est saluatus, nisi habendo fidem saltem
implicitam de Christo. Vnde superius dixit se ostium ouium
& pastorē. Ipse ergo Christus est dux noster, ipse porta, via Iohan.10.
& ianua,

D & ianua, ipse medius inter patrem & nos, per cuius incarna-
Hier. 3. tionem deificamur, per cuius passionem & mortem viuifica-
1. Tim. 2. mur, cuius merito, virtute & gratia deo patri coniungimur.
Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. Iam di-
xerat Christus, Et quo ego vado scitis & viam scitis, videli-
cet quia patrem & filium cognoscebāt: quomodo ergo nūc
ait, Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouisse-
tis, quasi nec filium nec patrem cognouerint. Dicendū, quod
aliquo modo nouerunt, & aliquo modo non nouerūt, vt sic
sensus. Si cognouissetis me, fide illuminata, atque distincta
secūdum deitatem meam, & patrem meum vtiq; cognouis-
setis, eodem modo, & tam clarè, vt me. Primò propter patris
E & filii substantialem identitatem seu vnitatem. Secūdò, quo
niam pater & filius sunt correlatiua, quorum natura est, vt
vno cognito, cognoscatur & reliquum. Tertiò, quoniam pa
ter & filius adeo similes sunt, vt vno cognito, alius cognosca
tur. Quarto, quoniam filius est naturalis & perfecta patris
imago, in qua quicquid patris est, plenissime splendet. *Et a*
1. Iohā. 3. *modo*, id est, ex hoc tempore, scilicet post passionem. *Meam,*
cognoscetis eum, magis perfectè quàm modo, præsertim cum
misero vobis spiritum sanctum, in patria verò cognoscetis
Iohan. 10. eum sicuti est, Et *vidistis eum* visione interiori, cōfusa & im-
perfecta, eo modo quo vidistis me secundum naturam diui-
nam. Crediderūt enim apostoli omnia verba Christi esse ve
ra, & quoniam Christus dixit se patri consubstantialem, di-
F cēdo, Ego & pater vnum sumus, ac multa similia, idcirco di-
scipuli cognouerunt aliquo modo Christum secundum diui-
nitatem, quanuis illa cognitio fuerit instabilis, imperfecta,
Iohan. 1. obscura. *Dicit ei Philippus* (frater Nathanaelis) *Domine, o-
stende nobis patrem*, quem dicis iam visum à nobis; quasi di-
cat, Tu dicis, quòd vidimus patrem, quod intelligi non po-
test, nisi de visione imperfectæ notitiæ, ideo precor, ostende
nobis patrem, id est, ad perfectam & claram perduc nos pa-
tris notitiam, Et *sufficit nobis*, id est, nil amplius appete-
mus, quoniam visio ista est finis noster ac vera fœlicitas, nec
pater seorsum cognoscitur, sed vna diuina persona nota, to-
ta superbenedicta agnoscitur trinitas. ¶ Quidam asserunt
quòd Philippus putabat, patrem posse corporalibus oculis
conspici, quemadmodum Christus sensibiliter videbatur, sed
non puto hoc verum. Sic enim Philippus fuisset de numero
hære-

reticorum, qui posuerunt deum in sua natura esse corpo- A
rum, nec opinor quòd Christus tantam dei ignorantiam
esse permisit cordibus discipulorum suorum amantissimo- Iohan. 4.
rum, præsertim cū superius dixerit mulier Samaritanæ, Spi-
ritus est deus, & eos qui adorant, in spiritu & veritate adora
re oportet. Talem vtique modum orandi instruxit aposto-
lis. *Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum*, id est, tandiu Matt. 6.
conuersatus sum inter vos, & multa de deo vos docui, Et *non* Barach. 3.
cognouistis me distinctè, scilicet quòd sum deus dei vnigeni- Acto. 1.
tus & homo in vna persona, quòd totiens vobis insinuaui, in
quo patet maxima ruditas vestra. Sed cum Philippus dixe-
rit, Ostēde nobis patrem, cur Christus increpat eos de hoc,
quòd ipsum necdum cognouerunt? Dicendum, quòd ideo,
quoniam causa ignorandi patrem fuit ignorantia filii, qui B
deo venit in mundum, vt homines ad dei patris cognitionē
reduceret, iuxta illud Iohannis, Scimus quoniam filius dei 1. Iohan. 1.
venit & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum deum:
& quia peridem est ignorare filium & patrē, propter quod
additur, *Philippe qui videt me*, id est, verè cognoscit me se-
cundum diuinitatem, *Videt & patrem*, oculo mentis, eo
modo quo conspicit me: qui enim videt me per fidem, videt
& patrem per fidem, & qui videt me per speciem, videt &
patrem per speciem. Hoc est, quòd iam paulo ante disseruit,
si cognouissetis me, & patrem meum vtiq; cognossetis. Ra-
tiones autem huius iam assignatæ sunt quatuor, quarū vnam
solam tangit August. scilicet quòd istud dictum sit propter
omnimodam similitudinem filii cum patre, sicut de duobus
valde similibus dicimus, Vidistis istum, illum vidistis, *Quo-* C
modo tu dicis (in persona discipulorum) *ostende nobis pa-
trem*, quasi nullo modo videritis eum, & quasi seorsum co-
gnosceretur sine me, & quasi cognitio patris dignior esset
quàm notitia mei. Hæc quippe videtur Philippus in sua pre-
te præsupposuisse, quæ erronea sunt, ideo pius magister in-
crepat discipulum sic precantem: ostende nobis patrem non
quòd hoc orandum non sit, sed qua orandum non est secun-
dum existimationem qua id orauit Philippus. *Non credis,
quia ego* secundum diuinitatem sum. *In patre, & pater in me*
est per identitatem substantiæ. Cum enim pater sit sua es-
sentia, filius quoq; sit eadem essentia, vbi est essentia patris,
& ibi pater: & vbi essentia filii, ibi & filius. In tribus verò di-
uinis

D uinis personis est vna essentia, ideo singulæ earum in singulis sunt. Hunc modum ponit vir magnus S. Hylarius. Damascenus ait vnamquanque diuinam personam esse in alia, per circuminsessionem.

¶ Insuper palam est quòd pater in filio sicut in naturali imagine, patrem perfecte repræsentante. Filius quoque in patre tanquam in proprio sempiternoque fonte, à quo immanẽter egreditur, & ingressibiliter oritur. Certum enim esset, quòd quælibet diuina persona est in alia sicut amatũ, & cognitum in amãte & cognoscẽte: sed quia hoc creatis prædestinatisq; mentibus & deo commune est, idcirco dicẽdum, quod quælibet diuina persona est in alia, sicut amatum & comprehensum in amante & comprehendente plenarie, ita quòd quælibet diuina persona cognoscit ac diligit aliam, quantum amabilis cognoscibilisque cõsistit: vtpote amore penitus infinito, immensum ardorem habente, & cognitione claritatis immensæ: propter quod quælibet est in alia incomprehensibiliter, intime & superintimissime, quia quò amor feruẽtior, eò intimiorem efficit vnionem. *Verba quæ loquor vobis* (per corpus assumptum) *à meipso* secundum naturam assumptam. Nõ *loquor*, id est, non sensu vel adinuentione humana, sed ex inspiratione & regulatione æternæ & increatæ sapientiæ, quæ per meã humanitatem loquitur & operatur, sicut per instrumentum vnitum, animatum & propriũ, quòd deuiare nõ potest. Vnde sicut lingua Christi mouebatur ab eius anima ad loquendum, sic anima eius in omnibus dirigebatur à diuinitate ad intelligendum, & ad cætera omnia quæ peregit. Vel quòd ait, A meipso non loquor, intelligi potest de Christo secundum diuinitatem, vt sit sensus, A meipso non loquor id est, à meipso non habeo potestatem & sapientiam loquendi & operandi, quoniam à meipso non sum, sed quicquid habeo & sum, accepi per generationem æternam à patre. Vnde superius dixit, A meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. *Pater autem in me manens, ipse facit opera.*

Iohan. 8. ¶ Pater mansit in filio secundum naturam assumptam, quia per summam singularemque gratiam habitauit in eo, sicut in templo. Vnde superius dixit Christus de corpore suo, Solute templum hoc. Iohan. 2. ¶ Porrò, secundum filii diuinitatem, ipse pater mansit & manet in filio, quia inuariabiliter perseuerat, & est in eo per identitatem naturæ & circuminsessionem, sicut nunc dixit filius, Ego in patre: & pater: in me est. A ¶ Pater igitur facit opera, id est, miracula & cætera vniuersa Christi gesta, & hoc dupliciter. Primò, quia per Christum hominem operabatur & agit, sicut per instrumẽtum atq; instrum, ita q̃ quicquid Christus homo fecit, fecit virtute patris, patre operante tanquam causa principali, & Christo homine tanquã causa instrumentali. Secundò, quoniã pater omnia fecit per filium secũdum diuinitatem ipsius, iuxta illud, Omnia per ipsum facta sunt. Itaque per hoc quòd ait Iohan. 1. Pater in me manens, ipse facit opera, innuit quòd sua ac patris tanta est similitudo & vnitas, atque tam intima vnio, seu existẽtia vnius in alio, quod opera eorum sint eadem, seu operatio indiuisa. Ex quo sequitur, quòd amborũ sit vna potestas, & vna essentia. Quæ enim substantialiter distinguntur, in opere diuersificantur. Hinc dictum est supra, Quecunque facit pater hæc & filius similiter facit. Deinde Christus B allatur discipulos in communi. *Non creditis* quasi dicat. Hoc Iohan. 5. modò credere debetis, *Quia ego in patre & pater in me est: alioquin*, id est, si propter verba mea non creditis hoc, *Propter opera ipsa credite* id est, ex consideratione totius vitæ meæ, quã scitis fuisse sanctam & irreprehensibilem, & miraculorũ meorũ quorum aliqua totam facultatẽ naturæ excedunt, cœterorumq; magnalium meorũ, scilicet quod futura pure contingẽtia prænunciaui cordiumq; reseraui archana, credite q̃ ego in patre sum, & ille in me, ita quòd amborũ sit vna essentia & potestas, indiuisaq; opera. *Amẽ amẽ dico vobis qui credit in me* (per fidem perfectam) *opera* (miraculosa) *quæ ego facio & ipse faciet* similia eis, non sua virtute, sed mea. Vnde Marcus ait, Signa eos qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquẽtur nouis, &c. *Et maiora horum faciet* Hoc constat in Apostolis adimpletũ, quoniam sua prædicatione plures conuerterunt quàm Christus. Ipsi quoque conuerterunt eos, nec legem scriptã receperũt. Rursus Christus predicauit in vna plebe, & vno idiomate secundum quod ait, Non sum missus nisi ad oues, &c. Apostoli transierunt de gente in gentem, & omnium loquebantur gentium linguis. Iterum Christus nõ legitur suscitasse nisi tres mortuos, aliqui autem discipulorum plures suscitauerunt. Iterum, Præcipuũ quoddam inter opera Christi fuit, quòd tactum vestimenti eius sanabantur infirmi: sed de

C Mar. 16. Mat. 15. Psal. 104. Acto. 2. Lucæ. 7. Mat. 5. Luc. 8. Iohan. 11. Acto. 5.

D sed de Petro inducitur, ꝙ eiiciebãt infirmos in plateis, quã-
tenus Petro veniẽte, vmbra eius obũbraret quẽquã ex illis,
& curaretur. Deniq; apostoli dicuntur maiora fecisse, quàm
Christus secundum Augu. intelligendum est, non quoad o-
pus operatũ, quoniam Christus suscitauit mortuos, quòd est
maximum, nec maius miraculum fecerunt Apost. sed quoad
modum agẽdi. Causa verò cur credentes, operarentur maio
ra quam Christus, à Christo subiungitur, *Quia ad patrem va*
do id est, quia ad patrẽ ascẽdo, plenarie glorificabor in me
ipso, & in omnibus gentibus: ad quorum conuersionẽ decet
maiora fieri à vobis, quàm ego feci: & item docet vt cũ glo-
rificatus fuero in corpore, maiora fiãt in nomine meo, quã
Iohan. 7. feci ego cum essem mortalis. Vel sic, quia ad patrẽ vado, id
E est per hoc quòd ascendo, fiet vt mittam vobis spiritum san-
Iohan. 16. ctũ, quem ante ascẽsionem meam non potestis recipere: se-
cundum quod dictum est, Spiritus nondum erat datus, quo-
niam Iesus nondum erat glorificatus. Et infra dicetur, Si nõ
abiiero paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittã
eum ad vos. Cum verò spiritum sanctum in tanta plenitudi-
ne receperitis, facietis maiora quàm ego per me feci: non ꝙ
maior erit virtus & gratia spiritus sancti in vobis quàm in
me, sed quoniam decẽs est, vt cum ad patris dexteram asce-
dẽs peruenero, per maiora signa gorificer per meos fideles,
quàm antea per meipsum.

¶ Sed cum Christus simpliciter dicat, Qui credit in me, ope-
ra quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet: vide-
F tur quòd nullus sit veraciter Christianus, nisi miracula ope-
retur, & maiora quam molitus est Christus: Et respondẽ-
dum, ꝙ Christ⁹ ad literam loquitur maxime de perfectis fi-
delibus tempore primitiuæ ecclesiæ, cęterisque personis cre
dentibus, electis ad hoc, vt gratiam signorum sortiãtur, sicut
per eos alij cõuertantur, Si verò vniuersaliter accipiat sen-
tentia Christi, intelligenda est spiritualiter, quoniam deuoti
spiritualiter agũt miracula, quæ Christ⁹ corporaliter gessit.
Galat. 4. Mortuos nempe resuscitant, dũ mortalib⁹ vitiis implicatos
conuertunt ad Christum: reducendo eos ad vitam gratię in
præsenti. Talibus enim dicit Apostolus, Filioli quos iterum
parturio. Et hoc quodammodo maius est, quàm corporaliter
suscitare defunctũ, vt asserit Augustinus, ꝙ maius est impiũ,
iustificare, quàm cœlum & terrã creare. Et iuxta Gregoriũ,
miracu-

miracula ista spiritualiter exhibita, tãto sunt amplio ra, quan A
to & spiritualiora. Melius tamen puto dicendum, ꝙ verbũ Mar. 9.
Christi quo ait, Qui credit in me, &c. intelligendum sit parti Mat. 21.
culariter, tam de credentibus quàm de operib⁹. Præterea ra
tionabiliter dici potest, ꝙ Christus hæc dixerit, ad insinuan-
dum inæstimabilem potestatẽ fidei Christianæ si fuerit con
summata, quia vt alio in loco ait Saluator, Omnia possibilia
sunt credenti. Et, Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, di-
cetis monti huic, Tollere, & iacta te in mare, &c, Tantã nan
que efficiam cõtulit deus catholicę fidei, vt sciamus ꝙ Chri-
sti doctrina sit verè diuina, quæ in seipsa tam pura est, atque
perfecta, vt digna sit fide absque miraculis.

¶ Sed ne ex hoc ꝙ dictũ est, maiora horum faciet, crederet
aliquis discipulos Christi: Christo posse æquari, vel propria B
potestate operari, adiecit Saluator: *Et quodcũque petieritis pa* Mat. 21.
trem in nomine meo, id est, per me, seu per virtutẽ & merita
eorum, quæ pro humana salute assumpsi, feci & pertuli.

¶ Nomen autem Christi est Iesus, quòd interpretatur Sal-
uator: idcirco in nomine filij dei & Christi patrem petere,
est illa rogare, quæ verè expediunt animæ, scilicet bona spi-
ritualia & honesta, quę sunt virtutes & dona, & gratia: vel
etiã corporalia, inquantũ necessaria sunt ad spiritualia & bo
na adipiscẽda, augẽda, cõseruãda, aut consummanda. Quod-
cunq; ergo sic petieritis *Hoc faciã*, id est, exaudiam precem
vestrã, & implebo quod postulatis. Nõ dicit, Hoc faciet pa-
ter, sed hoc faciam, vt ostendat se simul cum patre exaudire,
gratiamq; conferre, iustificare & saluificare, ita quòd ipse & C
pater sunt vnus exauditor: in quo declarat se esse patri æqua
lem, consubstãtialem, verumq; deum, quoniam preces fide-
lium exaudire, iustificare, & saluare, deo est proprium.

¶ Interea, si quis rite consideret, sciet quòd ineffabilis, pror
susq; incõprehensibilis sit profunditas sacræ scripturæ, præ-
sertim in euangelio excellentissimi Euãgelistæ deificati Io-
hannis. Nã vbicunq; aliquid de Christi humilitate in verbo,
vel facto ait scriptura mox aliquid de eius sublimitate anne-
ctitur, & ecõtra frequenter, ne vel homo purus, vel deus fan
tastice incarnatus putetur. Paris enim periculi est secundum
Leonẽ papam, si illi vel nostræ naturæ humilitas, vel diuinæ
naturæ maiestas inesse negetur. Quoniã ergo Christus nũc Iohan. 16.
dixit, ꝙ credentes in ipsum maiora facturi essent quàm ipse,
ne ex

Universidad de Deusto Biblioteca

D ne ex hoc aliud quippiã minus dignum sentiret de filio dei, subiecit. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo hoc faciam & non dixit, Hoc faciet pater, & tamẽ hoc infra ait, Si quid (inquiens) petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis Vt *glorificetur pater in filio*, id est, ad hũc finem principaliter vos exaudiam quatenus deus pater gloriosus, pius atq; omnipotens agnoscatur, & à fidelib⁹ digne honoretur in filio, id est per gratiam à filio datam. ¶ Sed quoniã exaudire competit Christo, ratione diuinæ naturæ, in qua patri æqualis est: aduertendum ꝙ Christus sic exaudit, vt pater per filium glorificetur, id est, ad gloriã patris, vt etiam exaudiat ad gloriã suiipsius ac spiritus sancti. Nam quicquid fit ad gloriam vnius
E diuinæ personæ, ad totius upergloriosissimę fit gloriam trinitatis, & quicquid vna diuina persona agit ad gloriam alterius, agit ad gloriã propriam. Non enim sic operatur ad gloriam alterius, quasi vna sit dignior alia, sed quicquid efficit deus, facit & ordinat ad gloriã suam finaliter, vt eius perfectio in creaturis resplendeat, & ipse honoretur ab intellectualibus rebus. Hinc scriptum est, Omnia propter seipsum operatus est dominus. Et per Ezechielem dominus ait, Nõ propter vos ego faciam dicit dominus deus, notũ sit vobis, sed propter nomen sanctum meum. ¶ Propterea Christus resumit ꝙ dixit aitq;, Si quid, id est, aliquid dignum, quod in ordine ad vltimum finem alicuius dignitatis valeat reputari, *Petieritis in nomine meo* Hic non exprimit patrem, quia iam
F eum expressit: & item, quia à quacunque diuina persona petatur, filius exaudit & tota trinitas *Hoc faciam*. ¶ Possent hic multa inquiri, quomodo intelligenda sint hæc, cum Paulus ter orauerit stimulũ carnis sibi auferri, & exauditus non sit: sed legio dæmonũ quæ petiit mitti in porcos, cognoscitur exaudita. Ad hoc autem & similia breuiter respondendũ ꝙ quãdo oramus debito modo, seu cum conditionibus tribus ad orationis exaudibilitatẽ requisitis, indubitanter exaudimur, quę cõditiones sunt tres. Prima vt petamus instãter, seu incessanter, iuxta illud Lucæ, Oportet semper orare, & non deficere. Secundò, vt petamus salubriter, prout Iohãnes habet, Hæc est fiducia quam habemus ad deum, quia quodcunq; petierimus secundũ voluntatem eius audit nos: vnde nunc dicitur in nomine meo. Tertia, vt petamus pro nobismetipsis, quia pro aliis, non semper audimur, eò ꝙ obicẽ ponant

Prou.16.
Ezec.36.
1.Cor.12.
Mat.8.
Marc.5.
Lucæ.8.
Mat.6.
Lucæ.18.
Proue.28.

nant gratiæ dei. Posset autem & quartum addi, videlicet vt A
orans obediat deo, seruãdo præcepta. Qui enim declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, idcirco ait in prima canonica sua Iohannes, Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deũ, & quicquid petierimus. 1 Iohan.3. 1.Iohã.3.

¶ Expositio huius Capitis.

Si diligitis me mandata mea seruate.

ARTICVLVS XXXVI.

Vltipliciter iam consolatus fuit Christus discipulos de suo recessu passioneque mœstos, nũc B
M verò denuo cõsolatur eos promittendo ipsis consolatorẽ perpetuũ atque dulcissimũ, scilicet spiritum sanctum, cuius delectatio, seu consolatio omnẽ corporalem consolationem vehemẽter excedit, *Si diligitis me* verè & spiritualiter, vt dicitis *Mandata mea* quibus præcepi amicos, inimicosq; diligi, nõ irasci, deũ diligere, vanã gloriam abhorrere *Seruate* vsq; in finem. Qui enim vsque in finẽ perseuerauerit, saluus erit. Signum nanq; dilectionis est obseruatio præceptorum, & exhibitio operis iuxta illud Iohan. Qui seruat verbũ Christi, verè in eo charitas dei perfecta est. Non enim otiosa est charitas, sed voluntatem amantis vnit, atque parificat voluntati amati, vt quod velit vnus, velit & faciat alius. Ideo alibi dicitur, Vos amici meí estis, si feceritis quę præcipio vobis. ¶ Monet ergo & C
imperat Christ⁹, vt si diligamus eũ, impleamus ei⁹ precepta. Primò, ne eius dilectionẽ & gratiam per negligentiã & torporẽ perdamus Oportet enim, vt per opera nutriatur & cõseruetur. Secũdò, vt in dilectione proficiamus, quoniã (teste August.) charitas meretur augeri, vt actum mereatur & perfici. Tertiò, ne quis fallat seipsum. Vix nẽpe est, quis ita puerilis, qui nõ blãdiatur, atq; persuadeat sibiipsi, ꝙ vtiq; diligat deum, præsertim cũ naturaliter diligatur ab omnib⁹, Vt ergo omnes cognoscãt, an diligant deũ dilectione supernaturali, meritoria, gratuita & infusa, audiunt à Christo, Si diligitis me mãdata mea seruate. tanq; dicat, Non se existimet me amare, qui meis nõ paret præceptis. Vult enim cõtraria meę

Matt.5.
Lucæ.6.
Mar.5.
Deute.6.
Mar.12.
Mat.6.
Mat.24.
1.Iohã.2.
Mat.7.
Iohan.15.

D voluntatem

D voluntati, nec pleno affectu mihi vnitur, *Et ego* (secundum humanam naturam) *rogabo patrẽ* (tanquam maiorem) & aliũ paracletum, id est, consolatorem & aduocatum personaliter à me distinctum, scilicet spiritum sanctũ. *Dabit vobis*, infundẽdo cordib⁹ vestris dona illius. ¶ Dicitur autẽ spiritus sanctus consolator, quoniam animam recreat, delectat, lætificat, Itemq; aduocatus, nõ quòd sit minor patre & filio, sed quoniam corda eorum quos replet, facit deum iugiter inuocare, & mittigare. iuxta quẽ sensum dixit Apostolus, ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Denique Christus dicendo, alium paracletum dabit vobis, insinuat, quòd & ipse sit nobis à patre datus cõsolator & aduocatus, de quo asserit Paulus, Per Christum abundat consolatio nostra. Et Iohan. Aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Rom.8. 2.Cor.1. Iohan.2. E

¶ Sed quid est quod Christus præmittit? Si diligitis me, mãdata mea seruate, & postea subdit? Et ego rogabo patrẽ & alium paracletum dabit vobis, quasi aliquis possit Christum diligere eiusq; præcepta implere, antequam spiritũ sanctum susciperet? & respondendum, ꝙ Christus loquitur de donatione spiritus sancti à patre, non quoad primam spiritus sancti infusionem, sed quantum ad pleniorem suorum charisma tum cõmunicationẽ, sicut ait Apostolus, Deus spei, repleat vos omni pace & gaudio in credendo, vt abũdetis in spe & virtute spiritus sancti. Et alibi, Aemulemini charismata meliora. Porrò ad literam præcipue loquitur Christus Apostolis, & de donatione, ac missione spiritus sancti in signo visibili, & plenitudine illa abundãti, quæ facta est in die Pẽtecostes, ad quam amor Christi & obedientia mandatorũ disponunt: de qua superfluenti spiritus sancti receptione, dicit Saluator discipulis apud Lucã, Vos autẽ sedete in ciuitate, quousq; induamini virtute ex alto Vt *maneat vobiscũ* (id est, corda vestra per sua dona inhabitet) *in æternum* vtpote nunc in via per gratiã, & in futuro per glorã. Non enim recedet à vobis per corporalem sui à vobis elongationẽ, sicut ego, cũ nõ sit incarnatus, sed iugiter intr vos erita, quantũ est ex parte sui. Si verba ista ad Apostolos referãtur, possumus dicere ꝙ Christ⁹ his verbis promisit atq; prædixit apostolis, ꝙ per aduentum spiritus sancti, in die pentecostes confirmandi essent in bono, sic quòd deinde nunquam peccarẽt mortaliter

Rom.16. 2.Cor.1. F Acto.2. Lucæ.24.

& per

& per consequens nunquam amitterent gratiam gratum facientem spiritus scilicet, seu spiritũ sanctũ: qui tũc amitti, atque recedere perhibetur, dum eius dona perduntur, illa præsupeque gratũ facientem concernunt, & per peccatũ mortale tolluntur. Si verò generaliter referãtur ad omnes, dicendum quòd deus pater quantum in se est, dat omni fideli spiritum sanctum, quatenus in eo permaneat in ęternum, id est, habendo gratiam spiritus sancti, crescat, maneatque in ea usque perducatur ad gloriã *Spiritũ veritatis*. ¶ Spiritus, scilicet, dicitur spiritus veritatis. Primò, quia est spirit⁹ filij, qui veritas appropriatur. Procedit quippe à filio sicut à patre. Vnde ait Apostolus, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Rursusq;, Misit deus spiritũ filij sui in corda nostra clamantẽ, abba pater. Secundò, quoniam spiritus sanctus est substantialiter veritas ipsa. Nam tota trinitas est vna summa simplex veritas. Tertiò, quoniam instruit veritatem, omnemq; errorem repellit. *Quem mundus non potest accipere*, id est, amatores mundi, homines carnales, vani & ambitiosi, qui terrena magis quàm cœlestia amãt & agunt. Taliũ enim amor contrariatur spiritui sancto, iuxta ꝙ scriptũ est, Adulteri nõne scitis, quia amicitia huius mundi inimica est deo. *Quia non videt eũ* oculo mentis, id est, cordis intuitum ad eum nõ dirigit, disponendo se ad gratiam eius, sed sensibilibus istis immergitur. Neq; *scit eum* cognitione diligenti, vel per gustũ affectuum & experientiam spiritualium exercitiorum. Animalis etenim homo non percipit ea quæ sunt spiritu dei, secundum Apostolum Nihilominus multi sunt subtiles & eruditi in theologia, qui vtique vident & sciunt spiritũ sanctum, sed informi: sed non recipiunt eũ, quia non vident eum per cordis sui ad eum directionem, nec sciunt eũ per diligentem, ac debitam considerationẽ. Nec enim conuertuntur ad cor, ac deũ quem se dicunt cognoscere, negant operib⁹. Qui ergo vult spiritũ sanctum recipere, vel seruare, affectũ suum à mundo, & his quæ sunt in mũdo auertat, nõ se per exteriora diffundat, nõ circauana & curiosa cognoscẽda se occupẽt, sed redeat ad seipsum, diuina studeat videre & scire. Hinc Iohannes ait, Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. ¶ Postremò, quanuis spiritus sanctus non semper maneat in sanctis & virtuosis hominibus, quantum ad gratias gratis da-

A Iohan. 14. Roma.8. Galat.4. B Iaco.4. C 1.Cor.2. Psal.84. Titum.1. 1.Ioan.2.

D ij tas,

D tas, quę nõ sunt de necessitate salutis, cuiusmodi sunt propha-
tia, gratia miraculorũ, iugiter tamẽ manet in eis, quãtum ad
dona gratiam gratum facientem concernentia, vt sunt chari-
1.Cor.2. tas, humilitas, mãsuetudo. Per hoc quod dictũ est quem mun-
dus non potest accipere, nõ est intelligendum ꝙ peccatores
& seculares nequaquam possint accipere spiritũ sanctum. Sic
enim conuerti non possent, essetq; desperandum eorum de
salute: sed sic intelligendũ est, ꝙ inquantum tales, non sunt
capaces spiritus sancti, quanuis spiritus sanctus posit eos mi-
sericorditer prẽuenire, incapacitatem auferre, seipsum infun-
1.Cor.17. dere. Sic enim pater dat spiritum sanctum, vt spiritus sanctus
1.Cor.7. præstet seipsum. *Vos autem cognoscetis eum*, id est, spiritus san-
ctus seipsum vobis reuelabit, agnoscetisq; eum, non so-
E lum per fidem illuminatam & sapientiam specialem, sed infu-
per per suæ dulcedinis gustum, per suæ potestatis & pietatis
experientiam. Nónne Paulus cognouit spiritum sanctum, de
quo tam multa cõscripsit? Aliis (inquiens) per spiritum datur
sermo sapientię, aliis sermo scientię, aliis gratia sanitatũ, aliis
Lucæ.19. operatio virtutum, &c. Ratio huius cognitionis subiungitur,
Ioan.13. *Quia apud vos manebit*, tanquam familiaris director, *Et in vo-
bis erit* quasi gratiosus inhabitator. *Non relinquam vos orpha-
nos*, id est, patre priuatos, hoc est, quanuis ad modicum tem-
pus recedam à vobis, ego qui sum non solum dominus & ma-
gister vester, sed etiã pater, quia paternam solicitudinem ge-
ro de vobis, paterno affectu vos diligo, paterna vos pietate
F custodio. Nisi enim Christus esset pater fidelium, & suorum
Matth.9 discipulorũ pater fuisset, non diceret apud Matthæum, Nun-
Marc.2. quid possunt filij sponsi lugere, quandiu cũ illis est sponsus,
Lucæ.5. quanuis inquã sic recedam à vobis, & interim sitis similes or-
phanis, quia mea præsentia, atq; solatio destituti, nõ tamen
diu sic desinam vos. Propter quod subditur *Veniam ad vos*
post resurrectionem per sensibilem apparitionem, spiritua-
lem consolationem, internamq; visionem, *Adhuc modicum*
(temporis restat) & mũdus iam me non videt, id est, illo tem-
Acto.2. pore cõsummato, homines mundani me vltra non videbunt
in seculo isto. Hoc modicum fuit vsque ad sepulturam, quo-
niam Christo sepulto amplius non viderunt eum amatores
mundi. *Vos autem videbitis me* post resurrectionem oculo cor-
porali & intellectuali. Hoc dicit Christus, quia post resur-
rectionem, apparuit solis discipulis: propter quod Petrus ait,
quod

quòd deus dedit eum manifestũ fieri, non omni populo, sed A
testibus præordinatis à deo. Ideo autem videbitis me, *Quia
ego viuo*, id est, statim post passionem, ad immortalem vitam
resurgo, & indefinenter viuo secundũ diuinitatem, per quam
possum suscitare meipsum, & ostendere vobis. *Et vos viuetis*,
id est, interim non occidemini, tunc quoq; reuiuiscet spiritus
vester, sicut de Iacob in Gene. legitur, quòd audiens Ioseph Gene.45.
viuere, reuixit spiritus eius. Vel, viuetis per gratiam specia-
lem, per quã digni eritis me videre, *In illo die* videlicet post Lucę.24.
resurrectionem, cum spiritum sanctum receperitis per influ- Iohã.20.
ionem meam, & aperuero vobis sensum ad intelligendum
scripturas, *Vos cognoscetis* (per fidem) *quia* (id est, quòd) *ego se-*
cundum diuinitatem sum *In patre meo* per consustantialita B
tem & circumincessionem, vt sæpius dictum est, *Et vos in me*
sicut membra in capite, sicut contentum in continente, vt
palmes in vite, vt amans in dilecto, vt effectus in exemplari,
atque fontali principio. Electi autem sunt in Christo secun-
dum vtranque eius naturam, & inquantum Christus est ho-
mo, sumus in eo per communionem naturæ, inquantũ verò
est deus, sumus in eo, sicut in causa saluante & conseruante,
& sicut in vltimo fine, *Et ego in vobis* per charitatem & gra-
tiam, & gratiosam inhabitationem quasi in templo & sede.
Nam anima iusti est sedes sapientiæ, & congregatio electo- Sapien. 7.
rum est templũ, domusq; Christi Hinc secundum Apostolũ,
Christus per fidem habitat in cordibus nostris. Et in Deute. Ephes.3.
Moses ait, Amantissimus domini habitabit confidenter, & in Deut.33.
eo quasi in thalamo tota die commorabitur, & inter hume- C
ros illius requiescet. Præterea Christus secundũ diuinitatem
est in patre ingressibiliter, sicut riuus in fonte, sicut verbum
in dicente, sicut conceptus in intelligente: secundũ humani
tatem quoque est in patre sicut in capite. Caput enim Chri
sti deus iuxta Aposto. est etiam Christus in nobis per sacram
Eucharistiæ communionem. *Qui habet mandata mea*, id est, 1.Cor.11.
diuina præcepta cognoscit, *Et facit ea* per obedientiam, sicut Psal.1.
de iusto ait in Psalmo, In lege domini volũtas eius, & in le-
ge eius meditabitur die ac nocte, *Ille est qui diligit me* quo-
niam argumentum dilectionis est operatio, cum charitas nõ
sit otiosa, aut negligẽs, Vnde Iohãnes dicit, Hæc est charitas 1.Iohan.5.
Dei, vt mãdata eius custodiamus. *Qui autem diligit me* siue vt
Dominẽ pro se passum, siue vt deum pro se incarnatũ, atq; sal

 uantem,

D uantem, *Diligetur à patre meo*, id est, merito suę dilectionis do
Matth.5. na patris recipiet, eique placebit. ¶ Aduertendum ꝓ dile-
ctio trinitatis ad nos est ęterna, idcirco per omnem differen-
tiam temporis explicatur. Nam supra dictum est, verbo pre-
Iohan.3. teriti temporis, *Sic deus dilexit mundum*, vt filiũ suum vnige-
Ephes.2. nitum daret. Et paulus, Propter nimiam (inquit) charitatem
Ioan.6. qua dilexit nos pater: infra quoque ait Christus per verbum
1.Iohã.4. temporis præsentis, Ipse pater vos amat, nũc verò futuro vi-
tur, dicens, diligetur à patre meo. Omnes autem prædestina-
tos diligit deus ęternaliter, atq; simpliciter, etiam tunc quan-
do non diligunt, sed iniqui sunt. Nam ipse prior dilexit nos.
Diligit inquam eos secundum suę prędestinationis intuitum.
E cum autem conuertuntur & diligunt, impendit eis suæ dile-
ctionis effectum, quem plene, ac finaliter impendit, cum con-
lestem beatitudinem sortiuntur. Nõ prędestinatos autẽ tan-
quam diligit absolute vel simpliciter, quia nõ vult eis simpli-
citer gloriam fœlicitatis æternæ, sed cum diligunt deũ & in
statu salutis sunt, diligit eos secundum præsentem iustitiam.
Cũ ergo ait Saluator, Qui diligit me, diligitur à patre meo,
intelligi potest, vel de electis, qui perseuerant & cõsummen-
tur in bono, atque in Christi dilectione discedunt, & hi dili-
gentur à patre simpliciter, atq; finaliter, à quo veram beati-
tudinem consequentur: vel de præscitis, qui diligunt Chri-
stum ad tempus, & tunc diliguntur à patre secundum præsen-
Psal.145. tem iustitiam. Veruntamen verba ista hoc loco sic intelligen-
da nõ sunt, sed de prędestinatis duntaxat, qui diligunt vsq; in
F finem. Subiungit enim Saluator. Et *ego diligam eũ*, id est, æter-
naliter eum amabo, & veræ dilectionis signa ei ostendã, dan-
do ei gratiã saluificam in præsenti, gloriamq; in futuro. Cu-
Prou.8. stodit enim dominus omnes diligentes se. Et in prouerb. Sa-
lomonis, æterna sapientia loquitur, Ego diligẽtes me diligo.
Deinde Christus declarat suæ dilectionis præmiũ vltimatũ.
Iohan.17. Et *ego manifestabo ei meipsum*. i. dabo ei clarã diuinitatis me-
Lucæ.24. notitiã, seu beatificã visionẽ, quę est tota merces, vt infra ha-
Iohan.21. betur, Hęc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, &
quem misisti Iesum Christũ. Potest tamen referri ad appari-
tionem Christi, post resurrectionem, qua se manifestauit di-
scipulis in humanitate glorificata, quauis non manifestaue-
rit se in specie corporis glorificati. Sed prima expositio ap-
tior est, quoniam Christus generaliter loquitur de amante,
& merce-

& mercede amanti. *Dicit ei Iudas, non ille Iscariotis* hoc est, A
non oriundus de vico nomine Scarioth, qui tradidit domi-
num, sed Iudas frater Iacobi minoris, cuius Iudæ est vltima
septem Canonicarum epistolarum, consanguineus Christi,
quoniã filius materteræ eius. *Domine quid factum est* (id est,
cur accidit) *quia manifestaturus es nobis teipsum, & in mundo*
hoc est, cur tantũ præfers nos cæteris, cũ simus abiectæ per-
sonæ? Mirabatur hinc Iudas, quia humilibus mirum videtur,
dum aliis præferuntur, cum ipsi alios præferant sibi. Re-
spondit Iesus, & dixit ei sicut patebit, causa huius fuit, quia di-
scipuli in spiritualibus bonis excellentiores fuerunt mundo
qui pertinet ad massam perditionis. *Si quis diligit me* non
solã dilectione naturali, qua & reprobi diligũt deum, & an-
geli apostatæ deum dilexerũt ante ruinam, etiam plus quàm B
seipsos secundum Thomam & Scotum, imò secundũ Augu-
stinũ, qui dicit quod intellectualis creatura naturali dilectio-
ne plus diligit deũ, quã seipsum, aliter quid naturale esset in-
ordinatum, cum tamen peccatum non sit, nisi recessus ab eo
quod est secundũ naturã, secundũ Damascenũ, vel recessus ab
ordine iuxta magnũ atque diuinũ Dionysium: sed qui diligit
me dilectione gratuita & infusa, quæ est actus virtutis theo-
logicæ, quæ charitas appellatur, quandoque tamen dilectio
pro habitu sumitur, id est, pro charitate, *Sermonem meum ser-*
uabit hoc est, euangelicã doctrinã custodiet, præceptis obe-
diet, testimoniis credet. Amator enim voluntati dilecti seip-
sum cõformat, idcirco qui verè diligit Christũ, approbat quę
approbat Christus, odit quæ reprobat ille, facit quod Chri- C
sto placet, vitat quod displicet illi. Vnde in Prouerbiis dici- Prou. 7.
tur, Serua mandata, & legem, quasi pupillã oculi tui. Et psal-
mista. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi.
Et certe quicunque cordialiter diligit aliquẽ, verba eius me-
moriter retinet, eius sermonibus in licitis acquiescit. Ex cha
ritate ergo procedit obedientia. Et *pater meus diligit eum.*
Qui enim diligit vnã diuinarũ personarũ, diligit omnes tres:
& qui ab vna illarum diligitur, simul à tribus amatur: quia si-
cut nos diligimus Trinitatẽ, eadẽ dilectione, ita à singulis di-
uinis personis eadẽ charitate amamur. Quomodo autẽ amãs
Christũ, & ei obediẽs diligetur à patre, iã dictum est plenius
super illud. Qui diligit me, diligetur à patre meo. Dominus
enim diligit iustos, imò secũdũ Aristo. Vir cõtẽplatiuus atq; Psal. 146.

D theoricus est amantissimus deo, Et *ad eum veniemus* non per loci mutationem, vel corporalē accessum, sed per gratiæ augmentationem, per dilectionis incrementū, per omniū spiritualium bonorum multiplicationem. ¶ Istud enim intelligendum est, non de primæuo aduentu patris & filii ad cor amātis quoniam nemo diligit, vel obedit, nisi primo tota Trinitas eum præuenerit, & per gratiæ infusionē mentem eius intrauerit: sed qui diligit, gratiis potioribus adimplerur. Habēti enim dabitur. Et amor facit omnia esse cōmunia. Vnde quò deum amamus ardentius, eò omnia bona sua copiosius nobis communicat & infundit. Et si timentibus deum nihil deest, quid poterit deesse amanti, vel quid poterit deus negare suo feruido amatori? Cum iuxta Apostolum, Qui adhæret deo, vnus spiritus est. ¶ Porrò, si aliquid negat, hoc facit ex magna charitate, videlicet quia videnti non expedit impetrare, quod orat vel ipsa dilatio vtilis ei consistit, Et *mansionem apud eum faciemus* hoc est, mentem eius gratiose, & pie inhabitabimus. Si enim teste Apostolo, Corpora nostra sunt templum dei, quanto magis animæ? Et si debemus deum glorificare, & portare in corpore nostro, quāto magis in animaperiugem memoriam, verum amorem, contemplationemq; syn ceram? Præterea vbiq; & in omnibus est deus, sed illos inhabitat in quibus est per dona gratiæ gratum facientis, & tamdiu inhabitat quandiu perseuerat in gratia. Qui autem tēpore tentationis succumbunt non stabiliter inhabitātur à deo. Hinc in Apocalypsi Iohannes ait, Ecce tabernaculum dei cū hominibus, & habitabit cum eis. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat* interdum tamē seruat eos memoriter, nec vt obediat, sed vt prædicando, loquendo, docendo, seu disputando, doctus appareat, vel temporale lucrum sortiatur. Et quia non seruat per obediētiam verba mea, idcirco non diligetur à patre meo, nec veniemus ad eum. *Et sermonē quem audistis* ex ore meo. *Non est meus*, secundum quod homo sum, tanquam principalis doctoris vel locutoris, *Sed eius qui misit me patris* qui per me loquitur, tanquam per legatum, & magni consilii angelum, secūdum quod homo sum. Simile est quod supra dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. ¶ Augustinus & Gregorius sic exponunt. Quoniam Christus est verbū & sermo patris, ideo sermo quē loquitur Christus, non est Christi, sed patris qui genuit verbum. Sed hoc verum

Matt. 13.
Lucæ. 19.
Psal. 33.
1. Cor. 6.
E
1. Cor. 13.
1. Cor. 6.
Lucæ. 8.
F
Apoc. 21.
Esaiæ. 9.
Iohan. 7.
Iohan. 1.
1. Cor. 1.

verum est de verbo increato & sermone æterno, nō sonanti vel trāsitorio. Christus autem nunc maxime loquitur de sermone quem protulit, & aures discipulorum immutauit, tanquam obiectum auditus immediatum, ac proprium. Persona verò loquens non auditur per se, vel tanquam obiectū auditus, sed mediante sono. *Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens* corporaliter & visibiliter. *Paracletus autem*, (id est, adiuocatus, & consolator propter causas paulo antè inductas) *spiritus sanctus*. Constat quòd vnaquæque hypostasis sit spiritus & sanctus, sed cū tertia persona dicitur proprio nomine spiritus sanctus, hoc quod dicitur spiritus sanctus, pro vna dilectione accipitur, *Quem mittet pater*, non missione locali, vel motu corporali, quum spiritus sanctus, sit deus immensus, omnia implens, nec loco, nec tempore, nec actione mutabilis, sed missione spirituali per infusionem donorū paracleti, vt mitti dicatur ratione sui affectus, quem patre volente causat in rationali creatura, *In nomine meo*, id est, in me, per me, & propter me. Pater enim omnia operatur per filiū secundum filii diuinitatem, & per filium secundum naturam assumptam, id est, per merita vnigeniti filii sui dat nobis virtutem, & gratiam, & dona spiritus sancti ad gloriam Christi, & vt perducamur ad Christum nostræ beatitudinis fontem, *Ille vos docebit omnia*, non simpliciter omnia, sed omnia de quibus subiungitur, Et *suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis*, id est, vniuersa quæ vobis nunc prædico vel prædicaui proprio ore, quæ non potestis modo intelligere, propter eorum profunditatem, & vestri ingenii tarditatem, vestræq; animæ multiplices passiones, actionem intellectus impedientes, videlicet propter magnam tristitiam, timorem, dolorē, instruet vos spiritus sanctus per supernaturalem mētis vestræ illuminationem: quemadmodum dicit Apostolus, Dabit tibi dominus de omnibus intellectum, & suggeret, id est, cōmemorabit, seu ad memoriā ducet vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Hæc enim pro maxima parte obliti erāt apostoli, quia & cum dicebantur, non intellexerunt ea perfecte, nec firmiter impresserunt memoriæ, variis afflixionibus impediti: sed veniēs in eos spiritus sanctus, reduxit oblita ad eorum memoriam, adiiciens oblitorū & rememoratorū intelligentiam luculentam. *Pacem* internam & spiritualem, pacem gratiæ, pacem viæ, non perfectam, nequecontinuam, sed

A
B
1. Iohā. 4.
C
2. Tim. 2.
Iohan. 2.

D sed perficiendam & perpetuandam. *Relinquo vobis* id est, habendam & custodiendam præcipio, imò & confero, & si nō modo tamē post resurrectionē, quādo dicturus sum, Pax vobis: vnde seipsum exponens, adiecit, *Pacem meam* id est, veram mentis tranquillitatem, *Do vobis* nunc inchoatiue, quā dabo vobis in patria perfectiue, seu cōsummate: de qua pace dicit Apost. Pax Christi, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Itemque, Pax Christi exultet semper in cordibus vestris. ¶ Deinde, pax est tranquillitas ordinis, quæ cōsistit in hoc, quòd caro obedit spiritui, sensualitas rationi, & ratio deo. Dū ergo anima ab inquietudine passionum est libera, & diuinæ legi rite subiecta, pacē habet in se, & cum deo, imò & cum proximo quātum in se est. Non enim cōtra aliquem passionibus agitatur,
E nō inuidia stimulatur, non ira turbatur. Interdū tamen proximus cum homine tam pacato, atque pacifico pacem nō habet propter suā peruersitatē Vnde ad Romanos dicit. Apostolus, Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Vel sic, Pacem gratiæ relinquo vobis in via, pro dono præcipuo: pacem gloriæ do vobis in futuro pro præmio. Hinc enim secundum Augustinum, dicēdo, Pacem relinquo vobis, non addit, meam, quia pax electorum in via, & multis tribulationibus & peccatis admixta: qualis nō fuit pax Christi, qui caruit omni culpa, sed dicendo, pacē do vobis, addit meam, quoniam pax sanctorum in patria assimilatur perfectæ paci Christi, quoniam caret omni malo culpæ
F & pœnæ. Tunc nempe perfectè implebitur quod per Esaiam dominus pollicetur, Sedebit (inquiens) populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *Non quomodo mundus dat* id est, non pacem carnalem & secularem, qualem dant, & procurant seculi huius vanissimi amatores, *Ego do vobis*. Illa etenim pax est quiēta quædam fruitio temporalium diuitiarum, carnalium deliciarum, & cæterorum bonorum mundi huius, qualem habet anima vitiosa cum propria carne: de qua apud Matthæum ait saluator, Nō veni pacem mittere in terram, sed gladium. Huic malæ paci opponitur bona discordia, quam inter pharisæos & Saducæos misit Paulus. De hac inordinata, perniciosaque pace, quæ est consensus aliquorum in malo, ait Psalmista, Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

Philip. 4.
Col. 3.
Rom. 12.
Esa. 52.
Marc. 10.
Luce. 12.
Acto. 24.
Psal. 72.

¶ Porrò

¶ Porrò, de pace ordinata iam dicta, quam ad Galatas ponit apostolus inter fructus spiritus, quum è regione scriptum sit, Non est pax impiis dicit dominus. Hæc etenim pax ex charitate procedit, quoniam charitas ordinat hominem ad deum & proximum, & sic facit cōcordiam. Propter quod dicit propheta, Pax multa diligentibus legem tuam. Pax ista maxime appetenda & obseruanda est familis Christi. Beati enim pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Et iuxta apostolum, In pace vocauit nos deus. Et, Non est deus dissensionis, sed pacis. Hinc ad Ephesios hortatur, Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. *Non turbetur cor uestrum id* est, non inordinate afficiatur affectione pacem internā impediente, *Neque formidet* humano vel carnali timore, de quo dicitur, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et Salomon B in Prouerbiis, Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. De quo rursus dicit scriptura, Qui timet deum, nihil trepidabit. ¶ Est autem alius timor bonus & virtuosus, de quo in Prouerbiis habetur, Beatus homo qui semper est pauidus. Apostoli autem habuerunt inordinatum timōrē. Metuebant nanque Iudæos ne Christum & ipsos occiderent. Admonet igitur Christus eos ad fortem, & inconcussam cordis constātiam. Cur autem ex sua passione turbari nō debeant, neque pauere, subiungitur. *Audistis quia ego dixi vobis, Vado* id est, per passionem secundum humanitatem à vobis recedo ad modicum tempus. *Et venio ad vos*, id est, cito post resurrectionem vos denuo visitabo. *Si diligeritis me* dilectio- C ne pura, spirituali, & perfecta, qualis non est dilectio vestra ad me, sed est pro magna parte sensualis & naturalis. Vnde & spiritum sanctū nō potestis recipere nisi à vobis recessero *Gauderitis vtique, quia vado ad patrem* per passionem, id est, congratularemini mihi propter glorificationē corporis, quā acquiro per mortem: quoniam moriendo, mereor mox resurgere, glorificari in corpore, ad cælos ascēdere, ad patris dexterā residere. Quāuis ergo de passione secūdū se accepta, nō sit gaudendū, tamē inquantū est causa tātæ felicitatis, est vtique causa, materiaque lætandi: & ad amicitiā pertinet, vt de bono dilecti, eiusq; psperitate cordialiter iocūdemur. *Quia pater maior me est*. Hoc verbū viuificū, fuit inimico filii dei sū perbissimo Arrio occasio mortis, ita vt diceret filiū dei purā creaturā à patre substantialiter differentē cum tamē ex circunstantia

A Galat. 5.
Esa. 57.
Psal. 118.
Marc. 5.
1. Cor. 7.
1. Cor. 14.
Mat. 10.
Prou. 28.
Eccle. 34.
Proue. 28.

D cunstantia textus apertissime pateat, quod Christus hoc loco dicat partem ipso maiorem, secundum id quod competit sibi mori. Est igitur sensus, gauderetis, quia vado ad patrem, quia pater maior me est, secundum naturam assumptam, id circo eundo ad eum, glorificor magis quàm ante, cui glorificationi cōgaudere debetis. ¶ Porrò, quòd filius sit patri verè æqualis, constat ex eo quòd ait apostolus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. *Et nunc dixi vobis* quod mihi futurum est in passione, & resurrectione, & ascensione, *Vt cum factum fuerit*, id est, cum verba mea videritis verè impleta, *Credatis* quod ego sum Christus filius dei, quem me esse affirmo: quoniā nisi is essem, non possem vobis futura purè contingentia, & supernaturalia, quæ fieri nequeūt nisi à deo: qualia sunt resuscitatio & glorificatio mortui, rā verè ac certè prædicere, *Iam non multa loquar vobiscum*, in carne ista mortali ante passionem: cuius causa annectitur, *Venit enim princeps mundi huius*, id est, diabolus dominus iniquorum, qui mundi nomine designantur: vnde de ipsis dæmonibus ait apostolus ad Ephesios, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, cōtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, cōtra mundi rectores tenebrarū harum. Venit quippe diabolus, quia iam instigauit Iudam, vt traderet Iesum, & principes sacerdotum, vt eadem nocte facerent eum cōprehendi, & die sequenti occidi. Venit quoque (vt reor) ad tentandum Iesum, si forte esset Christus, vel ad peccandum posset induci. Nondum enim diabolus certus fuit de hoc, aliter non instigasset Iudæos ad Christi occisionem. Quod autem diabolus post tentationem factam in deserto, in pinnaculo, & in monte, redierit ad tentādum Iesum, elici potest ex hoc, quod scriptum est apud Lucam, consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo ad tempus, *Et in me nō habet quicquam*, id est, nihil culpæ inuenit in me: de quo scriptum est per Esaiam. Iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vel, in me non habet quicquam, id est, aliquid potestatis, vel iuris, quia nil nocumenti vel pœnæ potest mihi inferre per suos, vel per se, nisi quātū ego ipse permisero, præsertim cum pœna infligatur pro culpa, & mors sit pœna peccati. Sed quia ex hoc dubitari posset, cur Christus pati voluerit

Philip. 2.

Matt. 16.

E

Ephes. 6.

Iohan. 13.

Mat. 26.

Matt. 4.

F

Ibidem.

Marci. 1.

Lucæ. 4.

Esaiæ. 53.

tit, qui non habuit culpam, adiecit. *Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem*, id est, ideo pati volo, vt innotescat hominibus, quantum diligo patrem: propter cuius honorem recuperandum mori volo pro hominum saluatione, vt redempti atque saluati laudent & honorēt patrem, seu totam trinitatem in præsenti, & in futuro. *Et sicut mandatum dedit mihi sic facio.* Præcepit enim deus Christo homini, vt omnia illa faceret, prædicaret & consummaret, per quæ deus ab æterno decreuit saluare genus humanū. Huic autē præcepto Christus vt homo plenissimè, atque promptissimè obediuit, dicente apostolo, Factus est obediens vsque ad mortem. Hinc beatissimus Dionysius operationem Christi appellat theoandricam, id est, dei virilem, quoniam quicquid fecit vt homo, fecit quasi diuinitatis instrumentum. *Surgite* (à mensa) *eamus hinc.* ¶ Solet queri, quorsum tunc iuit Christus cum apostolis. Ad quod respondent Hilarius, Beda, & alij sancti, quòd iuit ad locū in quo fuit tradendus: sed hoc improbat Lyra, quoniā infra in principio capituli 18. habetur, Hæc cum dissset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron vbi erat hortus, in quem introiuit Iesus & discipuli eius, & ibi captus est Iesus. Verùm istud facile soluitur, vt dicamus, quòd Iesus cum discipulis surrexit à loco conuiuij, & iuit versus villam & hortum, vbi noscitur comprehensus. Non tamē peruenit ad locum illum, nisi sermone isto (qui vsque ad 18. capitulum protrahitur) consummato, quem fecit in via, vel stando, vel procedendo, & forte nunc stando, nūc ambulando. Denique aliqui dicunt, quòd Iesus videns discipulos timore mortis sic concussos, quòd non aduerterūt sensum verborum suorum, quia erant in ciuitate aduersariorū etiā tempore noctis, sicque continue dixerūt oculos suos ad ianuam, timentes ingressum Iudæorum, ideo eduxit eos ad locū securiorem, qui ignoratur: quò non videtur multum probabile, quia vt alij referunt euangelistæ, Petro dicēte, Et si oportuerit me mori tecū, nō te negabo: & omnes discipuli similiter dixerunt. Ex quo patet, quòd erāt quasi animati ad moriendum cum magistro, quanuis postea instāte & viso periculo succubuerint.

A

Hester. 13.

Philip. 2.

B

Iohan. 18.

C

Mat. 14.

¶ Exposi-

D

¶Expositio Cap. XV.

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.

ARTICVLVS. XXXVII.

1.Cor.11. *Go sum uitis vera, & pater meus agricola est.* Christus se dicit vitem per similitudinem propter
E multa. Primo, quoniam sicut vitis habet ramos, seu palmites multos, sic Christus cum sit caput ecclesiæ, habet membra quàm plurima, puta fideles, quorum collectio est mysticum corpus. Secũdò, quo-
E niã sicut vitis est arbor optimos fructus producẽs, sic Chri-
Heb.4. stus merito suæ cõuersationis & passionis, copiosissimũ pro-
Psal.71. tulit fructum innumerabiles saluans & conuertens ad deum quemadmodum ad Hebræos dicit apostolus, quod multos filios adduxit in gloriam. Et Psalmista, Benedicentur (inquit) in ipso omnes tribus terræ. Vnde ad insinuandum innumerabilitatẽ eorum, qui per Christum saluãtur, qui sunt quasi
Esaiæ.49. botri & germina eius, deus pater, vel trinitas ait ad eũ per
Esa.46. Esaiam, Parum est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentiũ, vt sis salus mea vsque ad vltimum terræ. Tertio, quoniam sicut li-
Acto.10. gnum vitis est despectũ, & tamen per vtile: sic Christus despectus fuit, cum esset omnium salus. Et non solum Christus,
F sed & ipsa ecclesia dicitur vinea, cum sit fœcunda in bonis, & multos continens filios: estque boni odoris atque saporis
Esa.5. laudabilem famam habendo, & diuina gustando, ac filios suos spiritualibus poculis reficiendo. Vnde Esaias dicit de sy-
Osee.10. nagoga, Vinea domini sabaot domus Israel est, & vir Iuda
Mat.21. germen delectabile eius. Et in Osee, Vitis frondosa domus Israel. Vnde apud Matthæum dicit Saluator, Homo erat pater familias, qui plantauit vineam, &c. Sed cum Christus nõ sit vitis: nisi per similitudinem, quomodo loquitur, Ego sum
Esa.40. vitis vera? Dicendum, quòd dicitur vitis vera, propter veram similitudinem, non propter veram naturæ communionem cum vite: sicut in Esaia inducitur, Verè fœnum est populus.
Hier.2. Et item, vt se distinguat à praua, ac sterili vinea: cui apud Hieremiam dominus protestatur, Ego te plantaui vineam electam, quomodo ergo conuersa es in prauum vineæ alienæ. Non enim est vitis vera quæ talis est: de qua per Esaiam ait

A ait dominus, Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Sic ergo Christus dicitur vitis, quomodo appellatur agnus, leo,
Esa. 5. patria. Porrò cum vitis & palmites sint eiusdem naturæ, ip-
Iohan.1. sique vitis sit sub agricola, indigens eius cultura, vel in fluen-
Apoc.21. tia: constat quòd Christus dicat se vitem secundum naturam
Ibidem assumptam, secundum quam ait, Pater maior me est: secun-
1.Cor.1. dum diuinitatẽ verò agricola est, quemadmodũ pater: imò
Iohan.14. tota trinitas superbenedicta & superdignissima est vnus agricola. Subdit ergo, *Et pater meus agricola est*, id est, agricolæ similis. Primò, quoniam sicut agricola mittit semen in terram, & plãtat arbusta, sic deus infudit animę Christi gratiam, quæ est quasi semen virtutum: plantauit quoque in ea omnem scientiam, ac virtutem. Secundò quoniã colit cor-
B da fidelium, ea à sentibus vitiorum purgando, per gratiã fœ-
1.Cor.3. cundando, semen verbi cœlestis in eis spargendo, & tandem in horreum patriæ introducendo. Hinc Corinthiis scribit apostolus, Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum*, id est, omnẽ infructuosum fidelem, qui fide informi, non charitate & bonis operibus mihi coniungitur, vnde non fert fructũ in me, id est opera bona & sancta desideria nõ producit in charitate, & gratia mea, *Tollet* id est, à consortio electorũ separabit *Eum* pater nunc gratiã subtrahendo, seu non influendo, & in fu-
Mat.3. turo gloria eum priuando. Huic simile est quod Iohãnes Baptista asserit, Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, ex-
C cidetur, & in ignem mittetur. Quod sit sola sterilitas condemnabitur, ipsa iniquitatis executio quantum torquebitur. Istud intelligendum est de his, qui in negligentiã finaliter perseuerant, *Et omnem qui fert fructum*, id est, omnem fidelem, qui habet fidem quæ per dilectionem operatur, & deo obedit, ac profert fructus, de quibus ad Galatas dicit Apostolus, Fructus spiritus est charitas. i. actus charitatis, gau-
Galat.5. diũ, pax, patientia, longanimitas, bonitas, mansuetudo, &c.
Ibidem. *Purgabit eum* pater, saltem, à venialibus, & à reatu præteritorum mortalium, si habuit ea. In multis enim offendimus omnes. Et, Iustus septies cadit in die. Omnes quoque iu-
Iacob.3. stitiæ nostræ sunt, quasi pannus menstruatæ. Purgat etiam
Prou.24. deus iustos in via ab habitu dissimilitudinis, & minoratione
Esa.64. perfectionis, quemadmodum iuxta Dionysium angeli, inferiores dicuntur purgari, per hoc quod lumen intellectuale in eis

D in eis augetur, seu cõfortatur. Purgat autẽ deus diuersis mõdis fideles: videlicet per pœnitentiam, per lachrymarum effusionem, per aduersa, videlicet per tentationes, persecutiones & infirmitates: nec dubium, quin per charitatis feruorẽ, qui operit multitudinem peccatorũ, continuamque in diuinis diligentiam maximè deleantur peccata, quantum ad ma
culam, & reatum, *Vt fructum plus afferat*, in bonis operibus
1.Pet,1. Psal.84. magis abundet. Nam in via dei non proficere, est deficere. Vnde oportet incessanter agere bona & de virtute in virtutem procedere. ¶ Sed si ita est, quid est, quòd multi cum cœperint agere bona, mox decidunt, & non solum non purgãtur, sed pristinam gratiam perdunt? Dicendum, quòd Christus loquit̃ de proficientibus & electis: vel distributio præ
E inducta intelligenda est pro generibus singulorum, non pro
Danie. 7. singulis generũ: sicut & illa quæ est in Daniele, Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. *Iam vos mundi estis* à labe
Lucæ.11. mortalium vitiorum, & ab incredulitatis errore, *Propter sermonem* id est, audiendo & obseruando doctrinam euangeli
Baruch. 3. cam, *Quem locutus sum vobis*. Beati enim qui audiunt verbũ
Mat,24. dei, & custodiunt illud. Et verba Christi animam purgant, illustrãt, perficiunt, ꝓpter quod scriptũ est, Beati sumus nos, quia quæ placita sunt deo, manifesta sunt nobis. *Manete in me* per fidem & charitatem, perseuerãdo vsque in finẽ: quod si feceritis, *Et ego manebo in vobis* per gratiosam inhabitationem, benignam custodiam, & singularem prouidentiã, Nunquam enim deus recedit à nobis, nisi primo recesserimus ab
F ipso. Et cum auersi fuerimus, inuitat vt redeamus, semperq; paratus est pœnitentes suscipere. Idcirco inpœnitentiũ praui tas nullum habet excusationis colorem, *Sicut palmes nõ potest facere fructum* (scilicet vuas) *à semetipso, nisi manserit in vite*, nõ precisus, sed humorem, atq; pinguedinem à stipite vitis trahens, *Sic nec vos* apostoli, nec aliquis alius, potestis in bonis & meritoriis actib' fructificare, *Nisi in me manseritis* per fidem & gratiam, non innitẽtes propriis viribus, sed pietati & gratiæ meæ, præsertim cũ sitis membra mea. Quemadmodum ergo si palmes, vel membrum abscindatur statim arescit, putrescit, & pristina virtute, fœcunditate & operatione priuatur: sic fideles nisi Christo per charitatem inhæserint, nil possunt meritorie operari, sed peccati vetustate corrumpuntur, vitiis implicantur, tentationibus superantur.

¶ Cum

¶ Cũ enim beatitudo hominis sit omnino supernaturalis, vi A
delicet visio dei per speciẽ, nõ potest intellectualis creatura ex suis naturalibus aliquid agere, quod sit meritum beatitudinis huius, sed indiget supernaturalibus mediis, quibus ad finem hunc perducatur: in quo dãnatur hæresis Pelagij, asserentis hominem propriis viribus posse iustificari, ac promereri. Quo cõtra dicit apostolus, Fidutiam talem habemus 2.Cor.3.
ad deum, non quòd sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex no Philip 2.
bis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Et iterũ, Deus est qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate, hoc est, ex sua voluntate benigna. Hinc apud
Oseam perhibet dominus, Perditio tua ô Israel ex te, in me Osee.13.
tantummodo auxilium tuum. Nemo ergo præsumat, nullus 1.Cor.10.
se iactet, vel alteri præferat, aliúmve conténat. Vnde mo- B
net apostolus, Itaque qui stat, videat ne cadat. *Ego sum vitis, vos palmites* non per essentiam, sed per similitudinem: sicut ostensum est. ¶ Denique sicut fidelis dicitur palmes & arbor, sic appellatur oliua: iuxta illud Hieremiæ, oliuam vbe-
rem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit dominus no Hier.11.
men tuũ. Et in Psal, Ego quasi oliua fructifera in domo dei. Psal.51.
Hoc quoque sciendum, quòd sicut palmes quàm diu manet in vite, præciosus speciosus, ac nobilis est: si verò præcidatur
vilissimus est, ad nullum vsum conueniens. nisi vt comburatur: prout dominus ait Ezechieli, Fili hominis, quid fiet li- Luc.3.
gno vitis, &c. Sic Christian' q̃ diu manet in Christo per cha Ezec.15.
ritatem & gratiam, cunctis rite gentibus præfertur dignita
te & merito. Quid enim Christiano tali fœlicius, cui regna C
sunt parata cœlorum, qui Christo incorporatus est, & deifi-
catus in eo? si verò se auertat à Christo, & euangelicę legis
obedientiam deserat, fit prorsus contẽptibilis, atque vilissimus. Hinc Christianorum dignitatem insinuãs Petrus. Vos (inquit) genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, po
pulus acquisitionis, De auersis autem & reciduantibus ait,
vilitatem eorum declarans, Contigit illis illud veri prouer- 1.Pet.2.
bij, Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti Exod.19.
Qui manet in me. modo iam dicto cuius videlicet intellectus 2.Pet.2.
nihi vnitur per fidem, voluntas per dilectionẽ, memoria per
stabilitatem, *Et ego in eo* permaneo, conseruando dona gra
tiæ meæ in anima eius. *Hic fert fructum multum*, i. operibus Prou.26.
bonis abundat, & crescit in gratia. Quẽadmodũ enim caput

E influit

D influit membris vitam & motum, & sicut vitis suis palmitibus influit pinguedinẽ & humorem: sic Christus fidelibus influit vitam gratiæ, & motum actionũ sanctarum, humorem recepta dona alentem, itemq; charismatum diuinorum
Psal.62. pinguedinem, Vnde orat Psal. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, *Quia sine me*, id est, sine gratia mea gratum faciente, *Nihil* (Meritorium) *potestis facere*. Propter
1.Cor.15. quod dicit Apostolus, Gratia dei sum id quod sum. Et, Omnia
Philip.4. possum in eo qui me confortat. Hinc apud Hieremiã legitur, Scio domine, quia nõ est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. Nemo ergo sibiipsi blandiatur, vel inseipso gloriatur, cũ nihil habet boni à se, & hoc ipsum quod habet, nec ad momentum potest seruare, nisi
E seruetur à Christo. ¶ Denique ipsa prima mentis ad deũ eb
Hier.10. uersio, dei donum est à deo. Propter quod Hieremias precatur, Cõuerte nos domine ad te & conuertemur. *Si quis in me*
Thren.5. id est, in fide, charitate, & obedientia mea, *Non manserit, mi*
Mat.25. *tetur foras*, id est ab electorum grege segregabitur, nũc vo
Matt.30. to & merito, & in futuro loco, & premio, atque in tenebras
Esa.26. exteriores mittetur: quemadmodum scriptum est, Tollatur
Psal.1. impius, ne videat gloriam dei, *Sicut palmes* (inutilis) *&*
Hier.17. *rescet* per sterilitatem ab opere bono, id est, humore gratiæ,
Mar.11. roreque gloriæ destituetur, nec erit tanquam lignum, quod plantatum est iuxta decursus aquarum, sed sicut arbor quæ aruit, quoniam non habebat humorem, Et *colligent eum*, id
F est, reprobis adunabũt eum angeli sancti, executores diuini iudicij: de quibus scriptum est, In consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mit-
Mat.13. tent eos in caminum ignis, ideo subditur, Et *in ignem mittent*
Lucæ 3. id est, in ignem infernalem proiicient eum, cum dixerit iu-
Esa.66. dex, Ite maledicti in ignem æternum. ¶ Istud quoque particulariter adimpletur in morte singulorum: de quo igne sic
præcursor apud Lucam, Paleas comburet igne inextinguibili. Esaias quoque ait, Vermis eorũ nõ morietur, & ignis eorũ non extinguetur Et *ardent*, cur nõ ait & ardebit? Quod si dixisset, verum dixisset, sed verbo præsentis temporis vtitur est, quoniã id quod fiet, deo præsentialiter constat: & in eius præsentia iam fit, quod in executione futurũ est. Ardebit ergo, & non consumetur, optabit mortẽ, & æternaliter
Apoc.9.
Apoc.14. punitur: quemadmodum in Apocalypsi dicitur, Cruciabitur

iniquus igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum A
& agni, & fumus tormentorum eius, ascendet in secula secu Psal.139.
lorum. Et Psalmista, Cadent super eos carbones: in igne deicies eos, in miseriis non subsistent. *Si manseritis in me*, conformando voluntatem vestram voluntati meæ, per charitatẽ & obedientiam veram, Et *verba mea in vobis manserint*, per iugem memoriam, & stabilem verborum adimpletionem, *Quodcunque volueritis petetis*, id est, quicquid placuerit animæ vestræ postulabitis à patre, vel à me, Et *fiet* (id est, dabi- Lucę.18.
tur) *vobis*, dummodo orando maneatis in me orando verè salubria prout mihi est placitum, orando quoque instanter. Sed quoniam iusti non exaudiuntur semper pro aliis, quanuis petant salubriter & instanter pro illis, ideo ait, *Fiet vobis*, quia non semper fit aliis, eo quòd ponant gratiæ obicem. B
In hoc clarificatus est pater meus, id est, in hoc patris cœlestis honor consistit & gloria, non ob suam indigentiam, sed ad nostram vtilitatem. Vt *fructum plurimum afferatis* i. multa opera meritoria perpetretis, aliosq; cõuertatis ad deũ, vt sint filij vestri in Christo regnati. ¶ In fructificatiõe ergo, & optima cõuersatione fideliũ glorificatur deus, quoniã honoratur in eis, eiusq; maiestas & sanctitas in tali conuersatione relucet, & tales deus ad gloriã suã creauit: secundũ quod ait
apud Esaiam, Omnem qui inuocat nomen meũ, in gloriam Esa.44.
meam creauit eum. Et *efficiamini mei discipuli* credendo & obediendo, nec solũ seruando præcepta, sed etiã adimplendo consilia, & in hoc consistit glorificatio patris. Qui enim ho Iohã.5.
norificat filium, honorificat patrem, *Sicut dilexit me pater, &* C
ego dilexi vos. Pater diligit filium secundũ vtranq; eius naturam, quia secundũ naturã diuinã, diligit eum tam perfecte & feruidè, sicut seipsum, videlicet amore immenso: secundũ naturam verò assumptam, diligit eum amore præcipuo, magis, videlicet quàm cuncta simul creata, Amare quippe est alicui bonum velle. Maius autẽ bonũ dedit, & voluit deus Christo homini, quàm toti vniuerso, vtpote personalem vnionẽ cum verbo. Christus quoque diligit nos secundũ vtranque suam naturam, quia vt deus diligit nos amore æterno, non tamen immenso, sed ampliori quàm aliqua pura creatura diligit aliam. Porrò, vt homo diligit nos a nore creato, infuso, valde ardenti atque præcipuo, quoniã animã suam posuit pro no- 1.Iohan.3.
bis, & tantũ nostram cõcupiuit salutem, quòd ad eam retulit

D quicquid fecit aut pertulit. Quemadmodũ itaq; pater diligit
filium, sic filius diligit nos, quoniã amor patris ad filium est
Iohan.3. gratuitus, sic amor filij ad nos gratuitus est. Rursus quem-
admodũ pater diligit filium, vt hominẽ, sic filius diligit nos,
Rom.8. Sic enim pater diligit filiũ, volendo ei fœlicitatem æternam.
Esa.53. Filius quoq; nos amat ad idem. Iterũ, Sicut pater diligit fi-
lium, nõ tamen pepercit ei, sed manibus impiorum tradidit
eum, sic filius diligit suos fideles, non tamen parcit eis, sed
quanto sunt chariores, tanto pluribus tribulationibus illos
exercet. prout Sapiens ait, Tanq̃ aurum in fornace probauit
Prou.3. electos. Et Iudith. Omnes qui placuerunt deo, per multas tri-
Iudith.8. bulationes transierunt fideles Propterea nõ debemus in ad-
Iacob.1. uersitatibus cõtristari, sed iuxta Iacobi documentum, Omne
Prou.3. gaudiũ æstimare, cum in diuersas tentationes incidim⁹. Hinc
E nempe in Prouerbiis Salomon loquitur, Disciplinã domini,
fili mi ne abiicias, & ne deficias cũ ab eo corriperis. Quem
enim diligit dominus, corrigit, & quasi pater in filio cõpla-
cet sibi. *Manete in dilectione mea*, quæ est animæ vita, in qua
perseuerandũ est iugiter, quoniã sola perseuerantia corona-
tur: nec aliquid præferendũ, aut comparandum est diuino a-
mori, sed deus præ creaturis amandus est in infinitum. Idcir-
co secundum doctores potius deberet homo mortem cor-
poralem subire, quàm vnum veniale cõmittere. Quã autem
beatum & sanctum sit in diuina dilectione manere, patet ex
1.Iohã.4. verbo Iohã. in sua canonica, De⁹ charitas est, & qui manet in
charitate, in deo manet, & deus in eo. *Si præcepta seruauerimus,*
F *manebitis in dilectione mea*, Et tandiu in dilectione manemus,
quandiu obedimus: quemadmodũ etiam obseruatio præce-
ptorum procedit ex charitate, sic cõseruat eãdem, quoniam
operatio perficit habitũ, gratiamq; meretur maiorem, qua
habitus charitatis confortatur, sicut & ego præcepta patris
Iohan.8. mei seruaui, secundum quod homo sum. Nã quę placita sunt
illi facio semper, & quicquid iussit mihi per inspirationem
facere pro hominum saluatione, feci hucusq; eroq; ei obe-
Philip.2. diens vsq; ad mortem, Et *maneo in eius dilectione* plenissima,
quia plus diligo eum, quàm omnes electi. *Hæc* (moralia docu-
menta) *locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit*, id est,
Philip.4. spiritualiter gaudeatis in deo quemadmodum ego. Vel, vt
gaudium meum in vobis sit, id est, beatitudo, & gloria mea
2.Tim.2. vobis cõmunicetur in patria: prout Apostolus dicit, Si com-
patimur

patimur & conregnabimus. Vel, vt gaudium meum in vobis A
sit, id est, vt ego de vobis, quasi de bonis filiis glorier, quia
beneplacitum est domino in populo suo. Et, Gaudium do-
mini est fortitudo vestra, quod non est sic intelligendum,
quasi gaudium dei, aut Christi ex nobis augeatur: sed quòd
deus, vel Christus in se delectetur, propter seipsum appro-
bans bonum nostrum, & gaudendo in nobis, gaudium suum
infundens, ac tribuens nobis, Et *gaudium vestrum*, id est, spiri
tualis cõsolatio quã habetis in via, *Impleatur* in patria. iuxta
illud, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et adimplebis me Psal.16.
lætitia cum vultu tuo. Nec enim aliud implet nostri intelle- Psal.15.
ctus capacitatem, & sciẽdi auiditatem, nisi veritas prima, im-
mensa, per speciem cognita: aliud quoque non implet nostrę
voluntatis desideriũ, nisi bonitas summa, & infinita, per frui-
tionem possessa. Patet ergo quod finis nostræ creationis est B
gaudium plenum, tamque exuberans, & perfectum, vt eo a-
depto, maius non cupiatur. *Hoc est præceptum meum*, id est, præ
ceptum, quod specialiter recolo, & diligenter seruari volo,
Vt diligatis inuicem, dilectione diuina, infusa, & spirituali, *Si-
cut dilexi vos*, id est, ordinatè ad adipiscendum vitam æternã,
& item feruenter atque stabiliter, Nullus tamen diligere po
test æqualiter Christum. Qui autem sic diligit proximos,
propter nullam iniuriam ad odium concitatur, nec ob alicu-
ius rei temporalis damnum sibi illatum, charitatem relin-
quit, cum eius amissio sit maximum damnum.

¶ Quanuis ergo multa sint Christi præcepta, & præceptum
diligendi deũ sit primum & maximum: tamen de præcepto C
mutuæ dilectionis proximorũ, ait saluator, Hoc est præceptũ
meum, quoniam dilectio proximi includit dilectionem dei,
cum deus sit causa, & finis diligendi proximos. Et teste Apo
sto, Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam, non adul- Psal.15.
terabis, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum te- Rom.13.
stimonium dices, & si quod est aliud mandatum, in hoc ver- Exod.20.
bo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Deut.5.

¶ Deinde Christus ostendit quæ sit summa dilectio proxi- Leuit.19.
mi: & quomodo aliquis diligit proximos sicut Christus di- Matth.5.
lexit nos. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam* Mat.22.
id est, vitam corporalem, aut se totum *ponat*, id est, morti Mar.12.
corporali exponat, *Quis pro amicis suis*, Vita enim est maxi- Galat.5.
mè appetibilis, atque amabilis, Mors autem est omnium hor Iacob.3.

 ribi-

D ribilium horribilissimum, ideo vitam propriam contemnere, mortemque subire pro proximorum salute, est maximè charitatis effectus, ac signũ. Cum enim sint quatuor ex charitate amanda, quorum vnum alio exstat præstantius, scilicet deus, anima propria, proximus, & propriũ corpus, ideo propter deum despicienda, & exponenda sunt alia tria, & proprium corpus pro proximo. Veruntamen nemo debet animã suam spirituali morti exponere, vel eius salutem postponere propter proximorum profectum, aut fœlicitatem, quanuis opera bona non debita sint sæpe omittenda ad vitandũ scandalum pusillorum. Vnde apud Matthæum dominus ait, Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Hanc autẽ dilectionẽ habuit Christus, qui pro suorum electorum salute, mori ex charitate dignatus est. ¶ Sed videtur, quòd pro amicis animam ponere non sit dilectio maxima, quoniam pro inimicis mori maius censetur. Rursus videtur Christus passus pro inimicis, quorum vtrũque patet ex his quæ ad Romanos dicit Apostolus, Commendat autem charitatem suã in nobis deus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christ⁹ pro nobis mortuus est, & cũ adhuc inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Dicendum, quòd quicunque pro alio moritur, maximè diligit illum, quanuis odio habetur ab eo, & sic est amicus eius ex parte sui, quoniam diligit eum: sicq; loquitur Christus, vt per amicum intelligatur quilibet proximus dilectus, quanuis non diligens. Vel dicendum, ꝙ dilectio, quia quis animam ponit pro inimico, non est maior q̃ illa qua moritur pro amico, quantum ad interiorem affectum, cum inimicus non sit amico plus diligendus, quanuis maior appareat, seu euidentius ostendatur in effectu. Ad secundum dicendum, ꝙ pro omnibus amicis, & inimicis, & reprobis, & electis occisus est Christus, eosq; redemit sufficiẽter, seu quãtum in se fuit: pro solis verò electis efficaciter, qui fructũ dominicæ passionis consequuntur: qui licet fuerint inimici secundum præsentem dei iustitiam, & propriam culpam, erant tamen amici secundum æternam prædestinationem. *Vos amici mei*, id est, mihi dilecti, & dilectores mei estis, *Si feceritis quæ ego præcipio vobis*, vt non solum amicos, sed inimicos in me, & propter me cordialiter diligatis, optãdo eis salutem in ge-

Matth. 16.

Rom. 5.

1. Iohã. 4.
Iohan. 8.

generali bona animæ. Impletio enim præceptorum, est amicitiæ certũ indicium. *Iam non dicam vos seruos*, seruitute procedente ex timore seruili, quẽ perfecta charitas mittit foras. Non enim seruitis timore pœnæ, sed amore iustitiæ, atq; intuitu gloriæ. Ad hanc seruitutem pertinet quod dictũ est octauo capit. Seruus non manet in domo in æternũ, filius autem manet in æternũ. Verùm omnes electi, & virtuosi sunt serui seruitute procedẽte ex timore casto, & filiali, qui charitatẽ cõsequitur: vel ex ipsa charitate, ad quam seruitutẽ pertinet illud Matthei, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiũ domini tui. Hic seruus est amicus, & filius. De illa prima seruitute, atq; timore seruili, scribit Apostol⁹ ad Romanos, Nõ accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus abba pater. De hac seruitute charitatiua, & sancto timore, dominus ait apud Esaiã, Ecce serui mei laudabũt præ exultatione cordis. Et alibi, Ad quẽ respiciam nisi ad tremẽtem sermones meos? Cur autẽ Apostoli non dicantur serui, subiungitur, *Quia seruus* seruitute timoris seculi, *nescit quid faciat dominus eius*, id est, secretiora facta domini sui. Hoc nempe videmus quotidie, ꝙ homines in potestate, & dominio constituti, nõ reuelant seruis, qui puri serui sunt, sua secreta. seruis tamen fidelibus, quorum probitatẽ experti sunt, cõmittunt, pãduntq; secreta. Tales enim serui non sunt puri serui, sed aliquid de proprietate filiorũ participãt, cũ amorosi sint ad dominos suos. Vnde in Ecclesiastico dicitur, Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. Et alibi, Seruus sapiẽs dominabitur filiis stultis. *Vos autẽ dixi amicos* dei & mei, hoc est, dilectos, familiares, & cõmunicãtes bonis nostris, *Quia omnia quæcũq; audiui à patre meo, nota feci vobis*. Certum est, quòd Christus quando hæc dixit, nondum patefecit Apostolis omnia quæ audiuit à patre cum infra testetur, Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Augustinus ergo exponit hæc verba per modum prophetiæ denũciationis, vt ponatur præteritũ pro futuro, & sit sensus, Omnia illa nota feci, id est, notificabo vobis in patria, quãdo venerit quod perfectũ est, & euacuabitur quod ex parte est. Tunc enim videbimus deum per speciem, & in illo cætera omnia conficiemus. Porrò superius dictũ est sæpius, quomodo Christo secundum vtranque naturam cõueniat audire seu audiuisse à patre.

A

Matt. 25.

Rom. 8.

B

Esaiæ. 65.
Esaiæ. 66.

Eccl. 33

C

Prou. 17.

Iohan. 16.

1. Cor. 13.
Ibidem.

D ¶ Quod autem nulla pura creatura omnia noscat, quę Christus cognoscit, vel à patre audiuit secundum quod deus, certissimũ est. Sic enim cognoscit actualiter infinita, imò & infinities infinita. Rursus, Nulla intellectualis creatura circa Christum cognoscit distincte, & particulariter omnia quæ Christus, vt homo: quia quæcunq; cognoscit verbum notitiâ visionis, cognoscit anima Christi: itaque ꝓ ait, Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis, intelligẽdum est, nõ de omnibus absolute, sed de omnibus quæ Christus à patre audiuit, notificanda esse discipulis secundũ exigentiã status eorum, & secundum vtilitatẽ ecclesiæ: iuxta quẽ modum scriptũ est in prima Iohãnis canonica, Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed vnctio docet vos de omnib⁹, & nõ stis omnia. Talis nanq; distributio accommoda frequens est in scripturis, vt eũ ait Psal. nihil deest timẽtibus deum. Et in lib. Sapientiæ legitur, Venerunt mihi omnia bona simul cum illa, puta cum sapientia: & tamẽ pauca sunt omnia bona vitæ præsentis, iuxta illud, Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Sic quoq; ait Apostolus, In omnibus diuites facti estis in Christo ita vt nihil desit vobis in vlla gratia. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Siue intelligatur hoc de electione æterna, quę est prædestinatio qua Christus secũdũ naturam diuinã quosdam ab æterno elegit: siue de electione tẽporali, qua Christus in mundo cõuersans, quosdam ad gratiam, & apostolatum vocauit, verũ est, quòd ipse nos elegit antequam eum elegimus, sicut & nos dilexit antequam eum dileximus. Elegit ergo Apostolos, cæterosq; saluãdos, id est, ex sua liberalitate præ cæteris ordinauit eos ad vitam æternam, & de gratia ad hoc necessaria ipsis præuidit: quosdam quoque ex multitudine discipulorum suorũ elegit in apostolos: ex quo sequitur, quòd gratia dei non ex meritis præuiis, nec ideo deus quenquam elegit, quoniã vidit illum se electorũ, cũ nemo possit Christũ meritorie eligere, sine præuia fide quæ est donũ dei, & mẽtis suæ auersione à rebus caducis, eiusq; conuersione ad deum, quod nõ fit sine gratia speciali & gratum faciente, Propter quod frequenter orat Psalmista, Domine deus conuerte nos. Et Apostolus ad Ephesios, Gratia saluati estis per fidẽ, & hoc nõ ex operibus, dei enim donum est, ne quis glorietur Itemq; ad Titum, Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, nõ ex operibus iustitiæ

7.Iohã. 2. Psal. 33. E Sapien. 7. Mar. 25. Lucæ. 19. 1.Cor. 1. Baruch. 3. 1.Iohã. 4. F Psal. 79. Ephes. 2. Titum. 3.

iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et *posui*, id est, ad hoc institui atque paraui, *Vos vt eatis* (per totum mundum) *& fructum afferatis*, id est spirituales filios genereris, baptizando, docendo, ædificando, quatenus impleatur quod dictum est, In omnem terram exiuit sonus eorum, Et *fructus vester maneat* id est, ecclesia per vos conuersa, atque in Christo renata, vsque in finem seculi perseueret, & deinde ad æternam hæreditatẽ pertingat. Vel spiritualiter sic, posui vos in via præsenti, in via huius exilii, in corpore isto mortali, vt eatis de bono in melius, de fide in opus, de statu animali ad spiritualem, & fructum afferatis, id est, tanquam bona arbor fœcundi sitis in actibus virtuosis: iuxta illud in Psamo, Iustus vt palma florebit. Et illud Osee, Israel germinabit sicut lilium, & fructus vester maneat, id est, æterna mercede premietur. Opera enim illorum sequuntur illos. Vt *quodcunque* verè expediens & saluare, *Petieritis patrem meum in nomine meo* (instanter) *det vobis* superius dixit, Quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo hoc faciam, hic dicit, Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis: ex quo cõcluditur, quòd pater & filius sunt idem dator gratiarum, vnusque auditor precem nostrarum, & per consequens vnus deus. Quorum enim vna est operatio, eadem est natura.

A Psal. 17. Psal. 91. B Osee. 14. Apoc. 14.

¶ Explanatio sequentis partis.
Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.

C

ARTICVLVS. XXXVIII.

F Requenter magister vnitatis, totius charitatis exẽplar, dominus Iesus suos discipulos, & sub illorũ persona totam ecclesiã prouocat ad charitatem fraternã, propter rationes præmemoratas. *Hæc mãdo vobis, vt diligatis inuicem.* Quia enim diligit fratrem suum, in lumine permanet. *Si mundus*, id est, homo mundanus & impius: vel cõgregatio talium, *Vos odit* imò quia sic est, Nunc enim odiunt vos aduersarii mei, scribæ & pharisæi: & post meam ascensionem, cum prædicaturi cœperitis, magis vos odiẽt, deinde principes terræ & multi gentilium odio vos habebunt. Vnde apud Matthæum, ait Saluator,

Matt. 24.

D Saluator, Eritis odio omnibus propter nomen meum, *Scitote*
1.Iohã.2. ad consolationem vestram, & vt seruetis patiẽtiam, *Quoniã me priorẽ vobis odio habuit.* Hoc dupliciter legi potest. Primò sic, me priorẽ qui prior, ac maior sum vobis, odio habuit: vnde superius dixit Saluator, Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quoniam opera eius mala sunt. Et
Iohan. 7. in Psal. Multiplicati sunt (inquit) super capillos capitis mei,
Psal. 68. qui oderunt me gratis. Secũdò sic, Me priorem vobis, id est, me prius quàm vos odio habuit mundus, id est, populus iste Iudaicus, carnalis, ac reprobus. Nam ex odio quo odit me, cõcepit rancorem aduersum vos. *Si de mundo fuissetis* per imitationem culpæ ad societatẽ secularium hominum pertineretis, & illis in vita conformes essetis, *Mundus quod suum*
E *erat diligeret*, hoc est, tunc isti terrenorũ amatores vos amarent carnali, & vitioso amore, tanquã aliquid sui, & quasi ad eandẽ perditionis massam, seu idem corpus diaboli pertinẽ-
Eccle. 27. tes. Similitudo enim est causa amoris, & omne animal diligit sibi simile: sicq; amatores mũdi amant suos amatores. Veru-
Proue. 15. tamen nõ est sic intelligendum, ꝓ quilibet mundanus amet quemcunque mũdanum, præsertim, cum inter superbos semper sint iurgia, & filii huius seculi iugiter contra se dimicẽt, eo quòd vnus habeat quod appetit alter, sed mũdanus amat mundanum sibi conuenientem. Et quanuis similitudo sit per se causa amoris, per accidens tamen est causa rancoris. *Quia verò de mundo non estis*, id est, ad gregem reproborũ non pertinetis, *Sed ego elegi vos de mundo*, hoc est à mundanis, &
F vanis hominibus vos gratiose, & pie separaui, *Propterea odit vos mundus*, tanquam sibi dissimiles, & suis desideriis contrariantes. Veruntamen non omnes mũdani odiunt bonos. Videmus quippe, quòd multi secularium libenter conuersantur cum deuotis, & eleemosinas eis cõmunicant, nec tamẽ corrigunt vitam. Christus ergo loquitur de hominibus prorsus mũdanis, in quibus ratio penitus excæcatur, & induratur voluntas in tantum, vt odiant religionem, & quicquid religiosum aspexerint, quasi superuacuum iudicant. De talibus dicit Iohannes, Propterea mundus non nouit nos, quia non nouit
1. Iohã. 3. deum. Et iterum ait Iohannes, Nolite mirari si odit vos mũ-
Ibidem. dus, nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam.
Iohan. 13. *Memento te sermonis mei, quem ego dixi vobis*, vt ait Iohannes, Non est seruus maior domino suo. Hoc Christus cõmemo-

rat, vt discipuli, omnesq; Christiani exemplo Christi discant A
gati aduersa, & in omni tribulatione gaudere. Propter quod 1.Petr. 4.
Petrus hortatur in prima sua epistola, Si exprobramini in no Ibidem.
mine Christi, Beati. Et deinde, Communicantes Christi pas- Iohan. 10.
sionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Marci. 2.
Non ergo se putet regnaturũ cum Christo, qui iam non vult Lucæ. 4.
odio haberi, & tribulari à mundo. *Si* (pro quia) *me persecu-* Iohan. 10.
sunt. Iudæi verbis, & factis, dicentes insanit, dæmonium habet, blasphemat, & nunc me præcipitare, nũc lapidare, vo-
lentes. Et *vos persequentur.* Hoc patet impletum in Actibus Apostolorum, quomodo clauserunt, & flagellauerunt Apostolos. *Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt,* id est, sicunt prædicationem meam spreuerunt, quia nec cre-
dere, nec obedire volebant, sic vestrum despicient pro maio- B
ri parte. Quanuis enim nonnulli Iudæorum per Christum, & multi per Apostolos sint conuersi, tamen comparatione
ciorum, quasi nulli fuerunt. Propter quod ait Christus per Esaiam, Hæc dicit dominus ad me, vt reducã Iacob ad eum, Esaiæ. 49.
& Israel non congregabitur. Oseas quoque ego (inquit) eru Osee. 7.
dui eos, & in me cogitauerunt malitiam, reuersi sunt, vt es- Matt. 10.
sent absque iugo. *Sed hæc omnia facient vobis*, id est, odio vos & 24.
habebunt, persequentur, sermonem vestrum despicient, *Pro-* Lucæ. 6.
pter nomen meum extinguendum, id est, vt fideni & famam Marci. 10.
eam extinguant, iuxta illud Hieremiæ, Nomen eius non Hier. 11.
memoretur vltra. Vel, propter nomen meum, quasi ob cau- Psal 82.
sam meritoriam tantæ persecutionis, id est, propter fidem, Iohan. 8.
confessionem, & prædicationem nominis mei, *Quia nesciunt* C
eum qui misit me, id est, deum patrem. Quanuis enim diuini- Psal. 75.
tatis vnitatem agnouerunt, secundum illud Psalmi. Notus in 1.Iohã. 2.
Iudæa deus: non tamen cognouerunt personarum trinitatẽ, nec patrem sub proprietate relatiua, sed nec deum cognouerunt, formata notitia: de qua dicit Iohannes, Qui se dicit nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est.

¶ Hæc verò ignorantia nequaquam excusat, cum sit affectata, & iuris, atque ex odio emanauit. Sæpe enim prædixit eis Christus de patre cælesti, sed noluerunt attendere. Similiter Gentiles Christianorum persecutores nõ excusantur per nescientiam, quoniam prædicatores Christi pertinaciter repulerunt, & à veritate auerterũt aures, quasi aspides surdæ. *Si non venissem* in propria persona per incarnationis

mysterium

D mysterium ad Iudæos, prout prænunciauerunt prophetæ. Et
Psal. 57. *loquutus eis non fuissem* (proprio ore) *peccatum nõ haberẽt* tam
enorme ac multiplex vt nunc. Itaque dicendo, Peccatum nõ
Iohan. 8. haberent, non abnegat cætera peccata, sed peccatorum tam
grandem enormitatem: quemadmodum supra dixit de cæco,
Neque hic peccauit, neque parentes eius. Augustinus tamen
exponit sic, Peccatum, id est, infidelitatis culpam, quę est ma
gnum valdè, & virtualiter omne peccatũ, non haberẽt. Chri
stus enim fuit eis specialiter repromissus, idcirco non pote
runt de perfidia Christi redargui, nisi Christo eis misso, atq;
loquuto. *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo* id
est, infidelitate, & cæteris excessibus in me cõmissis, quoniã
tot visis miraculis, & prophetarum scripturis, tam euidẽter
E impletis, credere contempserunt ex sua malitia, quæ eorum
animas obnubilauit, propterea venit super eos ira, vel vsque
Ephes. 5. in finem, secundum Apostolum, *Qui me odit, & patrem meum*
odit quoniam patris & filii est vna essentia, vna volũtas, vna
que veritas. Qui igitur odit Christum propter opera eius, ac
documenta, odit & patrem, cuius sunt opera illa, & documẽ
ta, quemadmodum filii: imò qui non credit in filium, menda
cem facit patrem. ¶ Insuper adhuc ostẽdit Christus grauí
tatem, & inexcusabilitatem peccati Iudæorum, *Si opera non*
fecissent in eis hoc est, supernaturalia facta, omnem creatã po
testatem transcendentia, *Quæ nemo alius fecit*, id est, tam ma
gna & multa, quanta, & qualia nullus præcedẽtium prophe
tarum, patriarcharum peregit. Quanuis enim quidã illorum
Iosue. 10. magna fecerint, scilicet, Moses, Iosue, Helias, & Helisæus, nõ
F tamen comparari queunt Christo, qui de quinque panibus,
Exod. 7. 8 tribusque piscibus quoque milia satiauit: de septem quoque
9. 10. panibus, ac paucis piscículis, quatuor milia, qui cæcum à nati
3. Re. 17. uitate illustrauit, quatriduanum mortuum reduxit ad vitam,
& 18. super pelagi vndas transiuit, & alia innumerabilia fecit pro-
4. Reg. 4. digia: in cuius passione supernaturaliter eclipsatus est sol, &
5. 6. 7. & 8 luna, solitum cursum vehementer mutauit, cũ quo multa san
Mat. 14. ctorum (qui dormierant) corpora surrexerunt, & veniẽtes in
Lucæ. 9. sanctam ciuitatem, apparuerunt multis. *Nunc autem & vide-*
Iohan. 6. *runt* me præsentem quem expectabãt futurũ: & opera mea
Marci. 8. miraculosa, sicut Esaias prædixit, Erũt oculi tui videntes præ-
Iohan. 9. ceptorẽ tuum, *Et oderunt me, & patrem meum.* Me enim vo-
luerũt, & volunt occidere, patrisq; æterni honorem, & cultum

tum auferre. Cur autem deus permiserit tantũ malũ, & quid A
boni consecutum sit illud, subiungitur, Sed vt dictio ista, Ioh. 11.
ut, sumitur iam concomitanter, non causaliter A *dimpleatur* Mat. 27.
sermo (propheticus) *qui in lege eorum* scilicet in libro Psalmo- Esaiæ. 30.
rum, in psalmo qui incipit, Saluum me fac deus, quoniam in- Psal. 68.
trauerunt aquæ: qui psalmus ad literam scriptũ est de Chri-
sti passione, & Iudæorum excecatione, *Scriptus est* (hic sumi-
tur lex pro tota veteris testamẽti scriptura) *quia odio habue*
runt me gratis dupliciter. Primò, quoniã sine rationabili causa
oderunt me. Ego enim multa beneficia cõtuli eis, sed retri-
buerunt mihi mala pro bonis, odium pro dilectione, persecu
tionem pro liberatione, mortẽ pro veritatis testificatione. Psal. 34.
Secundò, quoniam ex hoc, quòd me oderunt, nullũ cõsecu
ti sunt commodum, sed maximum detrimentum. Illud autẽ B
gratis oditur, ex cuius odio nullum emolumentũ acquiritur
Vnde & Hieremias prædixit, Attẽde domine, & audi voces Hiere. 18.
aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malũ
¶ Porrò in psalmo præallegato sic scriptũ est, Multiplicati
sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Idem
quoq; habetur in Psal. in quo legitur, Nõ supergadeãt mihi Psal. 68.
qui aduersantur inique, qui oderunt me gratis: & annuunt
oculis: ex quo, in expositione libri psalmorũ probaui, quòd
Psalmus iste cuius exordiũ est, Iudica domine nocentes me,
est ad literam exponendus de Christo. Lyra verò exponit eũ
alteraliter de Dauid, & tamen hoc loco dicit Christum alle- Psal. 34.
gare scripturam huius psalmi, quo dato psalmus iste exponẽ
dus est ad literam de Christo, cum probatio non valeat, nisi C
ex sensu literali, secundum Augustinum, Illi ergo oderũt me
gratis, quasi non sim Christus, sed seductor *Cum autem vene-*
rit nõ locum mutando, sed in signo visibili de nouo operã-
do, & maximam gratiam infundendo *Paracletus* hoc est
consolator spiritus sanctus, qui spem veniæ imprimendo le-
uiat pœnitentem, & diuinorum sapidam cognitionẽ præ-
bendo exhilarat contemplantẽ *Quem ego mittam vobis* dan-
do & influendo mẽtibus vestris, munera eius: imò & ipsum
verta illud Apostoli, Charitas dei diffusa est in cordibus no-
stris per spiritum sanctum qui datus est nobis. ¶ Porrò pro
hoc quod Christus asseruit, quem ego mittam vobis, ostẽdit Rom. 5.
quòd spiritus sanctus ab ipso procedat. Non enim vni diuina
rum personarum competit dare, vel mittere aliam secundũ
naturam

D naturam diuinam, nisi ratione originis seu authoritatis ad
illã: ideo nunquam legitur pater missus à filio, vel spiritu san
cto, sed econtra. Non itaq; congrueret filio mittere spiritũ
sanctum, nisi esset in filio authoritas respectu spiritus sancti,
videlicet nisi à filio emanaret. Quod verò adiecit, à patre
accipi potest dupliciter. Primò sic, quẽ mittam vobis à patre
quasi a fonte, de quo profluit spiritus sanctus: vel quem pro-
Iohan.14. cedentem à patre mittam vobis. Secundò sic quem mittã vo
bis à patre, hoc est, virtute diuina quã suscepi à patre, à quo
habeo quod spiritus sanctus procedit à me, processione æter-
na, & mittitur à me missione tẽporali, *Spiritus veritatis* hoc
est, spiritũ meum, qui sum veritas, & sapiẽtia patris vel spiri-
E tum, qui est examẽ, & doctor totius veritatis. Dicit enim a-
1.Cor.3. postolus de spiritu sancto ad Romanos, Si quis spiritũ Chri
Rom.4. sti non habet, hic non est eius, *Qui à patre procedit*, hoc ad-
dit saluator, ne putaremus, quòd à filio duntaxat procederet
spiritus sanctus, eò quòd dixit, Quem ego mittã vobis. Pro-
cedit ergo à patre & filio, non quasi à distinctis personis, sed
inquantum sunt vnum in natura & voluntate. Est nanq; spi-
ritus sanctus amor. Amor verò est germen, atq; processio vo
luntatis. Quemadmodum ergo mundus creatus est à tribus
personis, non inquãtum sunt distincta supposita, sed vt sunt
vnus deus in essentia, atque potentia indistinctæ, ita ꝓ tres
personæ sunt vnus creator: sic spiritus sanctus procedit à pa
tre & filio, per id in quo idem sunt: scilicet, per volũtatẽ pro-
F pter quod sunt vnus spirator, vnus fons, vnumq; principium
spiritus sancti. *Ille testimonium perhibebit de me* per opera sua
miraculosa. ¶ Hoc autẽ in die sancto pẽtecostes cõstat: im-
pletum. Per hoc siquidem quòd spiritus sanctus infudit for-
midolosis illis idiotis, rudibusq; discipulis, inuincibilem, for-
tissimamq; constantiam, diuinarum scripturarum copiosam
notitiam, omnium quoque linguarum notitiam, aperte mõ-
strauit, quòd Iesus (ꝓ cuius honore hoc factũ fuit) esset ve-
rus Christus: vnde tam forte testimonium perhibuit Christo
spiritus sanctus, quòd multi qui ante crucifixionẽ eum ode
runt, post viso prædicto opere spiritus sancti cõpuncti sunt
corde, & cõuersi ad Christum: quemadmodum in actis apo-
Acto.2. stolorum plenius recitatur, vbi legitur, Cœperunt loqui va-
riis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Facta au
tem hac voce conuenit multitudo, & mẽte confusa est. Stu-
pebant.

pebant autem omnes, & mirabantur adinuicẽ dicẽtes, Quid A
nam vult hoc esse? Et post pauca. His auditis, compũcti sunt
corde, & dixerunt ad Petrũ, & ad reliquos apostolos, Quid
faciemus viri fratres? Et *vos testimoniũ perhibebitis* de me, vir-
tute spiritus sancti efficaciter prædicando. Vnde in actis pro Ibidem.
bat Petrus, in hac missione spiritus sancti impletã esse pro- Iohel.
phetiam Iohelis, per quem dominus ait apud Iohelem, Effũ
dam de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Hinc Petrus & Iohã- Acto.5.
nes, qui in passione fugerunt, accensi spiritu sancto, principi
bus sacerdotum, Christi testificationem perhibentibus, cum
ingenti authoritate dixerũt, Obedire oportet deo, magis q̃
hominibus. Non enim possumus quæ audiuimus, & vidimus
non loqui, *Quia ab initio mecum estis* id est, ab exordio prædi
canionis meæ, vel cõuersionis vestræ, & mihi inseparabiliter B
adhæsistis, propter quod estis idonei testes, quasi certissimi
de re gesta, & digni estis recipere gratiam testificãdi de me.
Hinc apud Lucã Christus apostolis, Vos estis qui perman- Lucæ.22.
sistis mecum in tentationibus meis. Iohãnes quoque in prin
cipio primæ suæ canonicæ, certitudinem apostolicę predica
tionis insinuans, ita exorsus est, Quod audiuimus, quod vidi 1.Iohan.1.
dimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrę tra
ctauerunt de verbo vitæ, quod vidimus, & audiuimus, annũ-
tiamus vobis. *Sed hæc* de aduentu spiritus sancti, & cæteris
multis, *Locutus sum vobis, vt non scãdalizemini* i. ne tẽpore p-
secutionis cadatis per impatientiam, vel infirmitatẽ, cedẽdo
tormẽtis. Per prędicta enim cõfirmauit eos in fide futuraq;
mala seu aduersa prædixit, atq; exemplo sui discipulos ad pa C
tientiam incitauit, quæ omnia prẽseruant à scandalizatione,
quia & iacula præuisa minus lędũt: & qui ante persecutionẽ
fugaciter pẽsat quãti sint tribulationũ fructus, merces atq;
vtilitas, cũ omni alacritate ipsas amplectitur, eò ꝓ purgentã
culpa, disponant ad gratiam, Christo conforment, ab æter-
nis pœnis eripiant, purgatorij pœnas abbreuient, & ad glo
riam introducant cœlestem. *Absque synagogis facient vos* id Mar.10.
est, infideles Iudæi à societate sua, & communione, ac mate- &24.
rialibus suis synagogis vos repellent, tanquam excomuni- Mar.13.
catos, & hæreticos. Hoc in actibus Apostolorũ legitur ad- Lucæ.21.
impletum in Paulo & Barnaba. *Sed venit hora* id est, tem- Acto.14.
pus propinquat, & prope est Vt *omnis qui interficit vos, arbi-
tretur obsequium se præstare deo* id est, rem deo placitã facere.

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Si hoc quod ait deo, intelligatur de deo vero, locus iste de
solis Iudeis, persecutoribus discipulorum Christi erit intelli-
gẽdus. Sola enim plebs Iudæorũ habuit veri dei notitiam:
Iohan.7. infideles ergo Iudæi, quoniam Iesum pro seductore, & eius
discipulos, p hypocritis tenuerũt, quasi sub specie boni vel-
lent cultum dei Israel impedire, legẽ destruere, homines ad
pseudochristum conuertere, ideo existimabant occisionẽ di
scipulorum esse sacrificum deo. Si verò quod ait, arbitretur
obsequiũ se præstare deo, intelligatur de quocunq; deo per
secutorum, intelligi potest hic locus cõmuniter, quia quicũ-
que tyranni, & æmuli fidei Christianæ occiderunt discipulos
Christi, putabant se suo deo rem gratissimam facere.

¶ Quæritur, quum dicat Ambrosius, intentio imprimit spe-
E ciem operi tuo: estque cõmune dictum, Si finis siue intẽtio
bona sit, opus est bonũ: quomodo persecutores apostolorũ
qui persequendo eos, putabant se obsequi deo, & ei honorẽ
facere intẽdebant, non excusantur à culpa? Dicendum, quòd
verbum Ambrosi intelligẽdum est de intentione operi cor-
respondente, non de intentione operantis duntaxat. Quem
admodum ergo non excusatur qui hostẽ occidit vt viuat pa
cifice, sic non excusantur prædicti. Porrò commune dictum
intelligendũ est, de fine proportionato, non extorto & abu
siuo. Hinc patet error, periculumque multorum delinquen-
tium, qui quædam illicita perpetrantes, excusant se, dicentes
Nil mali intendimus, cum tamen opus eorum sit tale, vt bo-
F no fine fieri nequeat, loquẽdo de fine proportionato ac pro
prio Et *hæc* (mala) *facient vobis, quia non nouerunt patrem*, se-
cundum proprietatem relatiuam. Non enim nouerunt gene
rationem æternã, vel emanationem diuinarum personarum
adintra Vel, non nouerunt patrem, notitia salutari, quæ cha
ritate ornatur, & obedientia comprobatur *Neque me* vnige
nitum patris secundum naturam meam diuinam, & propriã.
Vel, neque me secundum naturam humanã vt à verbo assum
ptam, quanuis facietenus noscant me. Qui enim ignorat pa-
trem & filiũ nescit, cum pater & filius sint correlatiua, quo-
rum vnum diffinitur per reliquum. Hæc tamen ignoran-
tia non eos excusat, quum fuerit affectata, & iuris proce-
dens ex obstinatione vel peruersitate, qua veritatẽ recipere
contempserunt. Hæc dicta sunt sæpe, idcirco illa prætereo.
Sed hæc (de vestra futura persecutione) *locutus sum vobis* præ-
munien-

Muniendo vos contra mala futura *Vt cum venerit hora eorũ* A
tempus persecutorum, quo vos agredientur, *Reminiscami-*
ni, quia (id est quòd) *ego dixi vobis* ista antequam facta sunt,
hocq; recolẽdo cõfirmemini in fide, & talia non velut inopi
nata, & inprouisa vos obruant, sed tãquam diu præcognita,
æquaminiter tollerentur. *Hæc autẽ vobis ab initio* quo mecũ
conuersari cœpistis *Non dixi* Quod saluator dicit, Hęc vo
bis &c. non est referendum ad immediate præcedentia, scili
cet ad prænunciationem persecutionum: quia vt alij Euãge
listæ testantur, Christus diuinante hoc tẽpus prædixit Apo-
stolis suiipsius, ac ipsorum multiplicem persecutionem futu- Lucæ.21.
ram, sed referendum est secundum Augustinũ ad ea quæ pau
lo antè præmisit de aduentu, & consolatione spiritus sancti.
De talibus enim nũc primo edocuit eos: cuius subditur cau B
sa, *Quia vobiscum eram* per corporalem sensibilemq; presen
tiam ex qua magnam consolationem habuistis, & adeò ma-
gnam, sed sensualem partim, & imperfectam, quòd spiritua-
lis cõsolationis non fuistis capaces, nec vobis tam necessa-
ria vt modo, ideo nũc ista retuli vobis quatenus de meo cor
porali recessu, seu passione non nimium doleatis.

¶ Expositio Cap. XVI.

Et nunc vado ad eum qui me misit.

ARTICVLVS XXXIX. C

Dhuc Christus fons pietatis, compassionis a-
mator, condolens mœstissimis suis discipulis
A cõsolat eos de corporali suo recessu, eo quòd
hoc ipsum expediat eis. *Et nunc vado* id est,
per passionẽ & ascensionem reuertor secun-
dum formam serui quam indui. *Ad eum qui me misit* hoc est,
ad patrem cœlestem, adipiscendo beatitudinem pleniorem,
quantum ad præmiũ accidentale: videlicet corporis glorifi-
cationem, in cœlestibus mansionem, ad patris dexteram cõ-
sessionem. Et quanuis Christus vt homo non redierit motu
locali ad patrem, qui verè vbique est, tamen ad locũ in quo Psal.2.
pater specialiter esse asseritur reuersus est motu locali ascẽ-
dendo super omnes cœlos.

¶ Porrò quod ait, Vado, ideo dicit, quia in proximo fuit, vt
F redi

D rediret ad patrem. Quædam tamen restabant, videlicet occi-
sio promundi salute, & resurrectio: sed Christus ante passio-
nem interdum sic loquitur, quasi iam talia fuissent comple-
Iohan. 12. ta eò quod in proximo erant complenda, Et *nemo ex vobis in-*
Ioh. 14. *terrogat me, quo vadis* Supra capitulo decimotertio, in huius
sermonis exordio legitur Petrus Iesum quæsiuisse, Domine,
quo vadis? Et sequenti ibi capitulo, Loquutus est Thomas,
Domine, nescimus quo vadis. Quomodo ergo nunc veritas
dicit? Nemo ex vobis interrogat me &c. Ad quod respondetur
dupliciter. Primò, secundum Augustinum, quòd hæc verba
Christi ad tempus ascẽsionis sunt referenda: vt sit sensus
Vado, id est, prope est vt ascendam ad eum qui me misit, &
nemo ex vobis interrogat me, hoc est, tunc nullus vestrum
E inquiret quo pergam, quia tam manifeste ascẽdam ad cœlos,
Act. 1. quòd non erit dubium, vel quæstio quo ascendam. Videntibus
enim illis eleuatus, & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ,
Secundò, dicendum, ꝙ in principio huius sermonis aliqui
(vt dictũ est) scisitabãtur Iesum quo iret: sed postea egressi
sunt de loco cœnaculi, & Christo cœptum sermonem con-
tinuante in alio loco, ibiq́ue dicẽte, Vado ad eum qui me mi-
Iohã. 14. sit, nullꝰ apostolorũ interrogauit quo iret, & hoc fuit ex ma-
gnitudine admirationis, timoris, atque mœstitiæ, propter ea
quæ audierunt à Christo, videlicet, quòd omnis qui interfi-
Iohã. 15. ceret eos, arbitraretur se obsequiũ deo præstare &c. Obmu-
tuerunt itaque vehementer attoniti, quã deiectionem eorũ
F Christus quodammodo exprobando, nemo (inquit) ex vo-
bis interrogat &c. *Sed quia hæc* de vestris futuris persecu-
tionibus, & recessu meo corporali à vobis, *Loquutus sum vo-
bis, tristitia* aliqualiter indiscreta, ac immoderata *Impleuit
cor vestrum*, quod ex sua imperfectione nondum verè para-
tum est ad sustinenda mundi aduersa, neque me diligit dile-
ctione pure spirituali, sed partim sensuali vnde & corporã-
lem præsentiam nimium cupitis, quam præcursor, tanquam
vir perfectus, non curauit. Non enim legitur Christum cor-
poraliter assecutus, quoniam caro non prodest quicquam.
¶ Præterea per hoc quòd ait, Tristitia impleuit cor vestrũ,
Iohan. 6. innuit, quòd vehementissime tristabantur, ideo eos benigni-
Ioh. 14. sime consolatur. *Sed ego* (qui sum veritas increata) *veritatem*
proportionalẽ *Dico vobis, expedit vobis* id est, animabus ve-
stris salubre est, tanquam dispositiuum ad vestram sempiter-
nam

nam salutem Vt *ego vadam* (ad patrem modo præinducto) A
Si enim nõ abiero, paracletus nõ veniet ad vos in tanta plenitudi Acto. 2.
ne, atque in signo visibili, vt in die pentecostes. Iam tamen Iohan. 15.
Apostoli quibus dixit, Vos mundi estis, habebant paracletũ
secundum quod requiritur ad salutem. *Si autem abiero, mittam
eum ad vos* id est, copiosissima dona eius vobis infundam.
¶ Cur autem spiritus sanctus hoc modo mittendus non fuit,
nisi post Christi ascensionem, præhabitum est scilicet, quia
apostoli Christum aliqualiter sensualiter diligebant, quãdiu
cum ipso corporaliter conuersabantur, quia reuera etiã in
naturalibus pulcherrimus, atq; dulcissimus homo fuit, & val
de affectuose, suauiter, ac humiliter habuit se ad Apostolos,
quasi sponsus ad filios suos. Quantum autem affectio homi-
nis habet de carnalitate, tantum impedit de spiritus sancti re B
ceptione. Hinc Paulus perfectionem sortitus, Christumq; pu 1. Cor. 6.
rissime amans, ac speculans. Et si nouimus (inquit) Christum
secundum carnem, tamen nunc iam non nouimus. Secundò,
quoniã spiritus sancti tam eximia plenitudo danda non fuit,
nisi reconciliatis per passionem dominicam. Tertiò, quoniã Iohan. 7.
Christus rex noster tam excellenter dona distribuere nõ de
bebat, nisi cum reuersus fuit ad patriam suã, & sedit in sede
regni sui. Quarto, quoniam membra tanta gratia adoranda
non erant, nisi ipso capite glorificato propter quod dictum
est, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glo
rificatus. Et *quum venerit* id est, postquam spiritus sanctus vo Acto. 2.
bis cum tanta plenitudine fuerit datus, ita quòd abstulerit vo
bis omnem inordinatam formidinem, atque infuderit veram C
animi libertatem, inconcussam constantiam, iustitiæ tenaci-
tatem, & feruidam dei ac proximi dilectionem, quod totum
factum est in die penthecostes, *Ille arguet mundum* i. per ve
ram predicationem increpabit mundanos, & reprobos, *De
peccato* infidelitatis, quod habuerant, Et *de iustitia* quam omi-
serunt. i. de contemptu, & omissione iustitiæ. Iustitia nempe
non increpationem, sed laudem meretur, verũ omissio & cõ
temptus iustitiæ meretur redargui, Et *de iudicio* eorum teme
rario, vel de iudicio diuino, quod nõ timuerũt. Arguet ergo
mundum de iudicio, id est, de temeritate suę præsumptionis,
quia non timuerunt diuinum iudicium. Erant enim mundani
homines, his tribus vitiis specialiter implicati, quoniã infide
les, iniusti, & temerarij extiterũt. Deinde Christus verba sua

D exponit, De *peccato quidem* arguet spiritus sanctus mundum
Quia *non crediderunt* (amatores mũdi) *in me* primo Iudęi, de-
inde quindam gentilium, quum tamen tanta signa, à me, vel
à vobis fieri conspexissent, propter quod sunt inexcusabiles,
De *iustitia verò* (ommissa ab eis arguet eos) *quia ad patrem, va*
do, ppter quod mihi glorificato, & super omnes cœlos exal
tato, magis quàm ante obedire debuerãt, quum vidissent atq;
audissent sufficientia fidei argumẽta de mea ascensione. Post
ascensionem enim per Apostolos demõstrauit deus trinitas
hominibus excellentiam Christi, videlicet, quòd data ei esset
omnis potestas in cœlo, & in terra, & quòd non esset in ali-
quo alio salus, ideo obediendũ fuit ipsius præceptis. Vel sic,
Matth.28. Arguet mundũ de iustitia Christi, quam non acceptauerunt
Acto.10. iniqui, quia ego ad patrem vado, per quod patet iustitia mea
E videlicet, quod dicta prophetarum verificaui, patri in omni-
bus obediui, irreprehensibiliter vixi, ideo acceptanda, & imi
tanda fuit iustitia mea, videlicet iusta conuersatio mea. Ter-
tiò sic. Arguet mundum de iustitia, credentium præsertim a-
postolorum, id est, cõparatione iustitiæ fidelium magis dam-
nabiles erunt, & ideo arguentur, quòd iustitiam credentiũ
non sunt secuti, quia ego ad patrem vado, id est, in vestro cõ
spectu ascendo, propterea imitari debebãt iustitiam fidei ve-
stræ. Omnes expositiones istæ videntur satis redire in idem.
Et *iam non videbitis me* ad tempus, nec eo modo vt nunc, scili
cet in carne mortali, nec tam frequenter & cõtinuate vt an-
Baruc.3. te, quãdo conuersatus sum inter vos, De *iudicio autem* discre-
F tionis quod abiecerunt, vel diuinæ discussionis quod non ti-
muerũt, arguet eos, Quia *princeps huius mundi*, id est, diabo-
lus cum satellitibus suis, mundanis hominibus præualens, ac
dominans, *Iam iudicatus est* id est, reprobatus atque damna-
tus à me: & item de corde fidelium electorum eiectus, & hoc
iudiciũ homines debuerunt attendere cum vera discretio-
ne, itemque diabolo tanquam eiecto, & victo fortiter relu-
ctari, diuini quòque iudicij rigorem, ac potestatem vereri: eò
quod deus principem huius mundi, tam potentem, fortẽ, ar-
matum, regem filiorum superbiæ, cuius potestati non est po
testas aliqua super terram cõparabilis, tam districte damna-
Matt.12. uerit. Ex quo patet quòd fragiles, imbecillesque homines fa
Marc.3. cillime possit damnare: & vtique si pensemus quàm horrẽdè,
Lucæ.11. & festinanter deus à principio principem dæmonum cũ suis

fautoribus deiecit, & condemnauit, propter vnum cogitatio A
nis tumorem, valde timere debemus diuinæ iustitiæ iudicia- Iob.41.
lem rigorem. Hinc enim Petrus habet, Si deus peccãtibus an Esa.14.
gelis non pepercit sed rudentibus inferni detractos, in tarta 2.Pet.2.
rum tradidit cruciandos, nouit dominus iniquos in diem iu- Matt.4.
dicij cruciandos seruare. ¶ Denique licet diabolus à prin- Lucæ.4.
cipio suę ruinę sit iudicatus, & in fine seculi quodammodo iu Marc.3.
dicandus, specialialiter tamen iudicatus fuit à Christo cõuer
sante in mundo, qui cum tentaretur, dixit diabolo, Vade re-
tro Satana. Et *alias*, Si fortior illo superuenerit, vniuersa va-
sa eius diripiet. Rursusque, Nunc princeps huius mundi eii-
cietur foras. *Adhuc multa* de credendis, & obseruandis, de
mysteriis Christi, & ecclesiæ, de statu seculi futuri, consum-
mationeque mundi. *Habeo vobis* quasi futuris totius mundi
doctoribus, *Dicere* (vt possitis & alios informare) *sed non po-* B
ssitis (omnia illa) *portare* in corde, id est, capere, intelligere,
retinere. *Modo* quoniã inquieti, tristes, & pauidi estis. Passio
nes enim cum fuerint vehemẽtes, actum rationis multũ im-
pediunt, vnde anima quiescendo fit prudens. Et Iob ait, Ne- Iob.9.
que possum metuens respondere. Ideo quoque non poterãt
capere, quoniam carnales, & rudes fuerunt, & impręparati.
Quum autẽ venerit ille spiritus veritatis, docebit vobis omnem veri
tatem. nõ simpliciter omnem, sed omnẽ de qua nũc loquor,
videlicet omnia quę habeo vobis dicere ad vestram salutem,
atque ecclesiæ instructionem, quomodo dixi capitulo prece
denti, Omnia quęcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Ioan.15.
Hoc fuit in die pentecostes impletum, quando spiritus domi Acto.2.
ni repleuit primitiuam ecclesias in omnibus ad ipsam spe- C
cãtibus. ¶ Deinceps Christus ostendit, cur spiritus sanctus
sit ad instruẽdum tam perfecte idoneus. *Non enim loquetur à*
semetipso, hoc est, non vos illuminabit per allocutionem in-
ternã, virtute aut scientia nõ recepta, sed sibi à patre cõmuni
cata, ita quòd locutio eius erit tam vera, sicut locutio patris,
vel potius eadem numero cum locutione patris, eo quòd o-
peratio trinitatis sit indiuisa. Itaq; spiritus sanctus nõ loque-
tur à semetipso, quia non est à semetipso, sed potestatem at-
que scientiam, imò quicquid habet, & est, recepit à patre &
filio, tanquam ab vno principio. *Sed quæcunque audiet, loque-*
tur. Verba hæc sanum, ac sobrium exigunt intellectũ. Cùm
enim spiritus sanctus sit verus deus, & per consequens infini

D infinitam plenitudinem scientiæ habens à patre, & filio, non
est opinandum, quòd reuelauit alicui hominum absolute om
nia quęcunque audiuit, hoc est, per spirationem passiuã, seu
procedendo cognouit à patre & filio. Rursus, Cum spiritus
Iohan 4. sanctus sit deus, & per consequens simplex, & penitus imma
terialis, nõ est putandum, quod aliquid corporaliter audiat.
Iterum, quum sit deus æternus, non est arbitrandũ, quòd ali
quid auditurus sit, auditurúsve fuerit in futuro. Est igitur sen
sus, Quęcunq; vobis necessaria seu vtilia, ad informationem
ecclesiæ audiet, id est, se per æternam processionem cogno
uisse ostendet. Vel audiet, id est, in æternitatis momento o-
mne tẽpus includente audit, seu spirando cognoscit. Cum e-
nim processio spiritus sancti sit æterna, per verba omniũ tem
E porum explicatur, quoniam omne tempus cõprehendit eter
Psal.84. nitas. *Loquetur*, id est cordibus vestris inspirabit locutione
Iob.33. interna, de qua ait propheta, Audiam quid loquatur in me
dominus deus. Et Iob, Semel loquitur deus, & secundo idip
sum nõ repetit, *Et quæ ventura sunt, annunciabit vobis*. Ex quo
constat, quòd Apostoli erant prophetæ, imò summi proheta
ę, quod maximè patet in Euangelista Iohanne, qui in Apo-
calypsi describit totum militantis ecclesiæ processum, à tẽpo
re Apostolorum, vsque in finem mundi. Prædixit quoque spi
ritus sanctus Apostolis futura, quæ erant pro Christo passu
ri, itemque præmia quæ fuerant sortituri: sed & cæteris cre
dentibus nunciauit futura gaudia electorum, atque supplicia
reproborum. *Ille clarificabit* hoc est, spiritus sanctus per ve-
stra documenta, atq; miracula me clarum, gloriosum, & san
F ctum esse ostẽdet, dando hominibus veram notitiam de me
secundum vtranq; naturã. Tanta enim gratia decorauit spi
ritus sanctus Apostolos, quòd per eos totus pene mundus cõ
uersus est, & Christi claritatem nouit, ac honorauit *Quia de
meo accipiet*. i. essentiam, & sapientiam à me procedendo ha-
bet. Sic enim de spiritu sancto per modũ futuri ait, accipiet,
cum tamẽ ab æterno susceperit à filio quicquid habet, & est,
sicut iam paulo ante prædixit, quæcunque audiet, quia cum
sancti spiritu, processio sit æterna, per verba omnium tem-
porum designatur. Græci dicunt, quòd Christus ideirco non
ait, de me accipiet, sed de meo, quia spiritus sanctus non pro
cedit à persona filij, sed ab eo quod est filij, puta de substan-
tia patris, quæ communicata est filio. Hoc autem cõfingunt,
quo

quoniam in verbis sequentibus Christus probat, quòd spiri- A
tus sanctus à se verè procedit, Et *annunciabit vobis* futura,
& cætera nũc commemorata. *Omnia quæcunque habet pater,
mea sunt*, non solum per fruitionem, vt dixerunt hæretici,
sed & per substantialem identitatem, continentiamque rea-
lem, hoc est, totam suam essentiam, potestatem, & perfectio
nem pater mihi communicauit, imò quicquid cõuenit patri,
cõpetit filio sola relatione, seu proprietate notionali, in qua
distinguuntur excepta, ideo virtus spiratiua communicata
est, & competit filio. *Propterea dixi, quia de meo accipiet*, hoc
est, de plenitudine diuinitatis meæ, seu de me procedit, quasi
dicat, Cum in patre & in me sit vna essentia, vna voluntas,
vnaque virtus: quemadmodum spiritus sanctus procedit à pa
tre, sic & à me, quoniam id per quod competit patri spirare, B
est in me, sicut tres personæ sunt vnus creator, quoniam id
per quos competit patri creare, est in filio & spiritu sancto,
nec aliud obstat.

¶ Porrò, spiritus sanctus est amor, ideo procedit à volunta-
te. Voluntas autem in patre & filio est vna numero. De hac
materia multa inducit Anselmus in libro de processione spi
ritus sancti, Et *annunciabit vobis* quæ dicta sunt per se, vel
per angelos sanctos. *Modicum & iam non videbitis me*, id est,
paucо tempore tollar à vestro aspectu, videlicet ab hora cõ-
prehensionis iam imminentis, vsque ad diem resurrectionis,
in quo vobis denuo apparebo, Et *iterum modicum & videbitis* Acto. 1.
me, hoc est, prædicto tempore passionis, ac sepulturæ meæ
completo, rursus modico tempore ero vobiscum corporali C
præsentia, scilicet à die resurrectionis vsque ad ascensionem,
propter quod subditur, *Quia vado ad patrem*, id est, cœlos
mox ascẽdam, vbi deus pater specialiter esse, ac habitare as-
seritur, ideo videbitis me, sed non diu corporali intuitu. Vel
sic, quia ad patrem vado, id est, per passionem tendo ad ple-
nam glorificationem, ideo modico tẽpore nõ videbitis me.
Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Per hoc quòd Euan
gelista ait, ex discipulis eius, videtur innuere, quòd non om-
nes Apostoli, sed quidam eorum dixerunt, quæ subsequun-
tur: & puto quòd illi qui traditoris erant ingenii, præsertim
cum verba hæc Christi sint multum ad intelligendum facili-
a. *Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me,
& iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem?*

Universidad de Deusto Biblioteca

D *Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit nobis modicum?* Quid intelligit dicendo nobis, modicum, cum additione oppositorum, quæ dicant: Videtur contrarietas esse in verbis eius: *Nescimus quid loquitur* forsitan ex reuerentia Christi, vel timore nō audebant Christum interrogare, sed inter se, quasi secretè conferebant, & conquirebāt, si fortè vnus eorū posset satisfacere alteri. Veràm cum hoc non possent, decreuerunt interrogare magistrum: qui sciens secreta cordis eorum, præuenit eosdem, quemadmodum subditur: *Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare.* Christus non solum vt deus, sed insuper vt homo cognouit vniuersorū cordium abdita, & quicquid in tota creatura vnquam fuit, est, aut erit. E *Et dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis*, id est, horum verborum intellectum inuestigatis: ad quod Christus respondet, *Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos*, id est, intus & foris plangetis illo modico tempore quo non videbor à vobis: tanquam dicat, Per id quod dixi, modicū & non videbitis me, significo tempus passionis meæ, & sepulturæ. *Mundus autem gaudebit*, id est, mundani Iudæi, sacerdotes, scribæ, & pharisæi gloriabuntur de mea occisione, & sepultura, militumque custodia, quasi certi de hoc, quòd resurrecturus non esset, qui tanto lapide fuerat clausus: militibusque vallatus. Vnde fertur in psalmo, Aduersum me lætati sunt, & conuenerunt, congregata sunt super me flagella. Psal.38. *Vos autem contristabimini* triduo mortis meæ, propter meam occisionem, F vestram à me separationem, & desolationē, inhonestamque fugam. Hæc tristitia non fuit illicita, quanuis quantum ad aliquid fuerit inordinata, videlicet, quia de corporali recessu Christi nimis dolebāt, nec eius passionem cōsiderabant, quasi salutem mundi, atque introitum vitæ æternæ, *Sed tristitia vestra vertetur in gaudium*, id est, prædictio mœrori succedet consolatio magna in die resurrectionis, & deinceps cum apparuero vobis.

¶ Gaudium quoque infœlicium Iudæorum cito versum est in mœrorem & luctum, quoniam vehementer doluerunt, & erubuerunt, quando in die pētecostes, & postea cœperūt apostoli in nomine Christi, tā insuperabiliter prædicare, tot milia Iudæorum conuertere, tanta quoq; prodigia operari: postea à Romanis deiecti sunt penitus, tandemque in æternam prolapsi sunt pœnam. Denique nō solum Apostoli, sed A cuncti electi nunc in hoc mūdo plorāt, & flent, amore dilecti super omnia Iesu Christi. Item præ desiderio existendi cū deo, & ex gloriæ dilatione, propria insuper, & aliena deflent peccata, & ita sunt eis lachrymæ panes die ac nocte, & lauant cum Dauid per singulas noctes lectum suū. Mundus Psal. 41. verò, videlicet reprobi, modo gloriatur cū malefecerit, dum- Psal. 6. tunt in bonis dies suos, & in puncto descēdunt in infernum: Prou. 2. quibus ait Saluator, Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis, & Iob. 11. flebitis. Electorum quoque tristitia cito in gaudium conuer Lucæ. 6. tetur, iuxta quod dicunt in psalmo, Transiuimus per ignem Psal. 65. & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Hinc scriptum est, Tob. 3. Post tempestatem trāquillum facis, & post fletum exultatio Naum. 1. nem infundis. Et Naum primo, Bonus dominus, & confor- Eccle. 7. tans in die tribulationis: & sciens sperātes in se. Magis ergo B optemus nunc cum electis vtiliter contristari, & plangere, q̄ cum mundo inaniter iucundari, intimoratáque mēte ridere. Melius enim est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuii. ¶ Præterea adducit Christus exemplum ad hoc, quòd dixit discipulos contristandos, & cito lætificandos. *Mulier cum parit, tristitiam habet* ex dolore qui instat, *Cum autē peperit puerū, iam non meminit præssuræ*, id est, pœnæ ac tristitiæ præcedentis, quoniam non attēdit, nec curat ea, *Propter gaudium* i. præ gaudio concepto ex hoc, *Quia natus est homo*, id est filius *In mundum.* Magis enim solet pariens exultare nato filio, quàm filia. *Et vos igitur nunc quidem tristitiā habetis* de meo recessu, & passione. *Iterum autem* post re- C surrectionem. *Videbo vos*, ita quòd simul à vobis videbor, *Et gaudebit cor vestrum*, mihi congratulando, & de propria consolatione, ac saluatione lætando: quemadmodum infra habetur, Gauisi sunt discipuli viso domino.

Moraliter, Mulier est ecclesia, vel anima fidelis, quæ cum parit, id est, opera pœnitentiæ facit, vel aliorum cōuersioni intendit, tristitiam habet de suis, & alienis peccatis, & propter labores, & afflictiones vitæ præsentis, prout Apostolus 2.Cor.1. testatur. Nullam requiem habuit caro nostra, sed supra mo- 2.Cor.6. dum grauati sumus, ita vt tæderet nos viuere. Cum autē peperit puerum, id est, aliquem ad Christum conuerterit, vel ad regnum cœlorum præmiserit, vel opus bonum perduxerit ad perfectionem, vel seipsam perfectè reformauerit ad Chri-

D Christi imitationem: iam non meminit pressuræ præhabitæ, propter gaudium fructus consequuti: quoniam natus est homo, id est, per gratiam reformatus, spiritualē vitam sortitus, vel esse gloriæ sempiternæ adeptus. Vnde Paulus filiis suis,
1. Thes. 2. quos spiritualiter peperit, scribēs, Quæ est, inquit, gloria nostra? Nónne vos? ¶ Potest quoque moralitas ista referri ad primitiuam ecclesiam, collectionem, videlicet apostolorū, quæ tunc peperit cum tristitia, quando de Christi passione ingemuit, postquam verò pepererat puerum, id est, flēdo, & eiulando Christi purissimi præsentiam fuit adepta, non meminit prioris tristitiæ, propter gaudium, quod habebat, quia natus est homo in mundum, id est, Christus ad immortalem
E vitam fuerat suscitatus, & mundo exhibitus, Et *gaudium vestrum* spirituale. *Nemo tollet à vobis*, quia non solum in prosperis, sed etiam in aduersis gaudebitis, sicut in Actibus dicitur, quòd ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et Apo-
Acto. 5. stolus, Quasi tristes semper autem gaudentes. Veruntamen
2. Cor. 6. Christus ideo dicit hoc, quoniam gaudium apostolorū, omniumque deuotorum fidelium, licet in hac vita interdum interrumpatur, & mœrori commisceatur, non tamen auferitur omnino, sed cito post hanc vitam perficitur, atque internam stabilitatem sortitur. Et *in illo die me nō interrogabitis quicquā*. Si per hoc quod ait, in die illo, intelligatur totum tempus à resurrectione vsque ad ascensionem, non videtur posse saluari hoc verbum, nam inter diem resurrectionis, & ascensionē
F dominicam, apostoli interrogauerūt, quia & Petrus dixit ad Christum de Iohanne: Domine, hic autē quid? quando Chri-
Iohan. 21. stus apparuit eis ad mare Tyberiadis, in ascensione quoque qui conuenerant, interrogabant, dicentes, Domine, si in tēpore hoc restitues regnum Israel? Si autem textus dicatur habere, Et in illo die me non interrogabitis quicquam, rur-
Acto. 1. sus instantiam patitur, quia paulo post dicitur, In illo die in nomine meo petetis, nec dubium quin inter resurrectionē,
Iohan. 16. & ascensionē apostoli deprecati sint patrē in nomine Chri-
Iohan. 21. sti. Si verò, quod ait, in illo die, referatur ad diem determinatum, probabile videri potest, ꝙ aliquo certo die, quo Chri-
Acto. 1. stus eis apparuit, vel eum interrogauerunt: nam & Euāgelistæ non referunt apostolos interrogasse Christum, nisi quōd apud Iohannem legitur Petrus interrogasse, & discipuli in actis

Actis apostolorum. Secundum hoc sensus esset, in illo die A
tātam illuminationem, vel certitudinem dabo vobis de mea resurrectione, quòd nō erit necesse aliquid interrogare. Quidam verò referunt ad diem æternitatis, in quo gaudium electorum consummatur, nec aliquid vltra molestiæ patitur. Tunc enim beati nihil interrogant, neque rogant, quantum ad ea quæ ad essentiale præmium pertinent; orant tamen pro aliis, & de quibusdam operibus dei, vnus alium, & omnes Christum interrogare possunt: quemadmodum Christo ascendente, angeli inter se conquirebant, Quis est iste qui Esaiæ. 63.
venit de Edom? Et, quis est iste rex gloriæ? Christum quoque Psal. 23.
interrogabant, Quare ergo rubrum est indumentum tuum, Esaiæ. 63.
&c. secundum quod Dionysius, & Hieronymus verba Esaiæ exponunt. B

¶ Expositio residuæ partis.

Amen amen dico vobis, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

ARTICVLVS XL.

Men *amen dico vobis*, *si quid* salubre & decens. Petieritis instanter, & pro vobis, *Patrem* cœ-
A lestem *in nomine meo*, id est, per me dei, ac hominum mediatorem per virtutem passionis meæ, & merita omnium quæ pro humana salu-
C te assumpsi, feci, ac pertuli, per incarnationē, conuersationē, obedientiam, patientiam meam, *Dabit vobis*, & si non statim, tamē tempore opportuno, vel si non id quod petitis, tamē aliquid melius. ¶ Ad exaudibilitatem nempe orationis (vt dictum est) hæc tria requiruntur, atque sufficiunt. Primò Damasc.
vt verè salutaria requirantur. Vnde secundū Damascenum, 1. Thes. 5.
Oratio est petitio decentium à deo. Secundò, vt indefinēter Iacob. 1.
cum plena fiducia oret quis, dicēte apostolo, Sine intermissione orate. Et Iacobus, Postulet (inquit) in fide nihil hæsi- Iacob. 5.
tans. Tertio, vt oret pro se, quod dico, non quasi non sit orādum pro aliis, quū Iacobus dicat, Orate pro inuicē, vt saluemini: sed quia oratio etiam iusti, quanuis salutaris atque assidua, interdū nō exauditur pro aliis, propter indignitatem, & insapacitatem eorū, quoniam indefinenter obicem ponunt gratiæ

D gratiæ dei, propter quod dominus ait ad Hieremiam de po-
Hier.15. pulo Iudæorũ prauissimo: Si steterint Moyses, & Samuel co
ram me, nõ est anima mea ad populum istum. Oremus ergo
cum omni reuerentia deum patrem per vnicũ filiũ eius, cer-
tissimi ꝙ exaudiet nos vltra, & amplius, quàm meremur, quũ
sit nostræ salutis amator. Si consideremus quãta pater fecit
pro nobis, quantũ dilexit nos, quãta beneficia cõtulit, quãta
promissa spopõdit: dubitare nequaquam poterimus, quin li-
bentissime preces nostras suscipiat, sed omnino decens & iu
stum est, vt cum cordis custodia, cum ingenti diligentia, cum
puritate mẽtis, & stabilitate dominum maiestatis oremus ne
quem orando mitigare studemus, impie cõuersando exacer-
bemus. ¶ Verũtamen, hoc implere maximo eget labore, ad
E refrenandum animi euagationem, propter quod abbas Aga
thon dixit: Non est labor, sicut orare deum. Itaque quãtum-
cunque videmur à deo repelli, non exaudiri, non aspici, nul-
Psal.93. latenus desperemus, nec frangatur spes nostra, sed veritatẽ
Psal. 104. scripturæ pensantes, sciamus sperantem in domino nõ posse
Mat.21. repelli. Ideo dicit Psalmista, Lætetur cor quærentium domi-
Marci.11. num, quærite dominum, & confirmamini, quærite faciem
Lucæ.11. eius semper. *Vsquemodo non petistis quicquam in nomine meo.*
Iacob.1. Supra orauit Philippus: Domine, ostẽde nobis patrẽ, & suf-
Iohan.14. ficit nobis. Porrò (vt in aliis Euangelistis inuenitur) discipu-
Lucæ.17. li ante hanc cœnam multa saluberrima deprecati sunt Chri-
Mat.20. stum dicendo, Adauge nobis fidem. Filii quoq; Zebedæi pe-
Marci.10. tierunt, vt vnus eorum ad dexteram Christi, aliusq; ad sini-
F stram sederet in regno. Orationẽ quoq; dominicam legerũt
frequenter. Quomodo ergo nil petierũt in nomine Christi?
Dicendum, quòd nullus petit in nomine Christi, nisi Chri-
stum verè cognoscat, eumq; saluatorem perpẽdat. Apostoli
autem hucusq; nullam fidei stabilitatẽ habuerunt de Christi
diuinitate, & de cæteris eius mysteriis: preterea Christus nõ
negat se exoratum ab Apostolis, sed quòd nil petierũt patrẽ
in nomine suo, quia non recte senserunt de Christo in omni
Matth.7. bus, præsertim quantum ad eius diuinitatem. *Petite* in no-
Marc.2. mine meo indesinenter, *Et accipietis* quod petitis, Omnis
Lucæ.11. enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit, & pulsanti, ape
Psal. 9. rietur. Hinc fertur in Psalmo, Sperent in te qui nouerũt no-
men tuum, quoniã non dereliquisti quærẽtes te domine. Sic
veraciter est, si nosceremus nomẽ dei nostri, id est, formatã,
expertam, &

expertam, & illuminatam notitiã de eo haberemus, nulla- A
mus diffideremus, nec fatigaremur, aut cessaremus, sciẽtes
quæ bonitatis abyssum, suæ misericordiæ pelagus, suæ chari
tatis ardorem. Hoc itaque postuletis, *Vt gaudium vestrũ*, spi-
rituale, quod post resurrectionem habituri estis de me, *Sit
plenum* id est, Perficiatur in patria, vt gaudeatis de me, nõ so
lum secundũ quod homo sum, passus pro nobis, sed insuper
vt deꝰ creator vester & beatificator, vt bonitas ĩfinita, de-
us immensus, fons totius beatitudinis vestræ. Nunquam po
terit gaudium nostrum esse plenum, nisi primum, veritatẽ p
speciem cõtemplemur, atq; diuina bonitate in seipsa imme-
diate fruamur: ex qua cõtẽplatione, & fruitione tanta de-
lectatio oritur, quod maiorem sancti in patria nequeunt asse B
quare. Habẽt enim, & possident possessione secura ac sempi
terna quicquid absolute desiderãt, cum fœlicitas sit bonum
perfecte contemplatiuũ, atq; quietans, vtpote status omniũ
bonorũ aggregatione perfectus. *Hæc in prouerbiis loquutus
sum vobis*, id est, cum quadam obscuritate, & similitudine pa
rabolica. Sic enim Christus loqui solitus fuit ante passionẽ.
Vnde nunc similitudimem mulieris parientis induxit. *Venit
hora*, id est, tẽpus propinquat, *Cum iam in prouerbiis*, id est Mat.13.
obscure, sicut hucusque, *Loquar vobis*, Quanuis autem Chri- Lucæ.8.
stus discipulis loquebatur hoc modo obscure, nihilominus
exposuit eis sensum, propter quod ait ad eos, Vobis datũ est
nosse mysterium regni dei, cæteri autem in parabolis. Ideo Marci.4.
Marcus testatur, Seorsum discipulis suis disserebat omnia: nõ C
tamẽ tam clare, vt post resurrectionem: idcirco nunc subdi-
tur, Sed *palam de patre meo annunciabo vobis*, id est, clariorem
quam ante dabo vobis notitiam dei patris, quod factum est
in die pentecostes, quando Apostoli recepto spiritu sancto, Acto.2.
lympida quadam acie mentis cognouerunt de patre, totaq;
superbeatissima trinitate, quę ante audierũt à filio, sed parũ,
vel nihil intellexerunt de eis. ¶ Veruntamen quod ait, palã
non est intelligendũ de visione clara, & immediata per spe-
ciem, sed singulariter euidenti per fidẽ: de qua dicit Aposto 2.Cor.3.
lus, nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes.
Deniq; ante diẽ pentecostes Christus proprio ore clare do
cebat discipulos de diuinis, quãdo apperuit illis sensum, vt in Lucæ.4.
telligerẽt scripturas, insufflauitq; in eos, & ait, Accipite spi- Iohan.20.
ritum sanctum. *In illo die in nomine meo petetis*, id est patrem
per

D per filiũ verè ac rite orabitis, quia tunc cognoscetis filiũ spi-
ritualiter, ac syncere, quomodo sit dei, & hominũ mediator
per quem omnia gratiæ dona hominibus impartiuntur à pa-
1. Tim. 2. tre seu trinitate. ¶ Quidam exponũt hunc locũ ab illo ver-
bo, Venit hora cũ iam non in prouerbiis loquar vobis, de vi
sione, & illuminatione sanctorum à Christo in patria, vbi o-
2. Cor. 13. mnia vident in verbo, & deum palam cospiciunt, non per
speculum in ænigmate, sicut modo: quam expositionẽ repro
bat Augustinus per id quod adiectum est, In illo die, in no-
mine meo petetis. Sancti autem in patria nõ petunt, vt dicit,
cum petitio sit indigentiæ, quæ in patria locum non habet.
Ad quod dici potest quòd orant pro aliis, & pro certis pun-
ctis ad accidentale præmium pertinentibus Et non dico vobis
E quia ego rogabo patrem de id est, pro Vobis. Quomodo in-
Iohã. 14. telligendum est hoc, cum supra in hoc ipso sermone dixerit
Iohan. 17. Christus Apostolis. Ego rogabo patrem, & alium paracletũ
Ibidem. dabit vobis? Rursus sine mediatore Christo nullꝰ habet ac-
cessum ad deũ, nec aliquid promeremur, vel exaudimur, nisi
virtute & merito Christi. Ad hoc quidam respondent, quòd
Christus rogat vt homo, & non rogat vt deus. Quanuis au-
tem hoc verũ sit, tamẽ non videtur ad propositum satisfa-
cere, quoniam Christus causam, cur non rogabit patrem p
discipulis suis assignãs, adiecit. Ipse enim pater amat vos, quia
vos me amastis. Insuper paulo post in hoc ipso sermone Chri
stus rogat patrem pro Apostolis, Pater (inquiens) serua eos
F in nomine tuo. Et, Pater, sanctifica eos in veritate. Non er-
go vult dicere ꝙ nequaquam orabit pro eis, sed quòd tantæ
perfectioni s, & gratiæ erunt, quòd non indigebunt deo re-
conciliari, sed ei amantissimi erunt familiares, & præacce-
pti tanquam confirmati in gratia, ita quòd post spiritus san-
cti susceptionem nunquam peccabũt mortaliter, ideo actus
& preces ipsorũ erunt deo placentes sine speciali adiutorio
intercessionis reconciliatoriæ: non tamen excluditur Chri-
sti subsidiũ, sed insinuatur quàm familiariter, & secure pos-
sint patrem accedere, ideo addit, Ipse enim pater amat vos
amore æterno, Quia cuius causa à posteriori, vel signum est
quòd Vos me amastis actus charitatis infusæ. Certum sepẽ-
que dictum est, quòd amor dei præuenit, & causat omne me-
ritum nostrum, & quicquid bom habemus, idcirco amor di-
scipulorum ad Christum, non est causa à priori quòd pater
diligit

diligit eos, sed signum, quoniam amor eorum ad Christum, A
est effectus amoris dei patris, vel trinitatis ad eos. Propter
quod in epistola Iohãnis habetur, Nos ergo diligamus deũ,
quoniã ipse prior dilexit nos Quia igitur pater nos primò 1. Tim. 4.
amauit, idcirco amamus vnicum filium eius, Et credidistis fi- 1. Iohã. 4.
de formata, Quia a deo exiui id est, à patre æternaliter ge-
nitus sum, sicque exiui ab eo emanatione immanente, sicut
egreditur notitia à mente, & verbum ab intelligẽte: vel, exi
id est, in mundum directus sum à deo trinitate, qui me ho
minibus visibilem præbuit, ac sociũ dedit Exiui à patre, Iu-
xta illud Ecclesiastici, Ego ex ore altissimi pdiui, primoge-
nita ante omnem creaturam, Et veni in mundum per huma- Eccle. 24.
næ naturæ assumptionem, atque cum hominibus piam con- B
versationem. Iterum relinquo mundum, id est, ab hominibus
de loco terrestri recedo, quantum ad naturam assumptam, p
victorissimam ascensionem. Qui enim descendit, ipse est
& qui ascendit super omnes cœlos, Et vado ad patrem per hu Baruch. 3.
manæ naturæ collocationẽ in cœlo empyreo, in quo pater
specialiter esse, & cõmorari censetur, quoniam ibi excellen
tius operatur, & seipsum clarius manifestat: quanuis secun- Ephesi. 4.
dum se nullam habeat habitudinẽ, vel determinationem ad
locum: sed in seipso inuariabiliter, æternaliterque subsistat,
tanquam ens verè incircunscriptum, simpliciterque, & per-
fectiue infinitum. Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam lo-
queris, dicendo quòd pater amet nos, quia dileximus te, &c,
Et prouerbium nullum dicis, loquendo de exitu tuo à patre, &
adiuentu in mundum, sed ipsam veritatem nude sine parabo-
la loqueris. ¶ CHRISTVS nanque non semper paraboli- C
cè loquebatur discipulis, & licet paulo ante iam dixerit, Ve-
nit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, quod ad
tempus per resurrectionem relatum est, non tamẽ negauit,
quin etiã ante passionem loqueretur eis quædã de deo sine
prouerbiis Nunc scimus per fidem & experientiam quan-
dam, Quia scis omnia, Hoc ideo asserunt, quoniam Christus
præuenit interrogationem eorum, & cogitationes eorũ co
gnouit, sicut iam patuit: imò ex diuersis verbis, & factis Chri
sti cognoscere poterant, quòd nil eum lateret, Et non opus est
tibi id est, ad hoc quod respondeas non oportet nec indiges
vt quis te interroget, quia tu nosti dubitationes, atque pro-
posita cordium, vnde non oportet tibi aliquid notificari, sed
vniuersa

D vniuersa mentium noscis arcana. *In hoc credimus quia à deo existi*, vt dicis per generationem æternam, ita quòd omnia scis quæ scit pater sisque deus, quoniam omnia noscere modo iam dicto, deo est proprium. ¶ Secundum Augustinum Apostoli nõ intellexerũt verba Christi, quib⁹ se dixit exisse à patre, sed putabant se scire quod ignorabant. Veruntamen certũ est, quòd credebant eum exisse à patre, ita quòd diuinitus directus, seu missus esset in mũdum, sed an verba præinducta de exitu generationis diuinę acceperit, nõ est adeò certum. *Respondit eis Iesus, Modo creditis*, clarius, & magis explicite quàm antetamen & ante crediderũt Sed ne Apostoli de sua quasi perfectione gloriari inciperent, quoniã dixit eis, ꝙ pater ipsos amaret, nec ipse pro eis rogaret, eò ꝙ

E essent deo amabiles: mox de eorũ ruina, & instabilitate adiecit. *Ecce venit hora*, id est, indesinenter propinquat, *Et iam venit* id est, in proximo est. Vnde quasi præsens reputatur, quia quod modicum est, non computatur, *Vt dispergamini vnusquisq; in propria*, id est, fugiatis à me, & quilibet suũ latibulum, vel commodum quærat, quomodo possit saluare

Mat.26. seipsum de manibus Iudeorũ, quod in comprehẽsione Christi impletum est, quãdo discipuli relicto eo, omnes fugerũt:

Marc.14. quemadmodum per Zachariam fuit prædictum. percute pastorem, & dispergentur oues gregis, *Et me solum relinquatis*,

Zacha.13. id est, vestro cõsortio destitutum, atque humana ope priuatum: iuxta illud in Psalmo, Lõge fecisti notos meos à me, &

Psal.87. elongasti à me amicum, & proximum, *Et non sum solus* id est

F sine consorte, seu pari naturæ, nec sine assistẽte, & adiuuãte, *Quia pater mecum est*. Pater enim & filius inseparabiles sunt natura, & operatione, loquendo de filio secũdum diuinam naturã. Sic quoq; sunt naturæ cõsortes seu pares. Sunt enim non solum vnius essentiæ, sed & vna essentia, vnũque esse. Loquendo autem dei filio secundum naturam assumptam: sic pater fuit cum filio tempore passionis tanquam adiutor, & liberator, animam eius in omnium virtutũ stabilitate conseruans, eumque à morte celeriter ad immortalẽ vi

Esa.70. tam resuscitans. Propterea apud Esaiam, Dominus (inquit) deus auxiliator meus. Hæc omnia quæ in hoc sermone effatus sum, *Loquutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis*, id est verã

Colossi.3. animæ tranquillitatem, & paceminternam, ac spiritualẽ: de qua dicit Apostolus, Pax Christi exultet semper in cordibus vestris.

vestris hanc pacem habemus in Christo, id est in contem- A
platione, & in dilectione ipsius, quoniam Christum eiusque
opera & persecutiones, beneficia, & promissa pẽsando, pa-
cẽ cordis habemus quantũcunq; foris turbemur, sed & pax
multa diligentibus legem dei. Idcirco dicit Psalmista, Tribu Psal.118.
latio & angustia inuenerunt me, mãdata tua meditatio mea Ibidem.
est. Hoc nempe est sanũ, optimumq; consilium, vt omni per-
secuutione, seu tribulatione dem⁹ nos ad considerationẽ le-
gis diuinæ, & eorũ quę Christus pro nobis sustinuit. *In mũ-* 2 Tim.3.
do pressurã habebitis, id est persequutiones tentationes, & ad-
uersitates innumeras. Omnes enim qui volunt piè viuere in
Christo, persecutionem patiẽtur, quod maximè verũ fuit in
primitiua ecclesia, præsertim in Apostolis, quãdo omnis qui
decidit Christianũ, arbitrabatur se obsequium præstare deo. B
Ad confidite, id est spem præualendi per gratiam meam ha- Acto.5.
bete. nam *Ego vici mundum*, id est, amatores terrenorũ, perse Hier.70.
cutores iustorũ, videlicet sacerdotes, scribas, ac Pharisęos,
meis verbis & factis confudi & vici, quia nec sapientiæ meę
potuerunt resistere, nec miracula abnegare, nec me à via æ-
quitatis auertere: sed & p patientiã vici vniuersam eorũ ma-
liam, imo tunc Christus vicit mundum, cum eum mundus
occidit tunc sapientia vicit malitiã, & ipse sua morte meruit
mundi principatum: atque iudiciariam potestatem: deditque
suis militibus fiduciam formam, & potestatem vincendi hũc
mundum. Meruit enim per suam persequutionem cunctis fi
delibus gratiam superandi, ac triumphandi in omnibus, quã
deus per Christum nobis largitur, dicẽte Apostolo, Gratias C
agimus deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum 1.Cor.15.
nemque, In omnibus (ait) triumphat nos in Christo Iesu, & 2.Cor.2.
omnia possum in eo qui me cõfortat. ¶ His verbis consola Iosue.23.
mur nos Christus, ne in diuersis pusillamines, aut debiles effi
ramur, sed clamemus in cœlum ad eum qui pro nobis vicit
mundum, & miserebitur nostri deus noster pugnãs & expu-
gnans pro nobis. Rursus, quoniam Christus vicit mundum,
debilitata est mundi potestas, nec plus potest in nos q̃ Chri
stus pmiserit. Hinc ergo monemur in omni aduersitate es-
se constantes, cõfidendo in Christo, & eius persequutiones
considerando, si quemadmodum ad Hebræos scribitur, per
patientiam curramus propositum nobis certamen, aspiciẽtes
in authorẽ fidei & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi

Universidad de Deusto Biblioteca

D gaudio, sustinuit crucem. Et Petrus Christo (inquit) passo in carne & vos eadē cogitatione armamini. Hic finitus est preclarissimus, admirabilis & prolixus Christi sermo, factus, vel potius inchoatus in cœna. Post hæc Euangelista describit orationem & gratiarum actionem Christi pro suis discipulis, & vniuersis fidelibus.

¶ Elucidatio Cap. XVII.

Hæc loquutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum, dixit, pater venit hora.

ARTICVLVS XLI.

E

C Ompleto sermone profundissimo, doctrinali atq; prophetico, subiungit filius dei orationē sublimē, pro suiipsius glorificatione, quantū ad premium accidentale, pro dei patris clarificatione in cordibus hominū, pro apostolorū, omniumq; credentiū salute & conseruatione. Et quia orando debemus dei laudem & gratiarum actionē miscere, ipse saluator orando ad patris sui laudem, itemq; gratiarū actionem sæpe conuertitur. Ait itaque sanctissimus Euangelista, *Hæc*, id est, sermonem in quatuor præcedentibus capitulis iam descriptum, *Loquutus est Iesus*, Apostolis, partim sedendo vsq; ad id, Surgite eamus hinc: partim stando vel ambulando vsq; ad locum præsentē, quem planè sermonem fecit F solum ad Apostolorū, sed vniuersorum quoque instructionē fidelium, quāuis hic sermo pro magna parte ad solos sit referendus Apostolos. Et *subleuatis oculis* corporalibus *In cœlum*, de quo in Genesi habetur, In principio creauit deus cœlum & terram. ¶ Verùm siue hoc intelligatur de cœlo visibili seu stellato, quod dicitur firmamētum, siue de cœlo empyreo, quod est locus & masio beatorum, & vnū de quatuor coæqueuis secundum Strabum, & Bedam. Cur Christus, qui secundum naturā assumptam vidit in designenter deū patrē & trinitatē æque perfectè per specie clarius q̄ omnes electi. Cur inquā oculos corporales leuauit in cœlū? quasi per hoc oculi sui interiores iuuarentur, vel excitarentur ad contēplationem sublimiorē, aut feruētiorē affectionem, ad deum. Et respondendū, q̄ fecit hoc nō ad suū profectum: necessitatē, vel indi-

vel indigentiā, quia quomodocunq; corpus eius fuerat situatum, anima eius semper æque perfectè ferebatur ad deū, nō in vigilia tantū, sed & in somno, qui contemplationem, dilectionemq; animæ Christi nequaq̄ impediuit, sed ad nostram informationē, vt edoceret nos, quòd in orādo debemus oculum mentis ad deū dirigere cū magna intentione, atq; vt hoc perfectius faciamus, Debemus & oculos corporales ad cœlū materiale leuare, quatenus inspiciendo magnificū opus dei, & habitaculum eius, excitemur ad speculationē diuinæ creatricis, atq; in cœlo habitātis maiestatis, cœlestium quoq; gaudiorum memoriā, quia ad mentis nostræ eleuationē ad deū, plurimū cōfert industria exteriorū actuū, situum, applicationum, quoniā corporalia ad spiritualia ordinantur, & bonus corporaliū vsus spiritualibus suffragatur. Porrò inter hec corporalia ad internā deuotionem prouocantia, sunt oculorū eleuatio, pectoris tonsio, corporis prostratio, genuflexio, brachiorū extensio, manuū cōplicatio, multiformis inclinatio. Propter quod in Thren. loquit Hieremias, Leuemus corda nostra cum manibus ad deū in cœlos, Et Psal. Leuaui oculos meos in montes. Deniq; publicanus percutiebat pectus suū. Et Salomon in libris Regū fertur orasse genibus flexis, & manibus in cœlū leuatis. Erigamus ergo cū Christo oculos cordis ad deū vbertim, secundū quod scriptū est, Oculi mei semper ad dominum: quia oratio est ascensus mētis in deū. Vnde qui orat corde vago, intimorato, & dissoluto, non orat veraciter, nec exauditur. Hoc egit Ezechi qui ait, Attenuati sunt oculi mei suspiciētes in excelsum. *Pater* naturalis & consubstantialis, à quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur; cui nomen & ratio patris propriissimè ac verissimè competit, *Venit hora* passionis meæ: vel, venit hora, id est, tempus iam imminet faciēdi quod precor, videlicet clarificandi me: quam horam tu ipse, & ego ab æterno determinauimus atq; præfiximus, *Clarifica filium tuum*. Tripliciter pater clarificauit Christum post hanc orationem. Primò, per signa facta in passione, videlicet, q̄ ad vnam Christi responsionem, omnes aduersarij eius, qui venerāt capere eum, abierunt retrorsum, & ceciderūt in terram, item per solis obscurationē tam longam, & supernaturalē, per terræ motū, veli templi scissionē & suscitationem multorum sanctorū in die paschæ, qui venerunt in sanctā ciuitatem, apparuerunt q; multis. Secūdò, per glori-

Thren. 3. Psal. 120. Lucæ. 18. 3. Reg. 8. Psal. 24. Ezec. 38. Ephes. 5 Ioan. 18. Matt. 37.

D glorificationem corporis Christi, quæ facta est per resurrectionem, ascensionē, & quatuor dotiū collationē, videlicet, impassibilitatis, claritatis, subtilitatis, & agilitatis. Tertiò, clarificauit eum in cordibus hominum, quos conuertit ad Christū, ita ꝓ eius maiestatem cognoscere ac venerari cœperunt. Pro oībus clarificationibus istis orauit nunc Christus.

¶ Sed cur ista precatus est Iesus, quū sciret certissime patrem sic decreuisse, vt clarificaret taliter filium suum? Dicendum, ꝓ non est inconueniēs ea postulare à deo, quæ scimus danda esse ab eo, quia & deus sic prędestinauit, vt daret ea per preces seruorum suorū. Quoniam verò glorificatio Christi hominis ordinatur finaliter ad gloriam patris, subiungitur, *Vt filius tuus clarificet te* per prædicationem Apostolorū clarum
E te faciat in cordibus hominū, dando eis notitiam & venerationē nominis tui altissimi. Nisi enim pater clarificasset Christum, mundus non credidisset in eum: & per consequens nec patrem cognouisset: ideo Christus petit se clarificari, quatenus homines credant Euangelio eius, sicq; Christus per sui Euangelij annūciationem clarificaret & patrem, *Sicut dedisti ei* ab incarnationis principio, *Potestatem omnis carnis*, id est, virtutem, & dominationem super totum genus humanum. Ponitur ergo pars pro totò, videlicet caro ꝓ homine: quēadmodum in Psalmo, Ad te omnis caro veniet. Atq; in Esaia, Videbit omnis caro, quod os domini loquutum est. Deniq; (vt dictum est) sæpe eo ipso quo Christi humanitas vnita est verbo hypostatica vnione, prælata est omni creaturæ, ha-
F bultq; à principio incarnationis potestatem omnis naturæ creatæ. Potest quoq; ad Christum secundum diuinitatem referri: quia per hoc quod pater dedit filio diuinam essentiam, dedit etiam ei omnipotētiam, seu potestatem omnis carnis, omnisq; creaturæ, hoc est potestatē per quam ipse vnigenit filius vniuersa creauit, gubernat, & possidet. Itaq;, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, sic clarifica eum, *Vt omne* genus hominū, *Quod dedisti ei* per prædestinationem æternam, per tēporalem vocationem, & fidei synceritatē. Quos enim prædestinauit, hos & vocauit, secundū Apostolum: qui iterum ait, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, Nemo quippe venit ad filiū, nisi pater traxerit eum. Illos ergo pater dat filio, quos decreuit salutari per eum, & cōuertit ad fidem catholicam viuam, & perseuerantem, *Det vitam æternam*

Psal.63.
Esa.40.
Rom.8.
Ephes.1.
Iohan.6.

nam pro eorum salute moriatur, eisque æternam beatitudi- A
nem mereatur vt homo, & largiatur vt deus. Et hoc innotescit, Quòd Christus nunc loquitur de datione potestatis omnis carnis temporali, quæ competit sibi secundum naturam assumptā: quoniā illa finaliter ordinatur ad redemptionē humanam, Datio verò huius potestatis ęterna, cōpetens Christo secundum diuinam naturam, non ordinatur ad aliud creatū, sed potius finis est omnis creaturæ. *Hæc est autem vita æterna*, id est, vera atque cœlestis fœlicitas consistit in hoc, *Vt cognoscant* clare per speciem, quod Apostolus dicit, facie ad fa- 1.Cor.13.
ciem, Te patrem *Solum deum verum*, qui es deus verus, præter quem non est alius deus, ita quòd dictio illa exclusiua, solum determinat deum, recludens omnem aliam deitatem, quo- Deut.33.
niam non est deitas præter eam quæ est in patre, & pater B
quæ eadē numero est in tribus personis quæ sunt vnus solus verus deus: estq; hoc modo vnaquæq; earum solus deus verus, ex quo elucescit perfidia Arrij atque Eunomij, arguentiū ex hoc loco, quòd filius & spiritus sanctus sint puræ creaturæ, quasi solus determinaret personam, & personæ excluderet consortium. Sic ergo cognoscant te Et item *Quem misisti Iesum Christum*, id est, in claro & fruitiuo aspectu patris, & filij, secundum eius diuinitatem, haud dubium quin & spiritus sancti, beatitudo omnis mentis creatæ essentialiter sita est. Trinitatis nāq; superbenedicta est vnum beatificum obiectum omnium beatorum: in cognitione autem Christi se- C
cundum ipsius humanitatem beatitudo consistit, quantum ad præmium accidentale, & ex consequenti, vel secundario.

¶ Ex his constat, quòd beatitudo cōsistit in actu intellectus, essentialiter, ac directe, ita ꝓ contemplatio summę ac primę veritatis clara, & immediata est essentia beatitudinis, seu ipsa fœlicitas: tamē inquantum comtemplatio habet fruitionem adiunctam. Nō enim cognitio sine delectatione atq; fruitione perfecta est. Hinc dicit Augustinus, ꝓ visio est tota merces, in qua vtique Iohannes nostram deiformem, & summam perfectionem, & per consequentiam, veram fœlicitatem cōstituit, dicens in prima sua canonica, Charissimi, nunc filij 1.Iohā.3.
dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.

¶ Præterea omnes sancti dei visionem quasi summum fina- Exod.33.
lēq; bonum desiderauerunt. Hinc Moyses domino loquens,

D Si inueni(inquit)gratiam in conspectu tuo,ostende mihi fa-
Psal.84. ciem tuam,vt sciam te.Et Psalmi.Ostende faciem tuã,& sal-
ui erimus.Sed & Aristoteles naturali ratione inductus.10.
Et hic.fœlicitatem cõstituit in speculatione optimi speculabi
lis.Et quibus patet,quàm rudis sit Sarracenorũ,Iudæorumq;
cæcitas,qui fœlicitatem ponunt in exterioribus bonis,deli-
ciisque carnalibus:scilicet in voluptatibus, gustus,& tactus,
atque similibus.Corporalia enim non sunt bona simpliciter
neq; finalia,sed ad spiritualia ordinantur. Carnales insuper
voluptates nobis,& bestiis sunt cõmunes,& in se viles sunt.
Beatitudo autẽ consistit in summis,honestisq; bonis,& fœli
citas est bonum prædignũ,spirituale,diuinum,videlicet opti
ma operatio optimæ potentiæ,secundũ virtutem perfectam.
E *Ego te clarificaui* sanctum & summum ostendi,ac honoraui,
Philip.2. *Super terram*,id est,inter homines viatores habitãtes in ter-
Baruc.3. ra:quibus manifestaui maiestatem tuã,docendo,signa agen-
Acto.1. do,omne bonum tibi attribuendo,alios ad cognoscendum,
ac honorandum inducendo,tibi vsq; ad mortem obediendo,
item in omnibus sanctissime conuersando *Opus consummaui*
quod dedisti mihi vt faciam,id est,quicquid ad humani generis
redẽptionem præcepisti me facere,docendo,inter homines
cõuersando,persequutiones ferendo, nunc ad effectum per-
duxi,& quod restat,videlicet,vt mortẽ crucis sustineam,nũc
tam ppe est,vt quasi factũ reputetur:de quo opere ait Chri
Esa.49. stus per Esaiam,Opus meum cũm deo meo. *Et nunc clarifica*
me tu pater apud temetipsum,id est,in conspectu tuo glorifica
F me,quantum ad præmium accidentale,& ad dexteram tuam
exalta,& pone me secundum naturam assumptam, *Clarita-*
te quam habui, prius quàm mũdus fieret apud te, beatitudinem
meam,seu gloriam sempiternam,quæ competit mihi secun-
dum diuinitatem,communicata corpori meo per redundan-
tiam quandam Vel sic,clarifica me in cordibus hominum a-
pud temetipsum,id est,verè sicut bonũ & iustum videtur in
Ephes.1. oculis tuis, claritate quam habui prius quàm mundus fieret:
æternam beatitudinem meã reuelando hominibus. Vel sic,
clarifica me apud temetipsum,id est,in patria collocãdo me
super omnem principatũ,potestatem,virtutem, & domina-
tionem,claritate quam habui,id est,gloria ista accidentali,
quã habui secundũ quod homo sum ante mundi creationem,
in tua dispositione inuariabili,atq; æterna,hoc est fac,& da
mihi

mihi nunc quod in æternitate dare,& facere decreuisti.Por- A
o saluator dicendo ad patrẽ, Ego te clarificaui,& opus con
sum maui quod dedisti mihi, ostendit orationem suam exau-
tione condignam. Deus enim glorificãtes se glorificat,o- 4.Reg. 2.
bedientes remunerat,voluntatem istorum faciet,exaudiens
deprecationem eorum:iuxta Psal. Quod verò ait,priusquàm Psal. 144.
mundus fieret apud te,sic intelligẽdum est,ab æterno ante
quam totũ vniuersum crearetur,vt esset in esse rato,seu crea
te ac propriæ subsistẽtiæ,vbi tu æternaliter es,qui cælum & Hier.23.
terram impleis *Manifestaui nomen tuum*, id est, teipsum Ho-
minibus per fidem. *Quos dedisti mihi de mundo*,puta discipu-
los meis,quos de mundo eduxisti,id est,de vita,& cõmunio-
ne hominum impiorum,& cõuertisti eos ad me,quos vtique
decreuisti saluare per me.Vnde Paulus testatur, Eripuit nos B
de præsenti seculo nequam,& transtulit in regnum filii dile
ctionis suæ. Horum corda Christus edocuit verbis,& signis,
atque operibus diuinis,de trinitate,de patre cælesti.Et quã-
tis apostoli antequam Christo adhærerent, habuerunt noti
tiam aequalem de deo patre,secundum ea quæ dicũtur abso
lutè de ipso,vt quòd esset verus deus, creator omnipotens,
& non tamen cognouerunt eum secundũ proprietatẽ rela-
tiuã,per quam dicitur pater naturalis vnigeniti filii dei. Pri-
mam quoque notitiam patris perfecit in eis Christus,sic ma
nifestauit eis patrem, secũdum ea quæ ei absolute cõueniũt,
magis clare quàm ea cognouerũt,de quibus Christus ait per
Esaiã,Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi dominus. *Tui* Esaiæ, 8.
erant per creationem,gubernationem, & prædestinationẽ, C
& mihi eos dedisti per temporalem vocationem,seu piam eo-
rum conuersionem,infundendo eis gratiam meritis meis,vt
fiant membra mea,fructumq; passionis meæ finaliter fortian-
tur,Et *sermonem tuum seruauerunt*,id est, doctrinam tuã me-
moriter tenuerunt,& impleuerunt quãtum requiritur ad sa-
lutem,vel sermonem tuum.i.me verbum tuum seruauerunt
per fidem & charitatem. Et *nunc cognouerunt* per fidẽ,quan-
tis nondum perfectam:vel secundũ Augustinũ Christus po-
nit preteritũ pro futuro,dicẽs tales fuisse,& esse Apostolos.
quales erãt futuri recepto spiritu sancto,*Quia omnia quæ de-*
disti mihi hoc est,vniuersa quæ habeo, *Abs te sunt* id est, mi-
hi à te collata sunt,ita quòd nõ operor arte magica,nec ope
diabolica,prout imposuerunt mihi Iudæi,sed virtute diuina.

D *Quia verba quæ dedisti mihi* hoc est, quæ animæ meæ infudisti, ac reuelasti à suæ creationis principio: vel quæ mihi verbo tuo dedisti per generationem æternam, per quam dedisti mihi vniuersorum scientiam, omniumque verborum intellectum, & exemplarem rationem de omnibus, quum sim ars rationibus plena. *Dedi eis* prædicando eis documenta cœlestia, *Et ipsi acceperunt ea* diligenter aduertendo atque credendo, *Et cognouerunt verè, quia à te exiui* per generationem æternam, sic tamen, quod mãsi in te, per substantiæ identitatem, *Et crediderunt* fide formata ac viua, *Quia tu me misisti* de cælo ad homines per incarnationis mysterium. *Ego pro eis* tanquam charissimis. *Rogo* tuam paternam bonitatem,

E oratione ex deliberata ratione procedẽte, quam semper exaudis ex me, sicut superius dictum est, Ego sciebam quoniam semper me audis. *Non pro mundo* id est, reprobis amatoribus huius seculi. *Rogo* de quo mundo dicit Iacobus, Quicunque voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei cõstituetur. ¶ Si Christus non orauit pro mundo, quomodo dixit in cruce pro crucifixoribus suis, Pater, ignosce illis. Et in Psalmo, Pro eo vt me diligerent, detrahebãt mihi, ego autẽ orabam. Itemque Hieremias, Recordare (inquit) quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterẽ indignationem tuã ab eis. Quod apud Esaiam legitur prophetatum, Ipse peccata multorũ tulit, & pro trãsgressoribus rogauit. Iohãnes etiam profitetur in prima sua Canonica, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ pro nostris tãtum,

F sed & pro totius mundi. Dicendum, quòd Christus non solum vt deus per scientiam increatam, sed item vt homo per sciẽtiam inditam, nouit distincte, & plene, qui, & quot essent saluandi, qui etiam & quot essent damnandi. Rursus, quoniã Christus vt homo comprehẽsor fuit quoad superiorem animæ partẽ, voluntas animæ eius superior erat voluntati diuinæ perfectissime conformata. Quemadmodum ergo sancti in patria non orãt simpliciter pro eorum salute, quos deo reuelãte sciunt præscitos: imò nec absolute, atq; simpliciter desiderant eorum salutem, sic Christus non orauit oratione ex deliberata ratione prodeunte pro reprobis. Fecit tamẽ pro eis quod in se fuit, & ex naturali amore, pietate, vel affectione. Forte vel alio modo orauit pro eis in generali, vel in speciali, sicut & aliquo modo voluit eos saluari, hortans eos ad

Iohan. 11.
Iacob. 4.
Lucæ. 23.
Psal. 108.
Hier. 18.
Esaiæ. 53.
1. Iohã. 2.

pœnitentiam: quemadmodum ex naturali, ac inferiori appetitu, quo refugiebat mortẽ, orauit, Transeat à me calix iste. A
Et per hanc distinctionem, faciliter soluerẽtur authoritates prælegatæ, quæ & aliter solui possunt. Nam oratio eius fusa in cruce, pro quibusdam occisoribus suis per cõsensum creditur exaudita, sed illi non erant finaliter pertinẽtes ad mũdum perditionis. Similiter orationes eius ante passionẽ pro Iudæis fusæ in aliquibus illorum sortitæ sunt effectum, quando post resurrectionem nonnulli conuersi sunt, qui vsque ad Christi mortem contra eum sæuierunt. ¶ Insuper quod ait Iohannes in sua epistola, verum est, quòd Christus quantum in se est, est propitiatio pro totius mundi electis, quanuis in multis non adipiscatur effectum, quoniam ponunt obicẽ gratiæ saluatoris, *Sed pro his quos dedisti mihi* hoc est, quos per B me saluare disposuisti atque per gratiam conuertisti ad me, *Quia tui sunt* id est, à te ab æterno dilecti, ac prædestinati. De quibus ait Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius.
¶ Sed si erant sic patris, & à patre filio dati, ita quòd perire non poterant quid necesse fuit orare pro eis? Et respondẽdũ, quòd sine præuiis meritis erant prædestinati: sic tamen quòd prædestinationis effectum sine meritis Christi, & precibus, obtinere non debuerunt. Prædestinatio nanque vniuersa includit, quæ ad salutem prædestinati concurrunt, ideo comprehendit, & præces, quæ pro prædestinatis funduntur. Et *hæc omnia mea tua sunt, & tua mea sunt*. Hoc dupliciter intelligi potest. Primò, de increatis, & infinitis diuitiis patris, & filii. Pater enim se totum communicat filio dans ei per gene C rationem æternam diuinitatis plenitudinem. Est itaque sensus, Omnia mea, hoc est, quicquid absolutæ perfectionis, quicquid beatitudinis, essentię, & maiestatis in me est, vel cõpetit mihi, est in te, & conuenit tibi, quoniam vnum sumus, & indistincti in his quæ absolutè dicũtur: per solam verò relationem distinguimur, Secũdò, exponitur de bonis creatis: quia omnia creata sicut sunt opus, & possessio filii, ita & patris: imò pater, & filius sunt vnus possessor, factor, & dominus totius entis creati. Lyra exponit aliter, dicẽs, quòd propter inseparabilem vnionem diuinitatis, & humanitatis in Christo, sit idiomatum communicatio, quia humana ascribẽda sunt deo, & diuina homini Christo. Quanuis autem hoc verum sit, non tamen videtur ad propositum. Christus enim

nunc

A Matt. 16.
Marci. 14.
Lucæ. 23.
1. Iohã. 2.
B 2. Tim. 2.
C Iohan. 16.

D nunc loquitur patri, certum autem est, quòd propter communicationem idiomatũ, ea quæ sunt Christi hominis, non cõueniunt patri, neque ecõtra. Non enim pater est passus, quãuis deus sit passus, nec pater est incarnatus, nec filius est innascibilis, Et *clarificatus sum in eis*, hoc est, claritatem meã, & Iohan. 16. dignitatem iam partim cognoscunt, dicentes, Nunc scimus, quia scis omnia, & credimus, quia à deo existi. Post insufionem verò spiritus sancti, plenius clarificatus est Christus in Acto. 4. discipulis suis, & per eos quando & Petrus dixit de Christo, Hic est omnium dominus, & non est in aliquo alio salus. Et *iam non sum in mundo* hoc est, Propinquũ est valde, vt corporalem præsentiam subtrahã hominibus, Et *hi* discipuli mei *In mundo sunt* diutius permansuri, variasq; tribulationes pas-
E suri, Et *ego ad te vemo* per passionem, & ascensionem, secundum naturam assumptã, ideo indigent tua pia custodia Propter quod oro, *Pater sancte*, qui es essentialiter sanctus, purus, ac superpurissimus, sanctitas infinita, omnisque sanctitatis origo causalis, indeficiens, & fontana, *Serua eos in nomine tuo* id est, in teipso eos gratiose custodi, ne pereant, quanuis ad horam cadant, fugiendo à me. Itaq; serua eos in nomine tuo in fide, & charitate nominis tui, vt perseuerent in te, & quum ceciderint, non collidantur te manum supponente. Psal. 36. *Quos dedisti mihi* conuertendo eos ad me. *Vt sint vnum* per charitatem, sintque vnum mysticum corpus per sanctæ dilectionis coagulum: quemadmodum in actis Apostolorum habetur, Acto. 4. Multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna.
F Vnde apud Hieremiam dominus prenuntiauit, Dabo eis cor vnum, & animam vnam. Sicut enim inuidia coniunctos dis-
Hiere. 23. sociat, sic charitas disiunctos vnificat, *Sicut & nos* id est, tu & ego *Vnum sumus* in essentia, voluntate, & veritate. Itaq; dictio illa, sicut, non denotat iam omnimodam parilitatem, sed aliqualem assimilationem, secundũ quod dici solet, Omne simile, est dissimile. Aliqui verò, vt abbas Ioachim verba hæc malè intelligentes, dixerunt quòd pater, & filius, & spiritus sanctus, sicut sunt tres personæ, ita & tres substantiæ, seu essentiæ, vnum per charitatem in voluntate. *Quum essem cum eis* corporali præsentia. *Ego seruabam eos in nomine tuo*, id est, in tua fide, & charitate. Christus nempe secundum naturam assumptam seruauit discipulos, quasi instrumentaliter docendo, hortando, exemplariter conuersando, & increpãdo:

do: secundum naturam autem diuinam seruauit eos efficien- A
ter, ac principaliter, operando intus per gratiã: sed in hac seruatione non differt à patre, & spiritu sancto: quouiã tota trinitas est vnus electorum custos, & conseruator: de quo legitur, Custodiens paruulos dominus, &c. *Quos dedisti mihi, ego* Psal. 114.
custodiui, id est, discipulos à periculis erui, in bono retinui, Iob. 10.
atque hucusque perduxi, tanquam pastor bonus, pius magister, & dominus potens, Et *nemo ex eis perit, nisi filius perdi-*
tionis. Loquitur Christus, ac si nunc quum hæc dixi, cum di- è Psal. 33.
scipulis corporaliter nõ fuisset, eo quòd mox recessurus fuit ab eis: similiter loquens de Iuda, dicit eum iam periisse, quanuis adhuc viueret, quoniam in proximo suspẽsurus erat seipsum, æternaliterque damnandus: vel iam periit, gratiã amittendo, mortem animæ incurrendo, atque æternam pœnam promerendo. ¶ Dicitur autem Iudas proditor filius perdi- B
tionis, hoc est, æternæ damnationis, quia tã copiose & enormiter fecit digna morte æterna: vnde de Antichristo dicit a- Mat. 26.
postolus, Nisi reuelatus fuerit homo peccati filius perditio- 2. Thes. 2.
nis, Vt *scriptura* libri Psalmorum, loquens de proditore, & eius pœna ac maledictionibus, *Impleatur* Psalmus enim centesimus octauus, qui incipit, Deus laudem meã ne tacueris, de Iuda traditore cõscriptus est. Vnde quod ibi habetur, Episcopatum eius accipiat alter, Psal. 108. Acto. 1.
Petrus in Actibus apostolorum allegat de Iuda. In hoc autem psalmo de perditione proditoris multa scribuntur, quæ oportebat impleri.

¶ Prosecutio præsentis Capituli. C

Nunc autem ad te vemo, & hæc loquor in mundo.

ARTICVLVS. XLII.

Vnc autem ad te venio hoc est, tempus nunc imminet quo veniam ad te per corporalem ascẽ-
N sionem, & corporis mei glorificationem, Et *hæc* videlicet sermonem præscriptum, & orationem præsentem, *Loquar in mundo* inter discipulos meos, *Vt habeant gaudiũ meum impletum in semetipsis* id est, quatenus spiritualem lætitiam, veràque beatitudinem, quæ est gaudium cõsummatũ, adipiscantur nunc inchoatiue, atq; in patria plenè. Hoc quippe est finis doctrinæ Christi,

&

D & omnium quæ fecit, pertulitque pro nobis. Apostoli autē
post resurrectionem, & spiritussancti missionem, vbertim ex
perti sunt quandam futuræ beatitudinis prælibationem, gu-
1.Pet.2. stando quàm dulcis est dominus: sed gaudium illud non po-
tuit esse completum in vita presenti, in qua omnes qui volūt
2.Tim.3. piè viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Ideo conso
Matt.10. latio præsens, tribulationibus permiscetur. *Ego dedi eis ser-*
Marci.3. *monem tuum*, hoc est, Euāgelicæ legis doctrinam docui eos,
Acto.1. vt & ipsi eam obseruent, ac prædicent aliis. Misit enim Chri
Marci.16. stus Apostolos prædicare regnum dei ante passionem, vt ha
Mat.14. betur apud Matthæum. *Et mundus odio eos habuit*, id est, vi-
Galat.1. tiosi scribæ, & pharisæi cum suis amatoribus. Oderant enim
E Apostolos propter Christum: nam & timore Iudæorum se-
debant apostoli clausi in conclaui: sed post resurrectionem
dominicam, quando vbique prædicauerunt Euangeliū Chri-
sti odio habiti sunt à Iudæis, ac Gentibus, secundum quod
Christus apud Matthæum legitur prædixisse, Eritis odio o-
mnibus hominibus propter nomen meum. Propterea dicit
apostolus, Si hominibus placerem, Christi seruus nō essem.
huius odii causam subiungit, *Quia non sunt de mundo*, id est,
ad sortem, & societatem hominum mundanorum nō perti-
nent, nec illorum conuersationi se conformant, imò vitia ta
Amos.5. lium detestantur & arguunt, ideo odiuntur ab eis. Nam dis-
similitudo parit rācorem, & peruersi odio habent eos, à qui
bus veraciter redarguuntur. Itaque non sunt de mundo per
operum secularium imitationem, quia per gratiæ aspiratio-
F nem cor suum auerterunt ab istis terrenis, amātes cælestia,
Sicut & ego non sum de mundo, id est, de numero hominū mū-
danorum, qui terrena cælestibus præferunt. *Non rogo vt tol-*
las eos de mundo, hoc est, de hac vita mox auferas eos ad bea-
torum patriam, statim post resurrectionem meam. Primo e-
nim oportet Christianam fidem prædicari per eos, & Genti
litatem conuerti, Ecclesiamque firmari, vnde mors eorū es-
set in detrimentum ecclesiæ: ipsi quoque multo amplius pro-
merebuntur manendo in mundo, quousque publicata sit fi-
Ephes.1. des. Hinc Apostolus Paulus ad Ephesios primo capitulo,
Permanere (dicit) in carne necessariū est propter vos. *Sed*
vt serues eos à malo culpæ, secundum ordinem prædestinatio-
nis æternæ. Non orauit Christus, vt à malis pœnalibus vitæ
huius seruarentur, quum hoc saluti eorum non expedierit.
Beati

Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: A
sed ne per impatientiam, incōstantiam, vel timorem defice-
Mat.5. rent in aduersis. *De mūdo non sunt, sicut & ego non sum de mū-*
Luc 6. do. Hoc Christus resumit, vt nobis commēdet gratiam dei,
qui electos gratiose discernit, ac separat à mundanis. *Sanctifi-*
ca eos in veritate. ¶ Superius dixit Christus apostolis, Vos Matt. 25.
mundi estis, & ipse pater amat vos. Itemque, De mundo nō Iohan.13.
sunt: cur ergo nūc deprecatur patrē, vt eos sanctificet, quasi
sancti non essent? Et respondendum, quòd mundi erant, ca-
renda mortalibus, & de mundo non fuerunt pe opera scele
rata, non tamen sine venialibus erāt, nec perfecti in gratia:
ideo Christus petit, vt pater sanctificet eos, hoc est, ab omni
immunditia, defectu, & imperfectione expurget, in gratia
quoque perficiat: quod post resurrectionem cœpit impleri, B
quando Christus insufflauit in eos, dicens, Accipite spiritū Iohan.20.
sanctum. In die autem pentecostes penitus purificati, & con Acto.2.
firmati fuerunt in bono adeptis primitiis spiritus sancti Rom.8.
¶ Denique quis est in hac vita sic mūdus, vt non habeat am Philip 3.
bius sanctificari? quum dicat Apostolus, Quæ quidem retro
sunt, oblitus, in anteriora extēdo meipsum, idcirco precaī. Philip.1.
Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque ad diem Ie
su Christi. Itaque sanctifica eos in veritate, hoc est, veraciter
dando eis puritatem mentalem, veritatemq; triplicē, vtpo-
te vitæ iustitiæ, & doctrinæ. *Sermo tuus veritas est*, id est
prædicatio quā loquor in nomine tuo, & ex te, omni caret
mendacio, estque tam pura & sancta, vt potius dicēda sit ve
ritas, quàm vera. Vnde dicit Psalmista. Principiū verborum C
eorum veritas. Increatus etiam sermo dei, videlicet, verbū Psal. 118.
æternum, & veritas iuxta quod ait, Ego sum via, veritas, &
vita. ¶ Superius Christus orauit, Sanctifica eos in veritate, Iohā.14.
noxque quasi expositiue adiecit, Sermo tuus veritas est: tā-
quam dicat, Hoc est sanctificari in veritate, seruare, & opere
implere sermonem dei, seu sacram scripturam.
¶ Præterea, sermo dei, sacra scriptura, euangelium Christi,
tantū est veritas, vt ad Galatas dicat Apostolus, Licet an-
gelus de cœlo euangelizet vobis præterquam euāgelizaui- Galat.1.
mus, anathema est. Nil igitur falsius, nil prorsus detestabi-
lius, quàm quòd fidei dissonat Christianæ. *Sicut tu me misi-*
sti in mundum, id est, ad populum Iudæorum, quia non sum
missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, *Et ego misi eos*,

D*eos*, puta Apostolos, I*n mundum*, id est, ad eundem popu-
Mat.15. lum instruendum, præcipiens eis, in viam gentium ne abie-
Marc.10. ritis, sed ad oues quæ perierunt domus Israel. quemadmodũ
ergo pater misit filiũ ex charitate & pietate, vt hominibus
æternam salutem annunciaret, sic Christus piè & charitati-
ue destinauit Apostolos ad prædicandum regnum cœleste.
¶ Quidam dicunt, quòd Christus ponit hic præteritum pro
futuro quoniam ante passionem nõ misit Apostolos in mun
dum, sed ad Iudæos duntaxat. Sed hoc modici ponderis est.
Mat 28. Sicut enim Christus dicit se missum in mundum, qui tamen
Mar.16. perhibet se ad solum populum Israelicum missum sic intel-
ligi potest, quod asserit se misisse Apostolos in mũdum quia
ad populum Israeliticum misit eos. Post passionem autem lo
E cutus est eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate euan
gelium omni creaturæ. Et *ego pro eis* id est, pro salute eo-
rum, S*anctifico meipsum*, id est, opera sancta facio, ꝑ quæ
mereor eis gratiam, & gloriam, non mihi, nisi gloriam præ-
mij accidentalis. Omnia enim opera sua, per sequutiones &
mortem, retulit Christus ad nostrum profectũ, atque subsi-
dium: nec opera sua auxerunt gratiam, vel sanctitatem suæ
Mat.16. mentis, sed nobis meritoria erant. Vel sic, pro eis, hoc est, ad
ædificationem, & informationẽ eorum sanctifico, id est, san-
ctum ostendo, & fateor meipsum: quia vt credant in me, di-
co, & factis ostẽdo, quòd sim Christus filius dei, sanctus san-
ctorum, & mundi saluator. Sancti enim frequenter suam per
fectionem declarant ad dei honorem, vel proximorum in-
F structionem, vel ad propriæ spei subleuationem: secundum
quod Paulus ait, Nihil minus me arbitror fecisse ab his, qui
2. Cor. 11. sunt supramodum Apostoli Et Ezechias, Memento (ait)
4. Re. 20. domine, quomodo ambulauerim corã te in corde perfecto.
Tertiò sic, Lego pro eis sanctifico, id est, sanctũ sacrificium
ago & offero meipsum in ara crucis: quemadmodum scri-
Ephesi. 5. ptũ est ad Ephesios, Christ⁹ dilexit nos, & tradidit semetip-
sum pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem suaui
tatis. Cuilibet autem harum expositionum consonãt verba
Ioh. 14. sequentia, V*t sint & ipsi sanctificati*, hoc est, ab omni macu-
la culpæ mundati I*n veritate*, id est, in me, qui veritas sum.
Vel, in veritate fidei, quæ est fundamentum totius sanctifica
tionis æternæ. Hanc quippe veram sanctificationẽ meruit
nobis Christ⁹ in sua conuersatione, & passione, quam per sa
cramentum

cramentũ ecclesiæ obtinemus: primo omnium in baptismo, A
deinde in pœnitentia. ¶ Deinceps orat Christus nõ pro A-
postolis tãtum, sed hucusque ab eo loco Manifestaui nomẽ
tuum hominibus quos dedisti mihi pro omnibus membris
suis, seu vniuersis. N*on pro eis autem*, hoc est Apostolis
R*ego tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorũ
in me*, id est, pro cunctis ad fidem conuertendis, qui vel im-
mediate, vel mediate conuertẽtur, & credent per prædica-
tionem Apostolorum. Qui enim non audierunt immediate
ipsos Apostolos, audierũt successores vel discipulos Aposto
lorum, sicque per verbum Apostolorũ crediderũt mediate.
¶ Sed si Christus orauit ꝑ credituris, ergo non orauit pro
cæteris discipulis suis, qui tempore huius orationis defece-
runt, & tamen credebãt in eum: nec orauit pro Maria Mag- B
dalena, Martha, Iohãna, &c. Dicendum quòd omnium ho-
rum fides in passione defecit Vnde & postea quasi iterũ cre
dere inceperunt: & si non per prædicationem Apostolorum
tamẽ per verbum fidei quod commissum est Apostolis, pri-
mo & maximè vt illud euangelizarent, V*t omnes* creden-
tes V*num sint* per fidem catholicam & indiuiduam charita-
tem, per eiusdem finis appetitionem, sintq; vnum mysticum
corpus, vnum templum, & habitaculũ, spiritus sancti: quẽad-
modum Philippẽses hortatur cum omni affectu sanctus A- Philip. 2.
postolus, Si qua consolatio in Christo, si quod solatium cha-
ritatis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis vnanimes,
idem sentientes, *Sicut tu pater es in me*, sicut naturali ima- C
gine, sicut in charismo, ac vnico filio: sicut in verbo tuo tibi Iohan. 1.
consubstantiali, æquali & coæterno, E*t ego in te* in sinu
tuo, in corde paterno, in superspendissimo tõte. De quo sic
emano, vt inuiolabiliter perseuerem in eo V*t & ipsi in nobis
vnum sint*, non per consubstantialitatem, quemadmodum
ego & tu vnum consistimus, sed per charitatem & gratiam:
& item sicut media vniuntur in fine.
¶ Ecce quomodo magister charitatis & vnitatis, finaliter
cupit vnitatẽ sanctæ dilectionis inesse suis fidelibus. Propter Acto. 9.
quod ait vas electionis, Idipsum dicatis omnes, & nõ sint in 1. Cor. 1.
vobis schismata, V*t mundus credat*, id est, cæteri qui non-
dum cõuersi sunt, quẽadmodũ isti. Nõ enim omnes simul cõ
uersi sunt per Apostolos, Q*uia*, i. quòd T*u me misisti*, hoc
est, rogo, vt qui primo credent, tantam habeant vnitatẽ, &
charita-

D charitatem in omni perfectione & gratia, quòd cæteri non-
dum credentes, ex consideratione sanctitatis illorũ, conuer
tantur ad fidem. Tanta quippe debet in Christiano homine
precipue religioso viro esse perfectio, vt quicunq;, siue infi-
delis, siue iniquus conuersationem illius inspexerit, fateatur
veram esse fidem catholicam, & sanctam consistere euange-
licam legem, quæ talem edocet vitam. Propter quod Petrus
1.Pet.2. in sua monet epistola, Conuersationem vestram inter gẽtes
habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis, tanquã
de malefactoribus, ex bonis operibus vos cõsiderantes, glo
Acto.2. rificent deum. Hoc quoque in Apostolis, & primitiua eccle-
sia adimpletum legitur in actibus apostolorum vbi habetur
quòd habebant gratiam ad omnem plebem, & beatificabat
eos populus. Et *ego claritatem quã dedisti, mihi, dedi eis*. Qui-
E dam per charitatem istam intelligunt immortalitatẽ, quam
Lucæ.10. Christus iam dedit discipulis suis in spe: vel ponit præte-
ritum pro futuro, propter certitudinem prædestinationis di-
uinæ. Alij nomine claritatis, intelligunt virtutem miraculo-
rum, per quam clarificatur diuinitas, quam virtutem & gra-
tiam dedit Christus discipulis, Ecce (inquiens) dedi vobis
potestatem calcandi super serpentes, id est, scorpiones. Vi-
detur autem per claritatem hanc Christo collocatam signifi
cari perfectio scientiæ, vel dignitas gratiæ inditæ Christo,
quàm ipse suis iam discipulis cœpit communicare, vt plenius
fuit communicaturus, quemadmodum dixit superius, Om-
Iohan. 15. nia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Cui ex-
F positioni magis consonare videntur sequentia, *Vt sint vnum*
per Charitatem, *Sicut & nos vnum sumus* per naturam. *Ego
in eis* sicut caput in membris per influentiam vitæ ac mo-
Ephes.3. tus, quia per fidem & gatiam mentes eorum inhabito, *Et tu
in me*, per consubstantialitatẽ & circumincessionẽ secundum
quod deus sum, sed secundum quòd homo sum, es in me per
Colo.3. gratiam summam & singularem, *Vt sint consummati in vnum*
id est, ad perfectionem mutuæ vnionis (quæ habetur in pa-
tria) perducantur, vbi inseparabili charitate connexi sunt, &
vbi est deus omnia in omnibus, *Et cognoscat mundus* per fi-
dem in via, atque per speciẽ in patria, *Quia tu me misisti* ex
qua cognitione maxime inflammatur electorum dilectio ad
Iohan.4. patrem & filiũ, eò quòd pater vnigenitũ suum miserit pro-
Philip.2. pter nos in hunc mundũ: ipseq; filius in hoc, & in aliis, vsq; ad

ad mortem patri cõsensit, vel obediuit pro nobis Et *dilexi-* A
sti, eos ab æterno & gratis *Sicut & me dilexisti*, non tamen
in tantum, vt me: quem secundum naturam diuinam diligis
amore prorsus immenso, secundum naturam autem assum-
ptam ampliori quam vniuersitatem creaturarum. Vel dile-
xisti eos sicut & me, id est ad eundem finem, seu beatificam
dei fruitionem ad quam me dilexisti, secũdum quod homo
sum. Tertiò sic Dilexisti eos sicut me, id est, quemadmodum
diligis me, vt filium naturalem sic diligis eos, vt filios ado-
ptiuos, *Pater quos dedisti mihi*. hoc est, electos meos, quos
meritis meis decreuisti saluari, *Volo* imperialiter secundum
quod deus & homo, volo, deprecor, atque desidero *Vt vbi
sum ego* id est, in patria, in qua nunc actualiter sum, quan-
tum ad naturam, atque hypostasim verbi: prout testatus sum B
Nicodemo, Filius hominis qui est in cęlo. Sic enim Christus
omnia verè, ac sustẽtialiter implet: iuxta illud in Hieremia. Iohan.3.
Nunquid nõ cælum & terram ego impleo, vel vbi sum ego Hier.23.
est in regno cęlesti quo statim per ascentionem futurus sum
secundum naturam humanam, aut certe vbi sum ego, hoc
est, in beatifica visione, seu vera beatitudine, in qua anima
mea nunc actualiter est, *Et illi sint mecum* post vitæ huius
curriculũ. Quanuis enim fideles sint iam cum Christo per Mat.28.
fidem & gratiam, quum ipse promiserit, Ecce ego vobiscum 2.Cor.5.
sum omnibus diebus vsque ad consummationẽ seculi: nihilo
minus aliquo modo nunc distant ab eo, dicente Apostolo,
Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fi
dem enim ambulamus, & non per speciem, *Vt videant* ocu- C
lis cordis *Claritatem*, id est gloriam *Meam* videlicet in-
creatam beatitudinem, veram diuinitatẽ: vel gloriam meam
i. creatã felicitatẽ animæ meæ, & corporis mei glorificatio-
nem, quæ corporalibus oculis conspicietur, *Quam* clarita-
tem increatam, *Dedisti mihi* ab æterno per generationem
diuinam, claritatem verò creatam, dedisti mihi in tempore:
vtpote beatitudinẽ animæ in incarnatione, glorificationem
corporis in resurrectione. *Quia dilexisti me ante constitutionẽ
mundi* secundum naturam diuinam, tanquam tibi æterna-
liter subsistenter præsentem, atque similiinum: secundum
naturam verò humanam pater dilexit filium ab æterno, non
quasi vt sic existentem, sed quia naturam eius humanam ad
tantam beatitudinem præordinauit, volens ei tantũ bonum,

H vt ver-

Universidad de Deusto Biblioteca

D vt verbo vniretur, ac frueretur à suæ creationis principio.
¶ Porro, si hoc quod ait, quia dilexisti me, accipiatur, vt causa propriè dicta eius quod dixit, quam dedisti mihi, tũc verba præinducta, videlicet vt videant claritatem meam, non erunt intelligenda de increata charitate Christi. Hinc enim pater nõ dedit filio ob hoc, quia dilexit eum ante constitutionem mundi: quia non ex præuia dilectione, sed naturali emanatione generat filium. Si verò accipiatur, vt signũ, intelligi possunt verba præhabita de claritate filij increata,
Psal.10. *Pater iuste* fons vniuersæ iustitiæ, regula æquitatis, atque
Sapiẽ.12. mensura totius rectitudinis: Iustus enim dominus, & iustitias dilexit. Vnde in Sapientia scriptum est, Cum sis iustus,
E omnia iustè disponis. Virtus enim tua iustitiæ initium est.
Mat.18. *Mundus te non cognouit* notitia salutati formata. Euang. Io-
1.Iohã.5. hannes accipit mundum nunc pro reprobis, ac mundanis hominibus. Vnde & apud Mattheum dicitur, Væ mundo ab scandalis. Hinc mũdus in maligno positus est. Interdum verò pro electis in hoc mundo versantibus, de quibus nunc dixit, vt cognoscat mundus, quia tu me misisti.
¶ Denique licet philosophi per naturalem rationem: Iudei quoque per scripturas, & mali Christiani per fidem informem agnouerunt deum, tamen philosophi non cognouerũt patrem secundum proprietatem paternitatis, & relationem realem: neque Iudæi, nisi fortè per fidem implicitam: tamen vt dictum est, Prophetæ & aliqui eruditiores in lege, habue
F runt notitiam trinitatis. Mali quoque Christiani licet agno-
Mat.11. scant patrem & trinitatem per fidem informen, non tamen habẽt de eo cognitionem formatam, quæ requiritur ad salutem. *Ego autem cognoui te* comprehensiue secundum quod deus sum. Nemo enim nouit filium nisi pater, neque patrẽ nisi filius. Cognoui etiam te secundum naturam assumptam beatifica visione ab initio incarnationis. Et *hi* Apostoli
Iohan.20. Cognouerunt iam, *Quia me misisti*, id est, in hunc mundum
Acto.2. direxisti, Et *notum feci eis nomen tuum* per fidem, docendo eos, quòd tu sis pater æternus à quo exiui, Et *notum faciam eis* nomen tuum post resurrectionem, cum per insufflationem, & ignearum linguarum apparitionem infudero eis spiritum sanmctũ, ad intelligendum scripturas, ac mysteriũ tri-
1.Cor.1. tatis clarissimè verò, seu per speciem notificabo te eis, quum ad patriam perducentur, vbi omnia intuebũtur in verbo. Ibi enim

enim quælibet diuina persona in seipsa, & singulas notificat A
facie ad faciem cuilibet beatorum. Nihilominus notificatio illa appropriatur filio, cum ipse sit veritas, & sapiẽtia patris. Vnde beati asseruntur cuucta videre in verbo, quum immediate conspiciant supergloriosissimam trinitatem quasi vnũ simplicissimum, beatificumque obiectum, Vt *dilectio qua dilexisti me*. Certum est, quòd dilectio dei sit ipsemet deus diligens. Veruntamen pater dicitur diligere filium cum spiritu sancto, secundum sensum quo hoc exponendum est. Potest itaque sic exponi, vt dilectio qua dilexisti me, id est, tu ipse me diligens, vel spiritus sanctus quo diligis me, *In ipsis sit* per lumen gratiæ in præsenti, & item per lumen gloriæ in futuro. Sic autem sit in eis, & ipsi diligantur à te, & tu seu amor tuus ad me diligatur ab eis. Ad hoc ordinatur cognitio, B
vt amemur à deo, eumque amemus, Et *ego in ipsis sim* quasi in templo, inhabitando corda eorum, vt vniti suo capiti vitam gloriæ sortiantur.

¶ Expositio Capitis. XVIII.

In quo incipit passio Christi Iesu, *Hæc cum dixisset Iesus, Egressus cum discipulis suis trans torrentem Cedron.*

ARTICVLVS XLIII.

AEc *cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis, trans torrentem Cedron*, Passionem Salua- C
H toris per quam vitificatus est mundus, singuli Esa.15.
Euãgelistarum describunt, tanquam vnum inter præcipua opera Christi. Mori nanque & ab impiis crucifigi dignatus est Iesus, vt merito obediẽtiæ suæ, ac mortis, totum genus humanum ab originali peccato, per inobedientiam contingente, & à morte æterna hinc consecuta eriperet: imò ab omni peccato saluaret, ab omni liberaret, pœna, atq; miseria, tandẽq; plenariam animæ & corporis glorificationem præstaret item vt suæ dilectionis feruorem, & immensitatem nobis insinuaret, vt formã daret vincendi aduersa, & ab inordinata mortis curaret formidine, vt patientiã demonstraret. Rursus, vt innotescat quàm enormè & grauè sit peccatũ, pro cuius expiatione, oportuit pati vnicum filiũ dei: vt iustitia dei appareat, qui maluit occidi filium

 suum

D suum dilectum & innocentem, quàm peccatum manere inul
tum, aut inexpiatum: vt misericordia dei resplendeat, qui sic
Roma.8. compassus est suæ creaturæ, quòd pro eius saluatiõe ꝓprio
filio non pepercit. Vt demùm magnitudo diuini amoris ad
Ephes.2. nos elucescat, dum propter nimiam charitatem suam qua di
Sapien. 2. lexit nos, filium suum sic affligi, sic turpissima, atq; pœnalis-
sima morte permisit occidi, vt nos sempiternã obtineamus
lætitiam. Ait igitur fœlix Euangelista, Hæc hoc est, sermo-
nem & orationem præscriptos, & etiam alia multa quæ ab
aliis Euangelistis describuntur, *Quum dixisset Iesus*, partim
Iohan.14. in cœnaculo, ad minus vsque ad illud, surgite eamus hinc,
& partim (vt aliqui dicunt) in via locum versus captionis.
quibusdam verò apparet, quòd omnia hæc dixerit in cœna-
E culo, quia subiungitur, *Egressus est cum discipulis suis* vnde-
cim apostolis, quibus & dixit in cœna, Vos estis qui perman-
sistis mecum in tentationibus meis. Iudas verò iam abiit,
Trans torrentem Cedron vltra flumen sic dictum. Et dicitur
Lucæ.22. torrens Cedron, id est, cedrorum ibi crescentium, currensq;
per vallem Iosaphat, inter Hierusalem & montem Oliueti
Vbi, id est, vltra quem torrentem *Erat hortus, in quem introi-
uit ipse & discipuli eius* Hortus iste fuit in villa Gethsemani,
situs ad radices montis Oliuarum. Vnde Matthæus dicit Ie-
Matth.22. sum venisse in villam Gethesmani. Lucas verò quod exiuit in
Luc.22. in montem Oliuarum: quæ omnia simul stant, quia per mon
tem istum venit ad hortum.

¶ Conuenieter autem dominus Iesus omniũ virtutum flo-
F ribus adornatus, vigore, & viriditate sapiẽtiæ atque scien-
tiæ, decoratus: cuius anima à suo vigore & viriditate nusquã
aruit, ingressus est hortum viriditatis, vbertatisque locum.
Vtinam & cor nostrum sit hortus delitiosus, virtutum scien-
Cant.5. tiarumque graminibus plenus, redolens, quasi Christi odor
2.Cor.2. bonus, in quem Christus intrare dignetur: quemadmodum
Canti.5. sponsa erat in canticis, Veniat dilectus meus in hortũ suum.
Matth.26. *Sciebat autẽ & Iudas qui tradebat* & tũc traditurus fuit *Eum*
Marc.14. vtpote Iesum *Locum istum*, videlicet hortũ, nec latuit Iudam,
Lucæ.22. quòd Iesus iam illuc fuisset profectus, cuius causa subiungi-
tur, *Quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis*,
etiam tẽpore nocturno, quoniã erat locus quietus, orationi
contemplationique aptus. Ideo apud Lucam scriptum est, ꝓ
exiuit secundum consuetudinem suam in montem Oliuarum

Ex quo

Ex quo patet, quòd Iesus tempus nocturnum in oratione, & A
actibus sanctis expendit: locumque solitarium & quietum à
ciuitate competenter distantem expetiit, non quòd indige-
ret adminiculo loci, quem nil ab actibus intellectiuæ partis
animæ potuit impedire, vel ad eorũ exercitium promouere:
quoniam iugiter fuit in eadem perfectissima mentis dispos-
tione subsistens: sed vt daret nobis exemplum sic faciendi,
quatenus à strepitu hominum elongati deum liberè & atten
te cũ cordis stabilitate precemur. ¶ Porrò, in hoc horto fecit Ibidem.
Iesus trinam orationem, factusque in agonia sudorem ema-
nauit sanguineum: vbi & angelus ei apparuit, ipsum confor-
tans. *Iudas ergo cum accepisset cohortem*, hoc est, multitudinem
militum Romanorum sub tribuno consistentium, *Et à ponti-*
ficibus id est, principibus sacerdotum. *Et pharisæis* haud du- B
bium, quin & à scribis *Ministros* qui erant Iudæi. Muniuit e- Matt.26.
nim se proditor familia vtriusque curiæ, ne quis auderet vel Mar.14.
posset defendere Iesum, Cohortem autem cum tribuno mi-
sit Pilatus præses ad instantiam Iudæorum. *Venit illuc cum la-
ternis & facibus & armis*, videlicet lignis, gladiis, & fustibus.
Erat enim profunda nox, ideo ne errarent in persona, & ne
Iesus latenter diffugeret, venerunt cum lumine. *Iesus itaque
sciens omnia quæ ventura erant super eum*, hoc est, iniurias &
tormenta sibi mox inferenda, *Processit* obuiam eis intrepi-
dus. Finita enim trina oratione, dixit discipulis, Surgite, ea-
mus, Ecce appropinquat qui me tradet. *Et dicit ad eos, Quem
quæritis?* Non quærit quasi ignorans, sed vt ostẽdat se capi, ac
mori paratum: & ex illorum responsione conuenienter re- C
spondeat, ordinateq; veniat ad sequentem effectum. *Respon-
derunt ei, Iesum Nazarenum*, Non enim cognouerunt Iesum,
quãuis lumen adesset, & ante, eum nouissent: imò nec Iudas Iohan.14.
eum cognouit, quousque placuit Christo. Quẽadmodũ enim Matth.26.
diuina virtute fecit se sæpe inuisibilem hostibus suis, quando Mar.14.
voluerunt eum præcipitare & lapidare, sic nunc fecit se eis
incognoscibilem, donec punctũ suæ captionis instaret. *Di-
cit eis Iesus, Ego sum* Iesus Nazarenus: imò & verus deus, qui
olim locutus sum Moysi, Ego sum qui sum. Hæc dices filiis
Israel, Qui est, misit me ad vos. *Stabat autem & Iudas qui tra-
debat eum cum ipsis* in acie, quia dux fuit, atque præcessit, vt Lucæ.4.
primitus accedendo & osculando, ostenderet virum quem Iohan 10.
quærebant. *Vt ergo eis dixit Iesus, Ego sum, abierunt retrorsum,* Exod.3.

H iij & ce-

D *& ceciderunt in terrã*, nec surrexerunt, nisi domino Iesu annuente. ¶ Ecce quanta est virtus Christi, qui vno verbo omnes illos ita prostrauit: quod vtique miraculose factum est diuina virtute mediante verbo quod dixit. Ego sum, quod terribiliter auribus illorum insonuit. Tanta nanque fuit vis verbi illius, quantam voluit Christus eam esse. Item mediante sui vultus apparatu, quem eis ostẽdit in timore & maiestate.
Mat. 21. Mar. 11. Luc. 19. Iohan. 11. Quemadmodum enim eiecit de templo omnes ementes, & vendentes, quoniam terruit eos egredientibus igneis radiis ex oculis eius, atque diuino quodam fulgore in eius facie radiante, sic nunc istos deiecit in terram. Et si illa eiectio secundum Orignem & Hieronymum tam mira fuit, quòd suscitatio Lazari ei vix præferatur, multo vtique mirabilior extitit ista armatorum, pugnatorum, atque scribarum tantorum
E deiectio. Meritò quoque cadebant retrorsum, qui stabant ex aduerso Christi, & vt mirabiliores apparerent, ac penitus victi, tanquã qui filio dei se opponere præsumpserunt. *Iterum Interrogauit eos, Quem quæritis, Responderunt ei, Iesum Nazarenum.* Non enim pœnituerunt viso tam insigni miraculo Christi, propriamque infirmitatem experti, quoniam obstinati erant: & quem deus contemnit, nemo corrigere potest.
Eccle. 7. *Respondit eis Iesus, Dixi vobis, quia ego sum. Si* pro quia *Ergo me quæritis* ad capiendum & occidendum, non ad contemplandum, diligendum, & perfruendum: quomodo me quærunt eiecti, *Sinite hos* discipulos meos *Abire*, Omnia hæc operatus est Christus. Primò, ad maiestatis suę declarationem.
F Secundò, ad infidelium illorum commotionem, videlicet vt suam infirmitatem, & Christi virtutem attenderent. Voluit
Mat. 26. Mar. 14. Rom. 1. enim Christus eos quantum in se erat, commonere, vnde & auriculam amputatam restituit proprio loco. Tertiò vt penitus inexcusabiles fierent persistentes in malo.

¶ Denique Christus dicendo, si me quæritis, sinite hos abire, dedit hostibus suis licentiam quandam, hoc est, non prohibitionem, sed permissionem capiendi se: non tamen dedit eis admonisionem, vel iussionem faciendi tantum piaculum. Iussit verò, vt deus, ne caperent suos discipulos, & necessario obedierunt, non valentes voluntati iubentis resistere, alias mirum esset, quòd non comprehenderunt Apostolos, maximè Petrum, qui Malchum tam grauiter vulneraueritit. Cur auten Christus iussit ne discipulos tangerent, subdit

dit Euangelista, *Vt impleretur sermo quem dixit* Iesus capi- A
tulo præcedenti, *Quos dedisti mihi* ô pater *Non perdidi* Marci. 14.
ex eis quenquam nullum electorum Apostolorum perire per- Lucæ. 22.
misi. Hoc dixerat Christus his verbis, quos dedisti mihi ego Iohan. 17.
custodiui. ¶ Possunt autem hæc verba exponi dupliciter. Primò, de corporali conseruatione, eritque sensus, Non perdidi ex eis quenquam, id est, nullum Apostolorum mecum occidi permisi, sed de manu hostiũ illos eripui. Secũdò sic, Non perdidi ex eis quenquã, id est, nullum illorum damnari permisi. Si autẽ Christus permisisset Apostolos hac vice capi, perissent, secundum Augustinum, quia infirmi erant, & ad moriendum pro Christo imparati. Nam & princeps eorum sola interrogatione concussus, ter negauit. Dilata est ergo eorũ Matt. 26.
occisio, quousque confirmati fuerunt in fide, & euangelicam B
legẽ disseminauerunt: tuncq; moriendo pro Christo non perierunt, nec perdidit eos Christus, sed ampliorem sunt cõsequti salutem. *Simon ergo Petrus habens gladiũ.* Apud Lucam Lucæ. 22.
legitur Christus dixisse Apostolis, Qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium Cui respõderunt, Domine, ecce duo gladii hic. Horum duorum gladiorum vnum detulit Petrus. Porrò gladii isti secundum quosdam fuerunt magni cultelli, quibus vti solent piscatores, alii dicunt, quòd erant gladii proprie dicti, *Eduxit eum* de vagina, *Et percussit pontificis seruum* ex magno amoris feruore, quo Iesum dilexit præ cæteris, volens vlcisci filium dei bono zelo, sed indiscreto, *Et abscidit auriculam eius dextrã.* Fortè putauit eum
C occidere, imò secundum Chrysostomum intendebat ei caput amputare. *Erat autem nomen seruo Malchus*, quem Petrus stans iuxta Iesum non magis læsisset quàm alium, nisi primo cœpisset mittere manum sacrilegam in filium dei. Hoc equidem fecit Petrus quando cœperunt comprehẽdere Christũ, qui secundum Lucam tetigit locum vulneris, & restituit au- Ibidem.
tem, atque sanauit. *Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium in-*
maginam. Christus patientiæ doctor, qui docuit, & præcepit Matth. 5
aduersarios diligi, & persequutoribus bona impendi, imple- Lucæ. 6.
uit quod docuit: per quod damnatur ira & impatientia nostra, qui nec vnum verbum durius prolatũ possumus, vel potius nolumus sustinere, & interdũ, nec contenti sumus equale damnum rependere, sed modice læsi volumus offensorem Rom. 12.
nostrum prorsus deprimere, quo cõtra dicit Apostolus, Noli

Universidad de Deusto Biblioteca

D vinci à malo, sed vince in bono malum. Et Psalm. Si reddidi
Psal. 7. (inquit) retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimi
cis meis inanis. *Calicem quem dedit mihi pater*, id est, mortem
quam pater vult me sustinere pro mundi salute, *Non vis vt
bibam illum?* id est, mortem hanc gustem, tanquam dicat, Er-
rs hoc volendo. Vnde & alio loco quum Christus passionē
suam prædixisset, cœpissetque Petrus increpare eum, dicens,
Matt. 16. Domine propitius esto tibi, nam hoc non erit. Respondit ei
Marci. 8. Iesus, Vade retro me Satana, quia non sapis ea quæ dei sunt,
sed quæ hominum. ¶ Quæritur, si pater dedit Christo hunc
calicem, quid peccauerūt Iudæi, qui eum Christo dederunt,
intulerunt & propinauerunt? Dicendum quòd pater ideo di
E citur calicem Christo dedisse, quia per eius passionem decre
uit humanū genus redimere, & quia permisit eū occidi. Vo-
lunt ergo Christum mortem patiēter & charitatiue sufferre:
non tamen voluit Iudæos tantum crimen committere, vnde
Acto. 5. nec excusantur, quia nec ea intētione Christum occiderunt,
qua pater voluit eum mori. Hinc in Actis Petrus testatur,
Deus qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati
Christum suum, impleuit sic *Cohors ergo & tribunus* princeps
cohortis, qui erant Gentiles à Pilato transmissi, *Et ministri
Iudæorum*, præsertim pontificum *Comprehenderunt Iesum*,
violentiam inferentes ei, qui non habebat peccatum.
Esaiæ. 53. ¶ Est autem & alia comprehensio Christi bona, ac spiritua-
lis per amorem & cōtemplationem, de qua dicit Apostolus,
Sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & com-
F prehensus sum. Sponsa quoque in Canticis, Apprehendam
Philipp. 3. (ait) te & ducam in domum matris meæ, *Et ligauerunt eum*
Cantic. 8. in manibus. Fertur quoq; ꝙ ferream catenā miserunt in col-
lum eius. Dixerat enim eis Iudas, Ducite eū caute, *Et addu-
xerunt eum ad Annam primum*, id est, priusquam ducerēt eum
Mat. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. ad Caypham, nā primo occurrit eis ab extra venientibus do
mus Annæ. Voluerunt ergo eum lætificare, præsentando eī
Num. 35. ligatum quem oderāt: item vt ei reuerentiam exhiberēt tan
quam affini Cayphæ, quemadmodum subditur. *Erat autem
socer* ipse Annæ *Cayphæ*, quia habuit filiam Annæ, *Qui
Cayphas. Erat pontifex anni illius.* Quanuis enim secundum
legem debuit esse vnus summus sacerdos vsq; ad finem vitæ
suæ, cui succederet filius eius, iam tamē per ambitionem Iu-
dæorum, quolibet penè anno mutabantur pontifices. Annas
verò

verò & Cayphas tāquā pecuniosiores, frequētius præsidebāt A
vicibus alternaris. *Erat autē Cayphas qui consilium dederat Iu-
dæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo.* Hoc dictum
est supra. Hoc ideo puto repetere Euangelistā, vt Christi oc Iohan. 11.
cisionē retorqueat maximè in principes sacerdotum: qui se-
cundum Augustinū, voluerunt quasi immunes videri à mor-
te Christi: propter quod in Actis Aposto. dixerunt Apostolis, Acto. 4.
Implestis Hierusalem doctrina vestra, & vultis super nos
inducere sanguinem hominis istius. *Sequebatur autem Iesum
Simon Petrus, & alius discipulus*, qui communiter fertur fuisse
Iohannes. Sed si ita est, cur more solito non adiecit, quem di
ligebat Iesus? Forsitan ideo, quia nunc recitat factum, in quo
infideliter egit. Primò, fugiendo à Christo, deinde à longe
sequendo: propterea reputat se indignū solito titulo, Hi er- B
go præ cæteris sequuti sunt Christū, quia in eius amore ma-
gis arserunt, cōcupieruntq; videre quē exitum res ipsa habe-
ret. Quanuis itaq; primo cum aliis Apostolis aufugissent, ta- Matt. 26.
men assumpta quadā fiducia, rursus sequuti sunt Iesum. Mar- Lucæ. 22.
cus Euangelista de sequela Petri nil refert, sed ait quòd ado Marc. 14.
lescēs quidam amictus sindone sequutus sit Christum, quem
adolescentem aliqui asserunt fuisse Iohānem, quāuis postea
de solo Petro dicat quòd à longe sequutus sit eum. *Discipu- Matt. 26.
lus autem ille erat notus pontifici.* Causam notitiæ diuersi diuer Marci. 14.
simode tradūt. Quidam quòd frequenter portauit pisces ad Lucæ. 22.
domum Annæ, alii quòd propter nobilitatem suæ prosapiæ
fuerat ei notus, quia de tribu Iuda, & semine Dauid, *Et in-
troiuit cum Iesu in atriū pontificis*, Annam vocat pōtificem, nō C
quia tunc erat, sed quoniam & ante, & postea fuit, *Petrus au-
tem stabat ad ostium* atrii *Foris* non audens, vel non permis-
sus intrare *Exiuit Ergo ille alius discipulus qui erat notus pōtifi-
ci, & dixit ostiariæ* rogans eam, vt intromitteret Petrū, *Et in-
troduxit Petrum* annuente precibus suis ostiaria. Discipulus
iste, quando intrauit cum aliis, putauit quòd Petrus sequere-
tur, quem quum videret deesse, egressus est vt introduceret
eum, *Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipu-
lis es hominis istius?* Hoc mulier suspicabatur, quoniam vi-
dit Petrum timide introeuntem: & forte ex dispositione ha
bitus sui notauit, quòd esset de consortio Iesu. Videtur au-
tem hæc mulier quasi compassiue loquuta, dicēdo hominis
istius quod nihilominus intelligi potest, quasi despectiuè di-
ctum,

D ctum, *Dixit ille, Non sum* in quo patet infirmitas Petri, & ve-
Iohan. 13. rũ esse quod dixerat Christus, sine me nihil potestis facere.
Mat. 26. Vbi enim ô Petre, vbi iam verba tua, quæ pauloante tam se-
Lucæ. 22. cure dixist, Quare non possum te sequi modo? Animam meã
pro te ponam. Et si omnes scãdalizati fuerint, ego nunquam
scãdalizabor. Itemque, paratus sum tecum, & in mortẽ, & in
carcerẽ ire, & ecce vna voce ancillæ deiectus es? Nemo ergo
se iactet, nullus præsumat, nullus propriis viribus innitatur.
Stabant autem serui & ministri. Hoc forsitan dicit, quia
& quidam de seruis tribuni affuerunt, & forte cum seruis Iu-
dæorum steterunt, *Ad prunas, quia frigus erat* quemadmo-
dum sæpe est vernali in æquinoctio, *Et calefaciebant se* quia
post mediam noctem tempus est magis frigidum. *Erat au-*
E *tem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se* cui interior ignis
sanctæ dilectionis extinguebatur. Stetit autem inter mini-
stros, quasi audacter, ne notaretur. *Pontifex ergo interroga-*
uit Iesum de discipulis suis Cur vel quomodo eos collegisset,
& vbi iam mãsissent, qui & quales essent, *Et de doctrina eius,*
examinauit itaque Annas Iesum de duobus, videlicet de di-
scipulis suis, ac documentis, vt aliquid calumniæ inueniret
in Christi responsis. Quærebat igitur Iesum quid docuisset.
Respondit Iesus, Ego palam loquutus sum mundo. Ad primam
quæstionem nihil respondit, quia discipuli eius laude pro
nunc digni non erant: ad secundam verò respondet, ego pa-
lam, id est, in locis publicis voce expressa, in communi au-
F dientia loquutus sum mundo, videlicet bonis & malis, do-
ctis, atque indoctis. Non tamen loquebatur CHRISTVS
semper palam, id est, planè ad intelligendum turbis, quem-
admodum ait discipulis. Vobis datum est nosse mysterium
regni dei, cæteris autem in parabolis, omnia fiunt, vt viden-
Mat. 13. tes non videant, & audientes non intelligant, *Ego semper*
Marci. 4. *docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.* His
Lucæ. 8. videtur contrarium quòd secundum alios Euangelistas Chri-
Esaiẽ. 44. stus frequenter docuit alibi quàm in synagoga & tẽplo, pu-
Mat. 24. ta in monte, in naui, in via, in domo Marthæ, aliisque locis
Marci. 6. diuersis. Et respondendum, quòd per synagogam intellige-
Lucæ. 24. re possumus congregationẽ Iudæorum. Christus autem ra-
Iohan. 11. ro vel nunquam legitur docuisse aliquẽ solum priuate, quan-
Iohan 4. uis interdum hoc fecerit, vt quando loquutus est mulieri Sa-
maritanæ ad puteum. Dum ergo prædicauit discipulis, do-

t in synagoga. Secundò, nomine synagogæ intelligi po- A
si quælibet domus Iudæorũ, ordinata ad cultum diuinum,
ui ad sacrificia, in qua conuenerunt ad orandum, ac audi-
dum lectionem legis & prophetarum. Et quanuis non ha
erunt nisi vnum templum, in quo licuit sacrificia immola-
, habuerunt tamen in singulis vrbibus synagogas, in qui-
s legitur Christus frequenter prædicasse. Sit igitur sensus.
go semper, tẽporibus aptis, quomodo alibi dicitur, Opor- Lucæ. 18.
semper orare, id est, omni tẽpore deputato, vel debito, 1. Thes. 5.
cui, loquẽdo de prædicationibus magis solẽnibus & pro-
ctis, in synagoga, id est, materiali vel congregatione po-
, & in templo Hierusalem, quò omnes Iudæi cõueniunt,
tis temporibus secundum legẽ, *Et in occulto loquutus sum* Marc. 14.
d, Quomodo verum est hoc cum apud Marcum dicatur, B
m esset in domo singularis, interrogauerunt eum discipu
Dicendum, ꝙ sensus verborũ est iste, In occulto, id est, su-
ratorie, seu latenter, animo occultandi, quasi non audens
atere, & à cõmunitate audiri, loquutus sum. i. prædicaui
il. Hinc enim dicit apostolis, Quæ dico vobis in tenebris, Lucæ. 14.
te in lumine: & quę auditis in aure, predicate supertecta. Mat. 10.
Sed his rursus obuiare videtur, quod apud Esaiã de Chri- Esaiæ. 42.
prædictũ est, Non clamabit, nec audietur foris vox eius. Ephe. 14.
spondendum, quòd verbis illis aufertur à Christo in ordi
a eleuatio vocis, & vana ad plebẽ vociferatio, de quo cla
re ait Apostolus, Omnis ira, & indignatio, & clamor tol-
ur à vobis. Fuit ergo sermocinatio Christi modesta, nõ ex
petu passionis clamorosa. His verbis Christus ostendit ve C
i esse suam doctrinã. Suspecta nanq; & falsa documenta, Iohan. 3.
dicãtur in angulis atq; latibulis, vnde supra dictũ est, O-
is qui male agit, odit lucẽ, & non venit ad lucem ne mani
entur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lu
, vt manifestẽtur opera eius, quia in deo facta sunt. *Quid*
interrogas? animo reprehendendi, non proficiendi, cui
credis. *Interroga eos qui audierunt quid loquutus sum ipsis,*
si dicat, Illorum testimonio volo stare, quod non faciunt
uctores, sed negant in manifesto, præsertim coram iudici
quod prædicãt in secreto. *Ecce hi sciunt quæ dixerim ego,*
ideo debes ab eis inquirere, quia plus credis eis, quàm mi-
. Non erat hic Annas dignus veritatem prædicatam ab o-
Christi audire, quoniam ad calumniandum quæsiuit. Hæc
quum

D *quum dixisset Iesus Vnus assistens ministrorum*, pontificis, volens placere domino suo, *Dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici?* id est, quomodo audes tam præsumptuose & reprehensiue respondere tanto patri, ac principi, non præmittendo verba reuerẽtiæ. Videtur huic facinorosissimo seruo, quòd Christus nimis audacter respondisset summo sacerdoti, eumque de imperita interrogatione reprehendisset. *Respondit Iesus, Si male loquutus sum* i. falsè & indiscrete. Quandoque enim aliquis loquitur malè, nec loquens malũ, aut falsum, sed verum & bonum: quia quod bonum & verum est, non loquitur cum debitis circumstantiis actus virtutũ, *Testimonium perhibe de malo*, id est, ostende in quo male dixi. *Si autem bene*, id est, prudenter & iustè respondi, *Quid me cadis?* quasi temerarium, quum pœna infligatur pro culpa. Ex hoc patet, quia quod alibi docet Saluator, Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei alteram, intelligendum sit secundum animi præparationem, quando videlicet expedit vel oportet ad dei honorem, vel proximorum ædificationem, aliam piam causam, non secundum operis exhibitionem, nisi p 10 tempore, loco, & causa.

E Matt. 5. Lucæ. 6.

¶ Prosequutio huius Cap. XVIII.
Et misit eum Annas ligatum ad Caypham pontificem.

ARTICVLVS XLIIII.

F Postquam Iohannes narrauit quod alii Euangelistæ omiserunt videlicet quid passus sit Iesus in domo Annę, procedit ad ea, quę alii quoque descripserunt: quæ pro magna parte omittit Iohannes, tanquam sufficienter recitata per illos. Et *misit eum*, scilicet Iesum *Annas ligatum ad Caypham pontificem*. Præsentatus enim fuit Christus Annæ ligatus, vnde & Annas iudicans eum vinculis dignum, misit eum sic ad Caypham, tanquam ad principalem, in cuius domo erãt collecti sacerdotes, scribæ, ac pharisæi, & seniores, vt Christus à Caypha in audientia talium examinaretur. *Erat autem Petrus stans, & calefaciens se.* Secundũ Augustinum & eius imitatores, qui dicunt trinam negationem Petri in domo Annę completam, Euangelista nunc redit ad describendum, quod cœpit

pit narrare de Petri negatione propter quod verba pauinte inducta resumit, dicendo, Erat autẽ Petrus. Alij dicũt A
nam negationem Petri factam in domo Cayphę & per an
negationem esse intelligenda, quę scribit Iohãnes de nega-
ne præfata: quorum assertioni videntur alij tres Euangeli
fauere, qui nihil scribunt de perductione Christi ad An-
, sed quòd Petrus secutus sit Christum, vsque in atrium
yphæ, & ibi ter Christum negauerit, Quidam verò affir-
nt, quòd Petrus negauit semel in domo Annæ, bisq; in ha
culo Cayphæ: & ita quòd nunc ait Euangelista, referen
n esset ad stationem Petri in domo Cayphæ. *Dixerunt er* Mat.26.
i ministri qui stabant ad ignem. *Nunquid, & tu discipu-* Marci.14.
eius es? huius videlicet deceptoris, quod coniiciebãt for-
ex dispositione, ac habitu Petri, & quia cum verecundia, ti B
re & compassione sedebat. *Negauit ille & dixit, Non sum.*
rist' prædixit Petro, quòd ter negaturus se esset, nũc au-
n asserit Euãgelista, quòd Petrus negauerit se esse discipu
n Iesu, sed hoc negando negauit & Christum. *Dixit vnus*
seruis pontificis, cognatus cuius abscidit Petrus auriculã, Nõne
vidi in horto, quo cepimus Iesum *Cum illo?* quasi dicat, Fa-
liter te cognosco, quoniam recolo quòd vidi te in horto
n illo. *Iterum ergo negauit Petrus* Postremò quomodo in
scriptione negationis Petri differant inter se Euãgelistæ,
ti super Matthæum, idcirco nunc pertrãseo. *Et statim gal* Mat.26.
cantauit secunda vice, quia secundum Marcum Christus
dixerat Petro, In hac nocte antequam gallus bis vocem Marci.14.
lerit, ter me es negaturus. *Adducunt ergo* Iudæi *Iesum à* C
ypha in prætorium. Prætoriũ appellatur sedes, vel domus
qua residebant ad discernendas populi causas ipsi præto-
, qui dicũtur quasi præceptores, quia pręcepta dabãt sub-
is Hoc loco multa omittit Iohannes, quæ alij Euangeli-
scripserunt: videlicet quomodo Cayphas Christũ discus-
blasphemum, morteque dignum iudicauit. *Erat autem ma* Matt.26.
Nam hora prima dominum Iesum ducebant ad Pilatum. Mar.14.
auiditate enim suæ occisionis, tam mane obtulerunt eũ Lucæ.22.
ato vinctum: quoniam cõsuetudo eis fuit illos offerri pręi vinctos, quos iudicabant morti obnoxios, *Et ipsi non in-*
erunt in prætorium præsidis, *Vt non contaminarentur* ingre
ndo domum viri gentilis contra legem, fierentq; immũ-
ad edendum cibũ paschalem: de quo subiicitur, *Sed man-*
duca-

D *ducarent pascha*, id est, azimos panes non agnum paschalem, qui in vespere præcedētis diei fuit comestus. ¶ Græci verò putantes hoc loco per pascha intelligi agnum paschalem, dicunt quòd Iesus passus sit feria quinta, in qua agnus typicus offerebatur, vt sit figuratum, seu veritas correspondēs figuræ etiam quantum ad tempus. Sed hoc est manifeste cōtra
Mat.23. alios Euangelistas, quemadmodum super Matthæum plenius declaraui. Ecce hypocritæ isti excolentes culicem, & camelum glutientes, timentes paruum peccatū, non maximum: formidantes maculari ingrediendo domum pagani, & non verentes effundere sanguinem Christi. *Exiuit ergo Pilatus ad eos foras*, in hoc cedens obseruationi eorum, *Et dixit*
E *Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc* tanquā dicat præsentatis mihi istum vinctum quasi morte dignū, quid ergo obiicitis ei? Pilatus quippe à rege Romanorum iudex Iudææ constitutus: voluit Romanorum legem seruare: quibus consuetudo non erat quemquam damnare, nisi presentes haberet accusatores, locumque defendendi acciperet ad
Acto.25. abluenda crimina: vt habetur in Actis Apostolorum, *Re-*
Mat.27. *sponderunt, Si non esset hic malefactor* id est, enormis trāsgres-
Mar.15. sor morti obnoxius, *Non tibi tradissemus eum*, ita ligatum
Lucæ.23. vt morti adiudicetur, quasi dicerent. Tales & tanti sumus, & suspicari non decet, velle nos innocentem morti exponere. *Dicit ergo eis Pilatus, accipite eum vos, & secundū legem vestram iudicate eum* damnando eum ad mortem, si secūdum legem
F vestram id meruit: vel dimittēdo, seu minori pœna torquēdo, si mortem non promeruit, iuxta legē: quasi dicat, Si tantæ authoritatis atq; iustitiæ estis vt nudis verbis vestris credendum sit, ergo iuste iudicate eū, & nolite me in tali negotio prægrauare. *Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam.* Quidam dicunt quòd Iudæi hoc verè dixe-
Iohan.10. runt, eo quòd Romani abstulerūt eis Iudiciū sanguinis, quā-
Lucæ.4. uis mimora indicia reliquerint eis. Sed huic dicto obuiare vi-
Acto.7. derunt, quod Iudei paulo ante frequenter tentauerūt occide-
Acto.5. re Christum, lapidando, aut præcipitando: eodem quoq; an-
Acto.4. no occiderunt Stephanum. Denique vt habetur in actis Apostolorum, Pricipes sacerdotum cogitauerunt interficere ipsos Apostolos, quādo Gamaliel eos conpescuit, imò Iudæi lapidauerunt Paulū, putantes quòd mortuus esset, Probabilior ergo videtur assertio dicentiū, videlicet quòd nō licui

Iudæis interficere quenquam in festiuitate paschali, ne sanguinis effusione tantæ solennitatis sanctitatem fœdarēt. Vel A
potius opinandū est cum Augustino, quòd callide hoc dixe-
runt, quatenus Christo à iudice reprobato, ipsi viderētur im Iohan. 12.
munes *vt sermo Iesu impleretur quē dixit, significans qua mor-* Mat.15.
te esset moriturus. id est, ob hoc concomitanter Iudæi renue- Mar.9.
runt propria authoritate occidere Christum, atque dixerūt, Lucæ.19.
Nobis non licet interficere quenquam vt verbū Christi, quo prædixit, qualiter & à quib⁹ occideretur, sortiretur effectū. Dixit enim Apostostolis Ecce ascendim⁹ Hierusalē, & filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis, & tradēt eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigēdum: quibus verbis significauit se à gētibus exequutiue in-
terficiendum. *Introiuit ergo iterum in prætoriū Pilatus & voca-* B
uit Iesum Iudæi enim cum clamore, & strepitu magno insta- Mat.27.
bant, vt Iesum damnarent: idcirco Pilatus non potēs Iesum Mar.15.
examinare in tante tumultu, introiuit locum secretū in propria domo, puta prætorium, vt ibi quiete & diligēter inquireret facta Iesu, *Dixit ei, Tu es rex Iudæorum*, vt dicunt te dixisse. i. Est ne verum quod tibi obiiciūt, scilicet quòd dixeris te regem Iudæorum? Hoc nāq; imposuerunt Christo Iudei, imò & duo alia, iuxta illud Lucæ, Cœperūt illum accusare, dicētes, Hunc inuenimus subuertentē gentem nostra, & p- Luc 23.
hibentē tributa dari Cæsari, & dicentē se Christū regē esse. Pilatus autē duo prima non aduertit, quia cū esset gētilis, nō curauit, quomodo Iesus doceret Iudēos: secūdū quoq; agnoscit falsum, quia percepit Christum dixisse, Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Tertiū verò, videbatur C
Imperatori Romanorū cōtrarium qui præcepit, ne quis sine suo consensu appellaret se regē, vt dicitur. specialiter autē di-
citur Imperator abstulisse Iudæis regiū nomē, propter eorū Mat.22.
superbiam, atque frequentem rebellionem. Hinc ergo Pi- Mar.12.
latus, solicite sciscitabatur, an esset rex Iudæorū. *Respōdit Ie-* Lucæ.20.
sus, A te metipso hoc dicis, videlicet, q̄ sim rex Iudæorum, *An alii tibi dixerunt de me?* Nō ex ignorātia quęrit hoc Christus, sed vt hac occasione responsionis Pilati aliquid dicat saluberiter ad nostrā īstructionē, pficuū. *Respōdit Pilat⁹, Nūquid ego Iudæus sum?* tanquā dicat. A meipso ista nō quero, quia Iudæus nō sum, vnde nec curo de questionibus legis eorum: nec ista cōcipio ex me, quasi peritus in lege illorū. *Gens tua*

D videlicet populus iste Iudaicus, de quorũ numero atq; progenie es, Et *pontifices tui tradiderunt te mihi* Ex quo apparet quòd aliquid magnum sit in causa, eo quòd tui tradũt te alieno ad condemnandum. *Quid fecisti?* quasi dicat, Verba illorũ, & quid tibi opponunt audiui, sed eis nõ credo, sciens partim falsa esse que asserunt, & item quòd per inuidiam tradiderunt te mihi: ideo tu ipse dic veritatem, paratus sum credere tibi, ppter ea quæ audiui de te, vtpote quod tanta mirabilia perpetrasti, *Respondi Iesus*, *Regnum meum non est de hoc mundo*, id est, mundiale, terrenum, & tẽporale, sed cœleste, ac spirituale: per quod Christ⁹ satisfecit Pilato zelante pro Cæsare. Per hoc enim quòd Christus non quæsiuit dominationem terrenam & temporalem, patet quòd nõ derogauit imperatori, qui tunc mundi monarchiam tenebat.

E

¶ Sed potest quis dicere, regnũ Christi est ecclesia militãs, degens in seculo isto. Quomodo ergo regnũ eius nõ est de hoc mundo? Rursus, Christus est princeps regum terræ, vt dicitur in Apocalipsi, ergo & omnium terrenorum regnorum. Iterum dictum est supra, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius, Itemq;, Dedistis ei potestatẽ omnis carnis, ex quibus sequitur, quòd omnia regna mundi huius sint eius. Regna autem mundi sunt de mundo. Dicendum, quòd siue per regnũ intelligatur principatus, seu gubernatio regis siue subiecti illius: verum est quod regnum Christi non est de hoc mundo, id est, tale quale est regnum mũdi huius, vel pertinens ad mundanorum sortem regnorum, Gubernatio enim mundana est cum pompa, & gloria, cum diuitiis atque delitiis, vel saltem cũ familia multa, & magnificẽtia eorum, quæ ad mundum respiciunt: similiter subditi mundanorum regnũ secularibus occupantur negotiis, & in exterioribus subiiciuntur regibus suis. Porrò, gubernatio Christi est interna, per fidem, charitatem, seu gratiã in cordib⁹ electorum suorum: de quibus dixit supra, De mundo nõ, sunt, sicut Et ego non sum de mundo, intelligẽdo per mundum homines terrenos, carnales, mũdanos. Christus quoq; in paupertate & humilitate, in afflictione, & aduersitate præfuit suis, qui potius sunt cœlestes, quàm mundiales, dicẽte Apostolo, Nostra cõuersatio in cœlis est. Et, Qui in carne sunt placere deo non possunt. *Si ex hoc mundo esset regnum meum* id est, mundanum & tẽporale, cõsistens in exterioribus, & dominatione

Apoc. 1.
Iohan. 3.
Iohã. 17.

Zacha. 9.
Mat. 11.
Philip. 3.
Rom. 8.

natione terrena, ac virtute armorũ, *Ministri vtique mei*, quos tunc haberem, sed modo nõ habeo, vtpote homines seculares similes satellitibus, atque militibus regum mundanorum: vel ministri mei, quos nunc habeo, videlicet angeli sancti, cæteriq̃ue credentes, *Decertarent* id est, pugnarent prome, *Vt non traderer Iudæis*. Tales etenim reges nolunt optimi, capi, aut hostibus subiici: subditi quoque eorum vsque ad mortem pugnant pro eis *Nũc autem regnum meum nõ est hinc*, id est, de hoc mundo, vt patuit. Primus enim Christi aduentus promissus, prænunciatusq; fuit in paupertate, abiectione & humilitate, vt patereẽ pro mundi salute. Secundus verò, erit in maiestate, & gloria vt iudicet mundum, & omnes aduersarios suos deiiciat & condẽnet. Ex quo elucescit cæcitas Iudæorum præstolantium primum Christi aduẽtũ in tanta maiestate & gloria, quòd omnia mũdi regna ipsis subiiciet, mundiq̃ue monarcha consistet, non attendẽtes quòd Hieremias, Christũ alloquẽs prophetauit, Quare quasi colonus venturus est in terra, & sicut viator declinãs ad manendum. *Dixit ei itaque Pilatus*, *Ergo rex es tu*. Pilatus audita Christi respõsione, notauit quòd admisit se esse regem, quanuis nõ terrenum, ideo solicite inquisiuit de huiusmodi regno, quod secundũ verba Christi non pertinuit ad Iudeos *Respondit Iesus Tu dicis quia rex sum ego*. i. veritatem quamà me interrogas, tu ipse ,pfers, quia verè sic est, quòd rex sum Quanuis enim interrogatio interrogatiue proposita nõ sit vera, nec falsa, tamen hoc ipsum quod significat est verũ, vel falsum, si simpliciter proferatur, videlicet assertiue, vel negatiue: sicq̃ue verbum pilati quo dixit, Ergo rex es tu, verũ fuit simpliciter sumptum, seu assertiue prolatum Christus autem talem habuit modum respondendi. Nam quum Iudas dixisset, Nũnquid ego sum domine? Respondit, Tu dixisti. ¶ Porro, quòd Christus sit rex vtriusq; testamenti, testãtur scriptũ. Scriptum est enim de eo apud Hieremiam, Regnabit rex & sapiens erit. Zacharias quoq; ait, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Item Lucas, Regnabit (inquit) in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Iohãnes quoq; in Apocalypsi, Agnus dominus dominorum est, & rex regum: de cuius regno q̃ non est hinc, contestatur Apostolus, Cum tradiderit regnũ deo & patri. *Ego in hoc* i propter hoc *Natus sum* tẽporali natiuitate ex virgine. De æterna quippe gene-

A

Zacha. 9.
Mat. 15.
Lucæ. 21.
Esa. 50.

B

Hier. 14.

Mat. 26.

C

Hier. 23.
Zacha. 9.
Lucæ. 1.

Apoc. 17.
Apoc. 19.
1. Cor. 15.

D ratione modo non loquitur, Et *ad hoc venit in mũdum* per in-
carnationis mysterium, non per diuinitatis mutationem, vel
descensum loqualem, *Vt testimonium perhibeã veritati* id est,
vera affirmem, veritatem prædicem, falsa reprobem, iniusta
condemnem Venit enim filius dei, vt dissoluat opera diabo
1.Iaco.3. li. ¶ Perhibuit autem Christus testimonium veritati doctri
Iohan.7. næ, euangelicam legem docendo, veritati iustitiæ opera Iu
dæorum redarguendo: prout supra dixit: Me odit mundus,
quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala
sunt veritati quoque vitę, quia quod docuit, adimpleuit. De-
nique testimonium perhibuit veritati, vtpote sibimetipsi, vt
Iohan.8. dictum est supra, Ego sum qui testimoniũ perhibeo de me-
Iohã.14. ipso. Ipse autẽ est via, veritatas, & vita. *Omnis qui est ex veri-*
E *tate* æterna & increata, non solũ per creationem vt omnia,
sed per prædestinationem, & imitationem, hoc est, quæ per-
tinet ad deum, quasi electus ab eo, & filius eius per adoptio-
nem, *Audit vocem meam* id est doctrinæ meæ, tandem ali-
quando atque finaliter antequã hinc recedat credit, & ac-
quiescit & tales sunt regnum meum, hoc est, quod alibi scri-
ptum est, Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos nõ
Iohã.8. auditis, quia ex deo non estis *Dicit ei Pilatus, Quid est veritas?*
Pilatus quia iudex erat, audito nomine veritatis, scisciatur
quid sit veritas, quæ maxime respicit iudices, quorum inter-
est vera, ac falsa discernere. ¶ Possunt autem verba Pilati
dupliciter accipi. Primo, vt intelligatur quæsisse in commu-
F ni diffinitionem veritatis. Secundò, vt intelligatur specialiter
interrogasse, quid sit veritas: de qua audiuit à Christo,
Omnis qui natus est ex veritate, ex quibus verbis pensauit
quod veritas esset, quoddam principiũ hominũ. Et *quum di-
xisset, iterum exiuit ad Iudæos.* Non expectauit Christi respõ-
sionem, præ nimio desiderio liberandi, & excusandi eũ, Iam
enim percepit innocentiã Christi, & forte sic festinauit, quia
repente occurrit memorię eius, modus eripiendi Christũ de
Matt.27. manibus Iudæorum, qui modus subiungitur, Et *dixit eis, Ego*
Mar.15. *nullã in eo inuenio causam* mortis diligenti, ac debita inquisi-
Lucæ.23. tione præmissa. *Est autem consuetudo vobis, vt vnum* reum Di
mittam vobis id est, ad vestrum honorem, atque instantiam,
In pascha id est, in festiuitate paschali. Hanc consuetudinẽ
habuerunt Iudæi non ex legis præcepto, sed ex prędecesso-
ribus suis, qui & hoc impetrauerunt ab Imperatore, vt iudex
ab

ab illo constitutus in Hierusalem, & Iudæa, dimitteret eis A
vnum vinctum in pascha quemcunque petissent, in recorda-
tionem liberationis patrum suorum de seruitute Pharaõ-
nis, quæ liberatio fuit in pascha. *Vultis ergo dimittam vobis re
gem Iudæorum?* Pilatus Romano Imperatori obediens, vocat
Iesum regem Iudæorum derisorie, & iocose. Non enim as- Exod.12.
sertiue dixit eum regem Iudæorum, quia Imperator prohi- Matth.27.
buit aliquem sine suo consensu Iudæorum regem vocari: & Mar.15.
quia audiuit à Christo, Regnum meum non est de hoc mun Lucæ.23.
do: sed idcirco sic loquitur, vt ostendat quàm vana, & friuo-
la fuerat Iudæorum obiectio, qui hoc Christo imponebant,
quòd dixit se regem Iudæorum. quasi dicat, Qualem appa-
rentiam habet hoc, quòd iste pauper dixerit se regem Iudęo
rum, quantum ad regimen, de quo imperatori, & mihi est cu
ra. *Clamauerunt ergo rursum omnes* Iudæi aduersarij saluato- B
ris, non tamen omnes simpliciter. Aliqui etenim aderant a-
mici Christi, videlicet Nicodemus, Ioseph, &c. dicentes Nõ
hunc, sed Barrabam nobis dimitte, *Erat autem Barrabas latro,*
qui (vt Lucas refert) propter seditionem factã in ciuitate, &
homicidium missus fuit in carcerem. Hunc locum ponit Io-
hannes truncate, sciens quòd alij Euangelistæ eum descrip-
serunt plenius, ¶ Aduertendum ergo, quòd Pilatus ex cor-
de cupiens Iesum eripere, excogitauit industriose, propo-
suitq; Iudæis duos, quorum alterũ eligerent sibi dimitti, &
ne alium magis quàm Iesum peterent sibi dimitti, proposuit
Iesum & Barrabã latronem seditiosum, & homicidam, arbi- C
trans quòd nequaquã tam sceleratum, ac odiosum eligerent. Ephes.5.
Pontifices verò, & Pharisæi persuaserunt populo, vt eligę-
rent Barrabam, & Iesum crucifigi deposcerent, quod & fe-
cerunt. Vnde & merito venit super Iudæos ira dei vsque in
finem, quia latronem præposuerunt filio dei.

¶ Declaratio Capitis. XIX.
Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum.

ARTICVLVS XLV.

O Mittit Enangelistarum vnus quædam quæ alij de- Luc.23.
scripserunt. Iohannes itaque hoc loco omittit quod
recitat Lucas: quomodo scilicet Pilatus misit Iesum

D ad Herodem, qui cùm Iesum alba veste indutum, spretũ, illusum remisisset, ipse Pilatus instabat quomodo Iesum eriperet. Cumque Iudæorum furore pensato, considerasset, quòd non posset Iesum omnino immunem dimittere cum pace illorum, cogitauit eum castigare ad satisfaciendum illorum furori, nõ vt Christum persequeretur, quem nouerat innocentem, sed vt cæsum dimitteret. Fecit ergo quod subditur. *Tũc ergo* dum vidit se verbis nihil proficere, sed Iudæos latronem præ Christo eligere. *Apprehendit Pilatus Iesum, & flegellauit* eũ, id est, per suos seruos fecit expoliari vestibus, alligari colũnæ, flagellis crudeliter percuti, quod erat tenerrimo, naturalissimo, ac nobilissimo corpori Christi inestimabiliter pœnale. ¶ Nos quoque iugiter recordemur, quę & quanta, pro
E nobis sustinuit agnus sine macula: eiusq; exemplo discamus libenter ferre aduersa, pro eius amore omnia dura, ac aspera affectuose toleremus corrigamus quoq; & castigemus nosipsos, meditemur quàm erubescibile fuit in regia ciuitate, in die solenni, in tot milium præsentia, in aduersariorũ conspectu, sic nudari, ligari, ac flagellari, & cætera quæ subsequuntur sufferre: sicque discamus contemnere omnem humanum honorem, & esse parati ad contumelias, irrisiones, confusiones pro Christo. *Et milites* (præsidis) *plectentes coronam de spi-*
Matt. 27. *nis*, id est, iuncis marinis longis, acutis, & valde pũctiuis, im-
Mar. 15. posuerũt capiti eius cum illusione, quia dixit se regem, *Et ve-*
Lucæ 23. *ste purpurea circundederunt*, i. vestiebant *Eum*, Matthæus vo-
Matt. 27. cat chlamydem coccineam, & forte fuit aliquid rubeum simile purpuræ, *Et veniebant ad eum & dicebant* (irridendo) *Aue*
F *rex Iudæorum*, quasi dicerent, O miser & stulte, qui te iactasti esse regem Iudæorũ, propter hoc meruisti has pœnas, *Et dabant ei alapas*, quemadmodum Sybilla legitur prædixisse,
Iohan. 16. Dabunt deo alapas manibus incæstis. Et in Iob, Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes percusserunt maxillam meã, satiati sunt pœnis meis. Denique milites hæc fecerunt cõgregata, ac præsente vniuersa cohorte secundum Matthæum ponentesque genua sua adorauerunt eum, & surgentes cõspue-
Matth. 27. runt vultum ipsius, percutiebãt quoque caput eius benedictũ arundine. ¶ Hæc omnia intentissimam exigunt meditationem, cruciformem imitationem, amoris inflammationem, itemq; perennem gratiarũ actionem. Ille coronatus est spinis vt nos coronemur corona de lapide precioso, danda electis

tis in patria: iuxta quod scriptũ est, Accipiẽt regnũ decoris, A
& diadema speciei de manu domini. Ille purpureo indumento pro illusione indui nõ negauit, vt nos vestibus gloriæ, du- Psal 20.
plici stola vestiamur. Vnde per Esaiam inducitur, Induit me Sapien. 3.
vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. In Esa. 61.
Prouerbiis quoq;, Omnes domestici eius vestiti duplicibus. Denique tantas illusiones, consputationes, contemptus sustinuit, vt ab illusione diaboli, à confusione ęterna, à vilificatione perpetua liberemur. *Exiuit iterum foras*, de prætorio ad Iudæos stantes ante domum suam, *Pilatus, & dixit eis, Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis, quia nullam in eo causam inuenio*, propter quam occidi meruerit. quasi dicat, Educo eũ castigatum, si forte in verbis offendit: ex quo potestis attendere, quòd nullam causam mortis in ipso comperio: quasi sic, B
non flagellassem eum, sed morti mox adiudicassem, *Exiuit ergo Iesus portans* (in capite) *spineã coronam* capiti sacratissimo dire infixam. *Et purpureum vestimentum.* ¶ O quantus dolor apprehendit, & penetrauit cor maternum dulcissimæ, ac virgineæ matris, quum filium suum vnicum atque clarissimum, quem plus amauit quàm seipsam, sic vidit egredientem taliter cruentatum in vultu: sic crudelissimè contrectatum, tam mirabiliter apparentem Non recedat à memoria nostra dispositio domini Iesu taliter egredientis. Tunc vtique Esa. 53.
speciosus forma præ filiis hominum visus est, nõ habens speciem, neque decorem, quum vultus eius clarissimus, sputo, & sanguine fuit persus. ¶ Obsecro te domine Iesu rex Christe, vt huius tuæ apparitionis merito, detur mihi nunc gratia C
taliter cõuersandi, vt post vitæ præsentis incolatum tibi pręsenter sine omni labe peccati, ornatus splendore virtutũ, ne tuo tribunali oblatus confundar, *Et dixit*, Pilatus, *Eis*, puta Iudæis. *Ecce homo* qui dixit se regem, id est, cernitis nunc, quàm dire, & supersufficienter correptus sit, quàm miserabilis appareat: ita vt merito contentari & compati debeatis, nõ grauiorem vindictam expetere. Hac nempe de causa eduxit Pilatus Iesum, tam lamentabiliter sauciatum, vt ad compassionem emollirentur corda Iudęorum, cessarentque persequi innocentem. *Quum ergo vidissent eum pontifices, & ministri* fautores eorum speciales, *Clamauerunt, dicentes, Crucifige, crucifige eum.* In quo patet, quàm lapidea, sæua, & inuidissima erant illorum corda, qui homini innocenti sic læso, &

Universidad de Deusto Biblioteca

D deformato, quòd adamantiua pectora in eius compassione non potuerunt mollescere, nequaquam compassi sunt, sed voce repetita præ nimio desiderio clamabant, Crucifige, crucifige, quasi illa tormenta insufficientia fuerint. Et ô beatissima genitrix dulcis Maria, quàm pœnalissimum erat benignissimæ animæ tuæ audire verbum illud crudelissimum, atq; asperrimũ Tunc verè impletum est quod Psalmista prædixit, Exacuerunt vt gladium linguas suas. Et denuo, Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus, *Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim nõ inuenio in eo causam* necis seu crucifixionis. Illi qui dicunt Iudæos verè dixisse Pilato, Nobis non licet interficere quenquam, quasi omnino ablatum fuerit eis iudicium sanguinis, dicunt quòd Pilatus ista respondit ex indignatione, & irrisoriè, quasi dicat, Si audetis vel potestis, occidite eum. Alij dicunt, quòd Pilatus idcirco hæc dixit, quòd Iudæi voluerunt immunes videri à morte Christi. Propterea commisit eis iudicium: quasi dicat, Si imò iustum est eum occidi, facite hoc per vos, & nõ imponatis mihi hoc onus: vel ideo dixit ista Pilatus, vt acciperent Iesum, tenerentque ligatum vsque post festum, & tunc facerent secundum quod vellent. *Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus* diuinitus datam *Et secundum legem debet mori, qui se filium dei fecit*, id est, esse pertinuit. Nam ipsa nocte passionis adiuratus à Caipha, an esset Christus filius dei benedicti, manifestè respondit, quòd imo. Imposuerunt ergo Christo, quòd nomen & gloriam diuinitatis sibi vsurpauit, sicque secundum legem occidendus esset tanquam blasphemus. Lex tamen præcepit tales lapidari non crucifigi. ¶ Mira peruersitas ac cæcitas Iudæorum, quasi ideo mentius sit Iesus, quia dixit se filium dei, quum tamen per scripturas, & signa ostenderet se esse Christum, & per consequens filium dei. *Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem*, videlicet quòd Iesus dixit se filium dei, *Magis timuit* non propter legem Iudæorum, sed formidauit, ne sic esset quemadmodũ Iesus ferebatur dixisse, & per consequens grauissimum facinus commisisset figellando filium dei: magis quoque quàm antea timuit Iesum occidere, ne occidendo hominem, simul occideret deum.

Psal.63. Psal.65. E F

Leuit. 24. Ioan.18.

¶ Sed quomodo Pilatus vir gentilis atque idololatra, expers notitiæ veri dei timuit, audito, quòd Iesus dixit se filium dei? Di-

Dicendum, quòd multi gentilium idololatrarum cognouerunt esse vnum summum deum: imò secũdum Damascenum omnibus naturaliter insitum est esse deum, Rursus probabile est, quòd Pilatus inter Iudæos habitans, aliqua audiuit de deo Israel, & de iudiciis ac omnipotentia eius, vnde & plagam dei potuit abhorrere. Et *ingressus est in prætorium iterum* ducens Iesum secum, vt eum secretius, diligentiusque discuteret, Et *dicit ad eum, Vnde es tu?* Secundum quòd recitat Lucas, antequam Pilatus flagellauit Iesum, audiuit quòd Galilæus esset, propter quod misit eum ad Herodem, cur ergo nunc sciscitatur, & ait, Vnde es tu? Dicendum, quòd quia audiuit Iesum dixisse se esse filium dei, quærit diligentius de loco & principio suæ natiuitatis, an scilicet verè de deo natus sit, an ex hominibus *Iesus autẽ responsum nõ dedit ei*, vt impleret quod de ipso cecinit Esaias, Quasi agnus coram tondente obmutescet, item, quia Pilatus capax non erat diuinæ generationis Christi, & rursus, quoniã Christus noluit passionem propriam impedire, quàm facillimè impedisset, si Pilato atque Herodi respondisset ad singula. *Dicit ergo ei Pilatus*, vehementer admirans taciturnitatem Christi in tali articulo, & quia seipsum poterat faciliter excusare, atq; è manibus Iudæorum excutere. *Mihi non loqueris?* tanquam dicat, Stultè & mirabiliter habes te in hoc, quòd iudici non respondes prout melius vales loquendo mihi cum reuerentia, & timore, vt moris est captiuorum iam iudicandorum. *Nescis quia potestatem habeo.* Tanquam præses & iudex ritè institutus *Crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te*, imò per eandem potestatem possum vtrunque, & quia hoc scis, meritò responderes. *Respõdit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi esset datum desuper*, hoc est, à deo omnipotente, à quo deriuatur, & datur omnis potestas, dicẽte Apostolo, Non est potestas nisi à deo. Ab ipso enim est omne bonum, omneque donum. Propterea nisi potestas iniquorum principum, & iudicum esset à deo, scriptum nõ est in libro Sapientiæ, Præbete aures vos qui continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à deo, & virtus ab altissimo, qui scrutabitur cogitationes vestras cito, & horrende apparebit vobis Dat ergo deus potestatẽ etiam impiis per se, vel per alios, sed illi abutuntur. Potest quoque sic accipi, Non haberes potestatem cõtra me, nisi datum tibi esset desuper,

A B C

Lucæ.23. Esaiæ.53. Rom.13. Iacob. 1. Sapien. 6.

D super, à superiori principe, scilicet imperatore Romano. *Propterea.* Quia hæc dicis studio dimittendi me, & ea quæ fecisti in me, fecisti humano timore, nõ ex inuidia vt Iudæi, vel ex cupiditate vt Iudas. *Qui me tradidit tibi*, videlicet populus Iudæorum maximè sacerdotum, vel Iudas originaliter *Maius peccatum habet*, id est, grauius peccat in me quàm tu, propter causam prædictam: & etiam quoniam prima causa, quæ alias mouet, & prouocat ad opera praua, plus peccat
Mat. 26. quàm causa secunda & proxima. ¶ Itaque amplius peccat,
Marci.14. qui tradidit innoxium iudici scienter & ex rancore, quàm iu
Lucæ. 22. dex qui ex superioris potestatis timore, illum diiudicat. Ve-
Iohan. 13. runtamen Pilatus propriis verbis damnauit seipsum Dicens enim se habere potestatem dimittendi Christum, nec tamen
E eum dimittens, quem sciebat innoxium, demonstrauit se potestate cõcessa abusum: nec debuit timore humano relinquere æquitatem, sed vsque ad mortem agonizare pro illa, præsertim, quum iudex debeat esse quasi animata iustitia. *Exinde*
Eccl.4. *quærebat Pilatus dimittere eum*, Etiam magis quàm ante. Intellexit enim ex verbis Christi, quòd nõ sine peccato posset occidere, quem nouit innoxium. *Iudæi autem clamabant, Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris*, qui te ad istam præsidẽtiam promouit, hoc est, honorem Cæsaris non defendis, nec eius præcepto obedis.

¶ Iudæi videntes se non proficere per allegationem suę legis, quam Pilatus tanquam alienigena nõ curauit, astutè obiiciunt ei transgressionem imperialium statutorum, scientes
F quòd non auderet contra Cæsarem agere. Imperatores nãque Romani prohibuerunt, ne aliquis sine eorum consensu assumeret sibi regium nomen: propterea subditur, *Omnis enim qui se regem facit*, propria authoritate, *Contradicit Cæsari*, qui poscit oppositum. Possumus autem per Cæsarem intelligere Tyberium, sub quo passus est dominus, nihilominus Cæsares qui ante fuerunt, iusserunt hoc ipsum. *Pilatus ergo cum audisset hos sermones* timens offendere imperatorem, & accusari apud illum, atque priuari officio, & in exilium mitti, *Adduxit Iesum foras* extra prætorium coram frequentia populi, *Et sedit pro tribunali*, id est, in sede ad iudicandum *In loco qui* Græcè *Dicitur Lithostratos*, *Hebraicè autem Gabbatha.* Lithostratos secundum Bedam fuit locus sublimis, habens lapideum pauimentum. Vnde Lithostratos dicitur

citur quasi lapide stratus. *Erat autem parasceue Paschæ*, id A
est, feria sexta ante solemnissimum diem festiuitatis paschalis, quia fuit sabbatum. Vel, Parasceue Paschæ, hoc est, sexta feria quæ fuit vna, ac prima dierum paschalium. Parasceue autem est nomen Græcum, quod interpretatur præparatio, quia in eo parabant Iudæi duplices cibos, videlicet pro ipsa feria sexta, & sabbati subsequenti, in quo secundum legẽ nõ licuit coquere. *Hora quasi sexta* contrarium videtur, quo- Exod. 29.
niam apud Marcum legitur, Erat hora tertia, & crucifixerũt Leuit.19.
eum: ergo ante tertiam Pilatus sedit pro tribunali, quum cer Marc.15.
tum sit primo iudicatum esse Iesum, quàm cruce appensum. Lucæ. 23.
Iterum in Luca dicitur, quod erat hora ferè sexta, quãdo cru Matt. 27.
cifixus est Christus. Matthæus autem scribit, quòd ab hora sexta vsque nonam, tenebræ factæ sunt super vniuersam ter- B
ram, & in toto tempore illo pendebat saluator in cruce. Dicendum, quòd hora sexta eleuatus est Iesus in cruce, vel parum ante sextam, vt innuit Lucas, ideo Pilatus sedit ad iudicandum secundum Iohannem ante sextam. Marcus verò qui dicit Iesum hora tertia crucifixum, retulit hoc ad animũ Iudæorum, qui hora tertia clamauerunt, Tolle, crucifige eum: vel ideo dicit hoc Marcus, quia crucifixus fuit infra tertiam & sextam: medium autem per vtrunque extremorum exprimitur. *Et dicit Iudæis, Ecce rex vester.* Quemadmodum tamen est, hoc ait Pilatus derisorie, & ad verecundiam Iudæorum: quasi dicat, Quid apparentiæ habet hoc quod dicitis
illum egenum, & miserabilem voluisse vsurpare regnum Iu- C
dæorum temporale contra Imperatoris decretum. *Illi autem* implacabili inuidia, ac furore repleti, quibus & grauis fuit ad videndum *Clamabant, Tolle, tolle*, hoc est, à terra & con-
fortio hominum aufer, *Crucifige eum*, quod genus mortis Sapien. 2.
ignominiosissimum fuit, & sceleratissimis deputatum. *Di-* Marci. 15.
cit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? quasi dicat, Hoc ce- Lucæ. 23.
dit in confusionem vestram, si illum suspendo in ligno, qui secundum populi opinionem fuit, & est rex vester. Tamen (vt dixi) Pilatus non vocat Iesum regem Iudæorum ex animo, ne contra Cæsarem agat. *Responderunt* pontifices, *Non habemus regem nisi Cæsarem*

¶ O infœlices pontifices, nõ pastores, sed deuoratores gregis vestri. Si enim non habetis regem nisi Cæsarem, vbi est
quod loquitur Esaias, Dominus iudex noster, dominus legi- Esaiæ.53.
fer no-

D fer noster, dominus rex noster, ipse veniet & saluos nos fa-
Psal.21. ciet? vbi insuper est quod de Christo Psalmista prædixit, Et
Zacha.9. dominabitur à mari vsq; ad mare! Et Zacharias, Exulta satis
Esaiæ.9. filia Sion, Ecce rex tuus venit mansuetus, ipse pauper? Rur-
Sapien.6. susque Esaias, super solium Dauid, & super regnum eius se-
debit? Quomodo excæcauit vos malitia vestra? Nónne Cæ-
sar rex alienus fuit & alienigena, opprimens vos & dominas
vobis, propter peccata vestra? Nónne promissus fuit vobis
rex verus ex populo vestro, surrecturus rex Mesias? Cur er-
go alienæ potestati subiicitis vos in æternum, & verum pro-
missumque principem abnegatis? Tunc impletum est illud
Hier.5. Hieremiæ, Negauerunt dominum & dixerunt, non est ipse,
Dan.9. Illud quoque Danielis, Non erit eius populus, qui eum ne-
E gaturus est.

¶ Denique Christum respuendo atque dicendo, Non habe-
mus regem nisi Cæsarem, meruerunt vsque in finem mundi
Romano Imperio subiugari: prout videmus impleri, & Da-
Dan.8. niel prophetauit, Finis (inquit) eius vastitas, & vsq; in finem,
perseuerabit desolatio. *Tunc ergo* quando videlicet vidit se
nihil proficere, & illos implacabiles esse, se quoque si non
acquiesceret petitioni illorum, imperatorem posse offende-
re, quem pontifices tantum honorauerunt, vt dicerent se re-
gem non habere, nisi illum, *Tradidit Pilatus eis illum*, vtpo-
te Iesum flagellis cæsum & spinis coronatum, *Vt crucifigere-
tur* authoritate suæ sententiæ latæ contra Iesum. Nam an-
tè iam tradidit eis illum, dicendo, **Accipite eum vos**, & cru-
F cifigite: sed hoc modo non dixit diffiniendo iudicium con-
Mat 27. tra Iesum, nunc verò adiudicauit fieri peritiones eorum. *Su-*
Lucæ.23. *sceperunt autem Iesum*, id est, milites præsidis in manibus
Esaiæ.9. suis nefariis, exuentes eum chlamydem coccineam, & pro-
pria indumenta eum induentes, *Et eduxerunt* eum extra
Hierusalem: vel susceperunt eum Iudæi, quia Pilatus tradi-
dit eis Iesum, id est, suæ voluntati expositum acceptaue-
runt. *Et baiulans* Iesus *Sibi crucem* proprius humeris, *Exi-
uit*. Tunc iuxta Esaiæ vaticinium, factus est principatus
eius super humerum eius: quia crucem propriam baiulan-
do, meruit principatum omnis terræ. Egrediendo itaque
vrbem portauit crucem ad aliquantulum spacium, posteade-
Matt.15. derunt crucem Christi ad deferendum Simoni Cyrenéū pa-
Lucæ.23. tri Alexandri, & Rufi discipulorum Christi, ne Iesus in via
morere-

moreretur sub onere crucis, sed vt eum diutius duriusque A
affligerent.

¶ Consideremus præterea malignitatem Iudæorum, quo-
rum machinatione milites presidis posuerunt lignum crucis
super collū Christi, quod non fecerunt latronibus secū edu-
ctis. Turpissimam enim, & acerbissimam ei mortem intule-
runt: & quicquid confusionis, contemptus & crudelitatis ex-
cogitare potuerunt, fecerunt in eum. Pensemus quoq; patiē
tiam, & mansuetudinem saluatoris, qui omnia ista patientis-
simè tulit, & sicut Hieremias prænunciauit, Quasi agnus in- Hier.11.
nocens ductus est ad immolandum, qui cum malediceretur 1.Petr.2.
non maledicebat, nec faciem suam auertit ab increpantibus, Psal. 37.
& conspuentibus in se. Attendamus etiam quare hæc pertu- B
lit, scilicet propter nos, quorum iniquitates supergressæ sue Lucæ.9.
runt caput nostrum: & simus grati ei verbo ac opere, abne- Matt 16.
gando nosipsos, tollédoq; crucem nostram quotidie, quate- Hebr.13.
nus impleamus quod ad Hebræos monet apostolus, qui quū Gala. 5.
dixisset, Iesus vt sanctificaret populum extra portam passus
est, addidit, Exeamus ergo ad eū extra castra, improperium
eius portantes. Nō enim habemus hic manētem ciuitatem,
sed futuram inquirimus. Crucifigamus carnem nostram cum
vitiis & concupiscentiis. Exiuit ergo, *In eum qui dicitur Cal-
uariæ locum*, Caluaria est caput hominis mortui, vnde lo-
cus in quo crucifixus est Christus, appellatur locus Calua- Iosue. 4.
riæ: non quòd caput Adæ sit ibi sepultum, vt quidam finxe-
runt, quū Adam legatur sepultus in Ebron, sed quia damna-
ti ibi occidebantur, sicque locus abundauit osibus mortuo- C
rum. Sic ergo duxerunt Iesum in locum inhonestū, atq; tur- Matth.27.
pissimū, in quo ipse mori elegit, vt nos ad empyrei cæli splē- Marci. 15.
didissimam mansionem fœliciter transferamur. *Hebraicè* Lucæ.23.
autem vocatus est *Golgotha*, *vbi eum crucifixerunt*, milites Mat. 27.
ministri præsidis, erantque quatuor, Et *cum eo alios duos* Lucæ.23.
haud dubium quin latrones secundum Matthæum, quos Lu-
cas nominat nequam. Ducebantur (inquiens) cum eo & a-
li duo nequam, *Hinc & hinc*, id est, ex vtroque latere Chri-
sti, *Medium autem Iesum*, quod idcirco fecerunt milites ex
instigatione Iudæorum, vt Iesus impius videretur, quasi fu-
isset princeps latronum. Deo autem ordinātè, seu permittē-
te factum id est, vt impleretur quod per Esaiam de Christo
inuenitur prædictum, Et cum sceleratis reputatus est. *Scri-* Esa.53.
psit au-

D *psit autem & titulum Pilatus*, id est, scribi fecit sermonem, cõ-
Matt. 27. tinentem causam crucifixionis Iesu, *Et posuit super crucem*, id
Marci. 15. est, superiori parti crucis iussit affigi, forte cũ aliquo affere.
Lucæ. 23. *Erat autem scriptum*, id est, titulus verba hæc continebat, *Ie-
sus Nazarenus rex Iudæorum?* Iesus est nomen personæ, Na-
zarenus est agnomen, locũ cõceptionis & nutritionis signi-
ficans, rex Iudæorum est complexum, explicans cur crucifi-
xus sit dominus, videlicet, quia dixit se regẽ Iudæorũ. *Hunc
ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat
locus* Caluariæ, *Vbi crucifixus est Iesus, & erat scriptus, Hebrai-
ca, Græca, Latina*, id est, in tribus principalibus idiomati-
bus mundi magis notis, atque communibus, vt legeretur ab
omnibus. Hebraica nanque loquela eminebat, quoniam pri-
E ma, & in ea scripta fuit lex & prophetæ, pertinuitq; ad vnius
veri dei cultores. Græca verò lingua pollebat propter natu-
ralem sapientiam, seu philosophiam, ingeniumq; Græcorũ.
Latina verò propter dominiũ Romanorum. *Dixerunt ergo
Pilato pontifices Iudæorũ, Noli scribere*, id est, scriptũ relinquere.
Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorũ. Videbatur
enim Iudæis titulus præscriptus, in eorũ verecundiã redun-
dare, qui tamen fuit verissimus, quia specialiter datus est Ie-
sus in regem Iudæorum: quemadmodum ait in Psalmo, Ego
Psal. 2. autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum
Mat. 27. eius. *Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi*, id est, firmum ma-
Marci. 15. nebit, nec illud mutabo. *Milites ergo cum crucifixissent eum, ac-
Lucæ. 23. ceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes* de vestibus,
F *Vnicuiq; militi partem, & tunicam* superiorem acceperunt. Ex
quibus primo elicitur, ꝙ quatuor erant milites crucifixores.
Secundò, quòd Iesus nudus eleuatus est in cruce: imò tam nu
dus, vt venit ex vtero matris, & sicut Adam quando peccauit
in paradiso secundum Ambrosium: vnde & mater eius credi
tur peplum suũ inuoluisse loco virilium Omnia ista, deuotã,
Esaiæ. 53. & gratam memoriã exigũt, & piam imitationem, Ecce enim
sanctus sanctorũ vnigenitus filius dei inter latrones suspen-
ditur, cũ sceleratis reputatur, nudus in cruce leuatur, vt nos
impii iustificemur, & cum sanctis annumeremur, vestimen-
tisque virtutum induamur. Non ergo quæramus in hoc mũ-
do magnificari siue laudari, non inter doctos & eminẽtes lo
cari, non pretiosis vestibus, atque superfluis indui, sed Chri-
Marci. 15. stum in vera humilitate, & paupertate iugiter imitari, velle
contem-

tontemni peccatores reputari. *Erat autem tunica inconsutilis* A
id est, non consuta, *Desuper contexta per totum*, id est artifi-
cioſe elaborata per modum retis, atq; cilicij, non incisa, quã
virgo benedicta creditur suo dilecto propriis manibus ope-
rata. *Dixerunt ergo* milites quatuor. *Adinuicem*, *Non scin-
damus illam* Diuidendo eam vt alias vestes, quoniam partes
illius fuissent inutiles: & forte propter operis subtilitatẽ, ra
litatẽ seu specialitatẽ, quilibet militum desiderauit eam in-
tegram adipisci, *Sed sortiamur de illa cuius sit*, id est, sortem
mittamus ad quem tota pertineat: vnde patet quòd super tu-
nicam incõsutilem duntaxat missa sit sors. Quomodo autem
soluendum sit, quòd huic videtur cõtrariũ, dixi super Mar-
cum. Hæc ergo fecerũt atq; dixerunt, *Vt* intelligendo per
vt, concomitantiam, nõ causam directam. *Scriptura* psalmi B
impleretur, dicens in persona Christi, *Partiti sunt vestimenta
mea sibi* faciendo quatuor partes de illis, *Et in vestem meam*, Psal. 21.
id est, super tunicam inconsutam *Miserunt sortem*. Et *milites
quidẽ hæc fecerunt* implentes nescienter prophetarũ eloquia.

¶ Expositio sequenis partis.
Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius.

ARTICVLVS XLVI.

Einceps agit Euangelista de mutua cõpassione
Christi fili dei, eiusq; virgineæ genitricis, quæ C
D tanto intimior erat, cordialior atque pœnosior
quanto feruẽtior erat amor vnius ad aliã. Cer-
tum est autem, quòd incomparabili dilectione
amauerũt se mutuo vltra omnẽ existimationem. *Stabat au-
tem iuxta crucem Iesu mater eius*. O verbũ dolorosum & affe
ctuosum. Quid enim sustinuit mens illa dulcissima virgineæ
matris, quando tam prope assistebat filio patienti vnico, &
prorsus charissimo, cuius teneritudinem ac innocentiam no
sit, quem licet sciebat fructuosissime pati, citoq; resurrectu
rum, nihilominus vehementissime ei condoluit, in tantũ, vt
consideratio fructus dominicæ passionis, & resurrectionis
tolleretur ab intellectu ipsius, quoniam vis doloris omnino
absorbuit animã eius. Propter quod asserit Damascenus, ꝙ
dolor parturientium fuit tunc duplicatus in ea, *Et soror ma-
tris eius*

D tris eius videlicet *Maria* vxor *Cleophe* quæ fuit mater Iacobi minoris Et *Maria Magdalene* item mater filiorum Zebedæi secundum Matthæũ. Matthæus tamẽ affirmat, ꝙ mulieres istæ erant de longe stantes. Et Lucas, Stabant (inquit) omnes noti eius à longe. Ad quod dicẽdum, ꝙ ad tẽpus stabant propius, deinde remotius, vel stabant prope & à longe respectu diuersorũ. Cũm vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat. Per hanc circumlocutionẽ loquitur Iohãnes de seipso quasi de alio *Dicit matri suæ Mulier* Non ait mater, ne illa audito nomine tam suaui nimium cruciaretur atq; deficeret, *Ecce filius tuus* hoc aliquĩ referũt ad ipsum Christum, ꝙ ostendit seipsum matri suæ, tanquã diceret, Ecce quid patitur homo, quem peperisti: ecce quid cõuenit mihi ex parte naturę, quam assumpsi ex te. Sed quia mater pissima tota erat intenta ad considerationẽ, & cõpassionẽ filij sui, & filius eam cõsolari volebat, nõ ad ampliorem excitare dolorem, propterea aliis magis apparet, ꝙ Christ⁹ demonstrauit Iohannẽ dicendo, Ecce filius tuus: quasi diceret, Hucusq; me habuisti præsentẽ, & de meo aspectu iugiter consolationẽ sortita es, fuiq; ad obsequiũ tuũ intentus: nũc subtrahor tibi, nunc vnico dilectoq; nato orbaris, nec tecũ ero vt fui mortalis, humanam tecum conuersationẽ efficiẽs: ideo ne penitus desolata remaneas, cõstituo tibi filiũ, qui sit loco mei, tibi obsequiosus, consolatiuus familiaris, charissimus, vt virgini virgo cohæreat atq; deseruiat. Sed qualis est ista mutatio ô domina benedicta amantissima virgo Maria. Datur tibi pro filio creatoris, filius piscatoris, pro vero deo, pura creatura: pro domino, seruus pro filio naturali, adoptiuus. Veruntamen aptior & dignior, post Christum, nõ fuit, qui tibi relinqueretur pro illo. *Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua*, id est, tibi eam commito vt ei filialiter semper assistas, obsequaris prouideas.

Mat. 27. Lucæ. 23. E F

¶ O sancte Iohannes, quãtus tibi est honor & gloria, ꝙ incõparabilis ille thesaurus, vas omnis sanctitatis, domina mũdi, regina cœli, quę cum patre æterno habet, ac genuit vnum eundemq; filiũ, à quo spiritus sanctus verè procedit, & datur & mittitur, tibi cõmittitur, mater tua efficit, & tu filius eius appellaris. Verè diligebat te Iesus, quẽ ad tãtam gratiã preeliget. ¶ Deniq; ista cõmissio fuit Iohãni valde cõsolatoria qui in matre domini sui, de cætero quasi in illo lætabatur.

¶ Ex hoc

¶ Ex hoc facto Christi docẽtur filij habere ordinatã, ac debitam curam suorũ parentũ, presertim in tẽpore tribulationis & necessitatis. Propter quod dicit Apostolus, si quis suorum & maxime domesticorũ curam nõ habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. ¶ Insuper ex hac cõmissione quidam eliciunt, ꝙ Ioseph sponsus Mariæ iam obiit. Pater quoq; ex hoc, ꝙ mater Christi alium non habuit nisi dominum Iesum vt cõfundantur heretici. Et *ex illa hora, accepit eam discipulus in suam*. Matrem in suam fidem atq; custodiam, obsequẽs ei cum omni reuerẽtia & amore. ¶ Discipulus iste electus designat vnumquenq; fidelem Quemadmodum ergo Christ⁹ dixit Iohanni, Ecce mater tua, sic vnicuiq; Christiano dedit matrem suã in matrem, ita ꝙ ipsa est mater, & aduocata omnium nostrũ, quam post deum summe amare & venerari debemus. ¶ Deniq;, quotidie passionẽ domini recolẽtes debem⁹ simul reuoluere quomodo Christo cõpassa sit mater dulcissima: quomodo tunc gladius doloris perfodit animã eius secundum quòd Simeon prophetauit. Pensemus ergo quid passa sit, dum vnicum suum percepit iam captum, dum vidit eum præsentare Pilato, quando audiuit eum tam mendaciter accusari: dũ vidit eum ab Herode alba veste illudi, à Pilati satellitibus flagellari, ad locum passionis cum propria cruce educi, in patibulo erigi, inter latrones suspendi. Dum insuper audiuit ab eo verba nũc memorata, Mulier, ecce filius tuus: & cætera quæ alij Euangelistæ plenius recitant. *Postea sciẽs Iesus quòd iã omnia consummata sunt*, scilicet, eloquia prophetarum, de sua passione prædicta. Pauca nempe restabant, quæ mox erant implenda, ideo omnia tũc consummata dicuntur, sicut communiter de re penè finita dicimus, factum est, Veruntamen quod ait Euangelista, Postea sciẽs Iesus non est sic accipiendũ, quasi aliquid tunc cœperit scire quod ante passionẽ nesciuit, Vt *cõsummaretur scriptura* Psalmi quo legitur, Et dederũt in escam meam, fel, & in siti mea potauerunt me aceto. *Dixit, Sitio* Ad literã Christus corporaliter sitiebat ex diuturna afflictione, vehementi labore, & sanguinis effusione: in tantũ vt dicat in Psalmo, Lingua mea adhæsit faucibus meis, quæ vtiq; sitis pœnalissima fuit. Spiritualiter verò multo feruẽtius sitiebat nostrã salutẽ, pro qua omnia fecit, ac pertulit. *Vas ergo positum erat plenum aceto*, Aliqui dicunt, ꝙ pię mulieres ex consuetudine contulerunt vinum

A 1. Tim. 5. B Lucæ. 2. Esa. 53. Mat. 27. Marci. 15. Lucæ. 23. C Psal. 68. Psal. 21.

D vinum damnatis ad mortem, & etiam Christo atq; latronibus, dantes vasculum viniductori eorum. Milites verò dederunt Christo acetũ pro vino huiusmodi. Quidam etiã asserunt, quòd potus aceti accelerat mortem: & ergo dederunt Christo acetum, vt citius moreretur, sicq; de eius incruce custodia expedirentur. *Illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes*, id est, ligno hysopi, calamo siue arundini Impleuerunt etenim spongiã, & calamo eam imposuerũt, *Obtulerunt ori eius*, Quia enim erectus fuit in ligno, indiguerũt huiusmodi instrumento, vt possent eum attingere. *Cum ergo accepisset Iesus acetum* Marcus dicit ꝙ noluit bibere. Cõcordia tamen liquet ex verbo Matthæi dicẽtis, Quum gustasset E noluit bibere. Parum igitur bibit, sicq; accepit sed quia quod parum est, pro nihilo computatur, Marcus affirmat, quod noluit bibere, *Dixit, Consummatũ est* quod de mea passione fuerat prophetatum, mysterium quoque humanæ redẽptionis iam extat impletum. Mors etenim Christi erat vita salusque mundi. Et *inclinato capite* factus est obediens vsque ad mortem, & quasi gratias agens patri, *Tradidit spiritum*, id est, potestatiue animam suam à proprio corpore separauit: clamãs videlicet voce magna, Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meũ. In quo innotescit, quàm verè erat præfatus, Potestatem habeo ponẽdi animam meam, & nemo tollit animã meam à me, sed ego pono eam *Iudæi ergo, quoniam parasceue erat*, id est, feria sexta proxima sabbato præsolenni, *Vt non remanerent in cruce corpora* crucifixorũ, videlicet Christi atq; F latronum sabbato viua. *Erat enim magnus*, id est multum celebris, *Dies ille sabbati*, puta dupliciter. Primò, quia sabbatum in se celebre fuit secundũ legem. Secundò, quoniã erat vna dierum paschalium, idcirco noluerunt corpora illo die pendere in aris, ne diuturni, horrẽdiq; cruciatus, suo horrore solennitatem diei fœdarent, incutiedo trascuntibus tædium ac pauorem. *Rogauerunt Pilatum, vt frãgerentur* à suis militibus crucifixoribus, *Eorum crura & tollerentur* non crura tantum, sed tota corpora de patibulis. Huic præci consensit Pilatus, quia subiungitur, *Venerunt ergo milites* famuli præsidis, *Et primi quidem*, id est, latronis pendentis ad dexterã Christi, vel primi, id est, principalioris latronis, *Fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo* qui pendebat ex alio latere. *Ad Iesum autem cum venissent*, id est, ad corpus eius

Mar.15.
Mat.27.
Philip.2.
Mat.27.
Lucæ.23.
Psal.30.
Iohan.10.
Ioh.15.
Exod.16.

eius exanime sumendo partem pro toto, *Vt viderunt eũ iam mortuum, non fregerunt crura eius*. Crura siquidem frangebãtur, vt mors acceleraretur in eis qui erant suspensi, *Sed vnus militũ lancea latus eius aperuit*. De hoc milite multa dicũtur, vt constat. Cur autẽ aperuit latus eius, diuersæ causæ reddũtur Vna, vt certificaretur de morte Christi. Alia, quia Iudæi induxerunt eum ad hoc, Et *continuo* de latere Christi aperto, *Exiuit sanguis & aqua* Comuniter dicitur, quia vera aqua exiuit de latere Christi, nõ vtiq; naturaliter, sed miraculose, propter mysticas rationes. Primò, ad ostendendũ, quòd corpus Christi erat verè sumptum, atque compositum ex elementis, non de cœlo allatum. Secundò, ad designandum puritatatem corporis Christi. Tertiò, ad insinuandũ, quòd sicut redemit nos suo sanguine, ita & lauit nos aqua lateris sui. B *Et qui vidit testimoniũ perhibuit*, scilicet, ipse Euãgelista Iohãnes qui vidit omnia iam præfata. Et testificans *Scripsit hæc & verum est testimonium eius* quum sit per sensum & experiẽtiam notum, Et *ille scit* deo reuellante, & scientia experimẽtali, contestante, *Quia vera dicit, vt & vos credatis* Cognitio enim euangelicæ legis cõcessa Iohanni, ordinabatur ad totius ecclesiæ illuminationem, quæ habetur in via per fidem, in patria autem per speciem. *Facta enim sunt hæc*, videlicet, quòd venientes ad Iesum, non fregerũt crura ipsius, *Vt scriptura* Exodi *Impleretur, Os non comminuetis ex eo* Nostra translatio habet sic, Nec os eius confringetis. Sed quũ hoc ad literam dictũ sit de agno paschali Iudæorum figuratiuo, quomodo Euãgelista dicit hoc in Christi passione impletũ? C Iterum quomodo hac authoritate probat propositum suum quum probatio non procedat, nisi ex sensu literali secundũ Augustinum? Dicendum, quòd sicut Apostolus ad Hebræos allegat de Christo, quod ad literam dictum est de Salomone, videlicet, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filiũ sic hoc loco Iohannes allegat de Christo, quod cõstat ad literam dictum de agno paschali Vtraque tamẽ allegatio efficax est ad probandum. Creatura etenim siue rationalis, siue irrationalis cõsiderari potest dupliciter. Primò secundũ se: secundò prout est figura Christi, qui nõ solum per homines sed etiam per irrationalia figuratur, imò & per inanimata. Vnde dicit Apostolus, Petra erat Christus. Haud dubium quin figuratiue: & quod CHRISTVS ex Psalmo allegat

A
Galat.5.
Apoc.8.
Exod.12.
August.
Hebr.1.
2.Reg.7.
1.Cor.10.
Psal.17.
Mat.21.
Acto.4.

D de se, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, quidã ex-
Apoc.5. ponunt ad literam de lapide materiali in tẽplo Salomonis.
Iohan. 1. Hinc Christus dicitur leo, agnus, lapis angularis, vitis. Dum
Hiere.11. ergo aliquid in scripturis dicitur de huiusmodi creaturis se-
Psal.117. cundum se, tunc talia principaliter exponuntur de eis. Cum
1.Cor.10. verò literaliter dicuntur quædam de eis, vt sunt figura Chri-
2.Reg. 7. sti, tunc talia principaliter, quanuis non primo intelligũtur
Psal. 117. de Christo, & verificantur in eo: vt est illud de Salomone,
Exod.12. & lapide ab ædificantibus reprobato, similiter in præsenti.
Nume.9. Quod enim de agno paschali dictum est, Os eius nõ cõfrin-
getis, dictum est de eo inquantum fuit figura Christi vt im-
molati: quod spiritu sancto reuelante agnoscẽs Iohannes, di
cit scripturam illam impletam in Christo, de quo vtiq; prin-
E cipalior est sumenda. *Et iterum alia scriptura dicit, Videbunt in
quem transfixerunt* Nostra translatio, seu textus Hieronymi
talis est, Aspicient ad me quẽ cõfixerunt: sed reddit in idem.
Propheta quippe loquitur in persona Christi. Iohannes au-
tem sensum magis quam formam verborum allegat. Quod
autem Zacharias dixerit verba illa non de se, sed de Chri-
Zacha.12. sto, patet per id quod protinus addit, & plangent eum plan-
ctu quasi super vnigenitum ¶ Quæritur quid allegatio hu-
ius authoritatis spectat ad id quod immediate præmisit, q̃
non fregerũt crura Christi? Dicitur quòd ista authoritas in-
troducitur ad approbandum, quòd dixit superius, Vnus mi-
litum lancea latus eius aperuit, & quod crucifixerunt eum.
Propheta nanque dicendo, Videbunt in quem transfixerũt
F innuebat quod transfligerẽt Christum & hoc Euãgelista o-
stendit impletum. Videbunt ergo infideles Iudæi in die Iudi
cij Christum, in quem tranfixerunt, non per se, sed per mili-
tes præsidis, & eũ qui latus Christi aperuit, quos induxerunt
ad hoc. Ipsi quoque qui hoc fecerunt, conspicient Christum,
qui cicatrices vulnerum cõseruauit in corpore, ad inflamma
tionem electorum, & confusionem reproborum. Videbunt
Apoc.3. igitur Christum in die nouissimo, iuxta illud Apocalypsis,
Ecce venit cum nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui
eum pupugerunt. ¶ Insuper tractat Euangelista de Christi
sepultura, quam voluit Christus honorificè fieri. Primò, quo
niam decuit, Ipso enim occiso, satisfactũ fuit plenissimè pro
totius generis humani peccato: ideo decẽs fuit, vt extũc in-
ciperet glorificatio Christi, haberetque post ignominiosam
mortem

mortem, venerabilem sepulturam. Secundò, vt impleretur A
quòd per Esaiam erat prædictum, Erit sepulchrum eius glo- Esaiæ.11.
riosum. *Post hæc autem* Christo iam mortuo *Rogauit Pilatum*
sine cuius Licentia, damnati & crucifixi non poterant sepe-
liri, *Ioseph* oriundus *Ab Arimathia* ciuitate Iudææ. Arima-
thia secundum Bedam ipsa est Ramatha, de qua fuit Samuël
natus, vt legitur in libris Regum. Rogauit autem Pilatum 1.Reg.2.
Eo quòd esset discipulus Iesu credens & partim obediens ver-
bis eius, non tamen fuit perfectus discipulus, subditur enim,
Occultus autem propter metum Iudæorum, videlicet ne syna- Mat.10.
goga expelleretur. Nondum ergo impleuit quod docuit Leuit.23.
Christus, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Nihilomi-
nus Lucas Euangelista appellat eum iustum & bonum. Non-
dum enim requirebatur ab eo tota euangelicæ legis perfe- B
fectio, *Vt tolleret corpus Iesu* de cruce, & sepeliret illud, non
ipse solus, sed adiuuantibus eum iustis qui aderant. *Et permi-
sit Pilatus*. hoc fieri, quoniam Ioseph iste notus fuit Pilato, &
vir potens, diues, ac nobilis. Propter quod in Marco scriptũ Marci.15.
est, quòd fuit nobilis decurio, idq; propter reuerentiã eius, Lucæ.23.
& propter innocentiam Christi itemque propter rumorem
redeuntium de loco dominicæ passionis, percutientium pe-
ctora sua atq; dicentiũ, quòd mirabilia illa facta fuerunt pro-
pter iniustam Iesu occisionem, presertim, cum & Centurio Iohan.3.
idipsum testatus sit, dedit Pilatus cõsensum *Venit ergo Ioseph
& tulit*, hoc est, de cruce deposuit *Corpus Iesu*. *Venit autem &
Nicodemus* princeps Iudæorum & Pharisæorum *Qui venerat* Iohan.3.
ad Iesum nocte primum, id est, tẽpore elapso, videlecet, circa C
principium prædicationis Christi, *Ferens mixturam myrrhæ
& aloës, quasi libras centum*, id est, vnguentum ex talibus spe-
ciebus factum: quo corpora defunctorum condiebantur, ne
putrefierent. *Acceperunt ergo* Ioseph & Nicodemus *Corpus
Iesu, & ligauerunt eum linteis*, id est, pannis lineis corpus eius
inuoluerunt, scilicet linteamine & sudario, &c. *Cum aro-
matibus*, iam prædictis. Vnde videntur non habuisse plenam
fidem de Christi resurrectione, adhibentes ei sanctam vn-
ctionem contra putrefactionem: ignorantes illud prophe-
ticum in Iesu complendum, Non dabis sanctum tuum vide-
re corruptionem. Ioseph ergo & Nicodemus quanuis vsque Psal.15.
ad passionem Christi fuerunt occulti eius discipuli: tamen
in passione visis mirabilibus quæ fiebant, animati fuerunt ad

 exhibendum

D exibendum corpori eius sepulturæ obsequium, *Sicut moris est Iudæis sepelire* qui corpora defunctorum aromatibus condiunt, & sumptuosissimas sepulturas efficiunt: vnde patet ℣ in sepeliendis mortuis obseruanda est patriæ consuetudo, dummodo non sit contra fidem & æquitatem. *Erat autem in*
Matth.27. *loco*, id est, propè Caluariæ locum *Vbi crucifixus est Iesus Hortus, & in horto monumentum nouum* quod Ioseph exciderat sibi in petra, secundum Matthæum *In quo nondum quisquam positus fuerat* In tali enim sepulchro voluit Christus poni, quia si alij in eius monumento iam sepulti fuissent, dixissent, forsitan Iudei, quòd cadauer alterius esset sublatum, aut suscitatum. *Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum*, id est, propter exi-
Exod 29. gentiam sextæ feriæ, in qua non licuit operari, nisi vsque ad
E vesperam, in qua inchoabatur sequentis diei solennitas, durans vsque ad vesperam subsequentem, *Quia iuxta erat monumentum*, hoc est, proximum loco passionis *Posuerunt Iesum*, id est, corpus, eius. Iam enim dies cœpit occumbere: propter quod non poterant corpus Christi longe portare, vel eius sepulturam differre, sed accelerauerunt, aliàs oportuisset expectare vsque ad finem festiuitatis instantis.

¶ Postremò, ex his elucescit, quàm deuote & reuerẽter Ioseph, & Nicodemus sepelierunt Christum sumptui non parcentes, & quia in monumento quod Ioseph sibiipsi iussit parari, posuit Iesum. Debemus autem & nos cũ venerabilibus viris his Christũ de cruce deponere, hoc est, de fine suæ passionis gaudere. Quemadmodum enim in meditatione domi
J nicæ passionis contristari, & compati debemus domino saluatori: sic in meditatione finis huius passionis, vel de hoc, ℣ terminata est passio Christi, & eius humanitas à tanta afflictione erepta, lætari habemus, & hoc est Christũ à cruce deponere. Insuper debemus eum mixtura myrrhæ & aloës cõdire, id est, mortificatione vitiorum, & bono sanctæ conuersationis odore venerari & vngere, & intra nos sepelire, imprimendo eum nostris præcordiis per beneficiorum suorum amorem, iugem memoriam, per suæ diuinitatis contemplationem, per suæ bonitatis feruentem amorem, per suæ conuersationis cruciformem imitationem: quemadmodũ ait in
Cantic.8. Canticis, Pone me vt signaculum super cor tuum. Debemus quoq; eum inuoluere linteis, id est, synceritate cõscientiæ &
Rom.10. animi puritate, cordisq; diligenti custodia, vt perseuerer in nobis

nobis, sicut moris est Iudeis, id est, veris confessoribus, qui A corde credunt ad iustitiam, & ore confitentur ad salutem, se pelire dominũ Iesum. Hæc autem maximè spectãt ad sacerdotes, qui corpus & sanguinem Christi quotidie cõsecrant, tractant, manducant, vt sint purificati actu, ore & corde. Sed heu multi impudẽtissimi, ingrati, intimorati, irreuerẽter nimis accipiunt filiũ dei ac virginis: nõ solum spiritualib⁹ vitiis implicati, sed turpissimis quoq; gulæ & luxuriæ inquinãtes corpus suũ & animã: nõ attendentes, nec formidantes verbũ Apostoli, Quicunq; mãducauerit panem hunc vel biberit ca 1.Cor.1. licem domini indigne, reus erit corporis & sãguinis domini.

¶ Explanatio Capitis. XX.

Vna autem sabbati, Maria Magdalene venit mane. B

ARTICVLVS XLVII.

Vangelista descripta dominica passione, sty- Matth.18.
lum cõuertit ad describendum resurrectionem Mar.16.
E illius. *Vna autem sabbati*, id est, prima die post Lucæ.24.
sabbatum, seu septimum diem solennem apud
Iudæos, puta die dominico. Vnũ enim in scri
pturis quadoque pro primo accipitur, sicut in Genesi, Factũ Gene.1.
est vespere & mane dies vnus, id est, primus. Quemadmodum autem pagani nominant dies hebdomadæ nominibus planetarum, Latini verò & Christiani nomine feriæ: sic Iudæi nuncupant eas à sabbato, tanquam à die principaliori: ita C
quòd prima dies post sabbatum appelletur prima sabbati, secunda dies secunda sabbati secundi, sicque deinceps, *Maria Magdalene* soror Marthæ ac Lazari, *Venit mane, cum adhuc essent tenebræ ad monumentum.*

¶ Occurrunt hic duo dubia. Primum, cur de sola Magdalena faciat mentionẽ Iohanes? Secundum, quomodo hic dicitur, quum adhuc tenebræ essent, quum apud Marcum sic scri Mat.16.
ptum, quòd venerunt orto iam sole? Ad primum dicendum,
quòd ideo, quia Maria Magdalena feruentior erat atque in- Ibidem.
stantior, magisq; operosa in isto negocio, ei quoq; in primis
apparuit Christus. Ad aliud respondetur, quòd secũdum Lu- Luc. 24.
cam Maria Magdalena cum aliis beatissimis fœminis venit
ad monumẽtum summo diluculo, vtpote in auroræ initio, in

D quo certũ est aliquid lucis esse, & apparere in altioribus partibus terræ: aliquid quoque caliginis, præsertim in bassioribus locis. Sic ergo ortus fuerat sol quantum ad apices montium, non tamen visui hominũ apparebat, propter quod tenebrę erãt paucę & tenues, Et *vidit lapidem reuolutũ à monumẽto*, id est, à loco in quo iacuit corpus Christi amotum; Monumentum autẽ quandoque accipitur pro domuncula illa in qua fuit petra, in qua excisum erat Christi sepulchrum: interdum verò pro solo sepulchro, sic modo accipitur. Vidit nanque reuolutum lapidem non à prædicta domuncula, imò adhuc erat intra domunculam. *Cucurrit ergo* recedens à monumento. Et *venit ad Simonem Petrum*, tanquam ad principaliorem inter Apostolos. Cucurrit autem ex magna admiratione & desiderio, cupiens aliquid certius de re ipsa cognoscere. Secundum diuersas quippe affectiones, passionesque E animæ, corpus diuersimode mouetur, Et *ad alium discipulum quem diligebat Iesus*, puta Iohannem præsentis euangelij descriptorem. Hi enim duo Apostoli inuicem familiariores fuerunt, & frequentius coniuncti, & combinati fuisse leguntur: vnde & Christum comprehensum simul sequuti sunt, simul quoque principibus sacerdotum responderunt, Obedire oportet deo magis, quàm hominibus: simul ascenderunt in templum ad horam orationis nonam simul missi sunt ad Samaritanos orare pro eis vt acciperent spiritum sanctũ. Denique secundum aliorum Euangelistarum doctrinam, etiam aliæ mulieres venerunt cum maria Magdalena ad monumẽtum, videlicet Maria Iacobi & Salome, itemq; Iohãna secundum Lucam: quæ omnes secundũ Lucã duos angelos cõspexerunt, à quibus didicerunt Christum resurrexisse, atque ex F præcepto angelorũ venerunt, & nuntiauerunt vndecim Apostolis quod audierunt ab angelo, scilicet, ꝙ Christus resurrexisset. Iohannes autem nunc sólũ exprimit Petrũ & seipsum sub solita loquutione. Hæc enim nuntiatio Marię Magdalenę videtur alia ab illa quã alij euãgelistę describunt, & prior, illa tamẽ quo ordine facta sint omnia, quæ quatuor Euangelistę enarrãt, & consonantiã habeant, nõ est facile declarare propter quod expositores varios modos assignãt circa hęc, quorũ iudicium aliis committo, vt teneat vnusquisq; quod in Euangelio magis concordat, Et *dicit eis, Tulerunt dominum de monumento*. putauit hæc Christi prædilecta discipula, quòd milites

Ioan.18
Acto.5.
Act.3.
Act.8.
Matt.18.
Marci.1.
Lucæ, 24.

milites præsidis, vel Iudæi abstulissent Christi corpus de tumulo, & alibi posuissent illud, & forsitam formidauit, necõ tumeliam aliquam corpori irrogarent, Et *nescimus vbi posuerunt eum*, id est, corpus ipsius. *Exiit ergo Petrus* à loco quo se propter Iudæos abscondit, Et *ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum*. Iam enim milites recessisse videntur, vel Maria annuntiauit apostolis, quòd iacuerunt vt mortui. Isti duo præ cæteris apostolis profecti sunt ad sepulchrum ex præcipua dilectione ad Christum, ardentissime cupientes agnoscere, quid accidisset eorũ magistro. Verò, quod ait Iohannes, Venerunt ad monumentum, dicit per anticipationẽ: vnde mox subdit quomodo venerũt *Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro*. Erat nanque iunior atque agilior: & forsitã Petrus magis timuit notari q̃ B Iohannes, quia iam ante negauit se esse Christi discipulum, Et *venit prius ad monumentũ*. Et *quum se inclinasset*, vt per ostiũ speluncæ in qua fuit sepulchrum, introspiceret, & quid cõtigisset, intueretur. *Vidit linteamina posita*, id est, pannos lineos quibus inuolutum fuit corpus dominicum, ordinate repositos, & plicatos: ad ostendendum, quòd corpus dominiõ fuit furtim sublatum, vel ab aduersariis asportatum, quia secum tulissent huiusmodi pannos, sed diuina virtute resuscitatum. Angelus etenim domini qui descendit, lapidemque reuoluit, etiam pannos præfatos disposuit, quos Christus à suo corpore resurgens, potestatiue amouit. *Non tamen introiuit* domunculam in qua erat sepulchrum, nolens ingredi ante Petrum ætate & dignitate maiorẽ, forte propter re- C uerentiam Petri, & vt ei nunciaret quod vidit *Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumẽtum* id est, præmemoratam domũculam. Non enim suffecit ei à longe prospexisse, sed veritatem voluit certius perscrutari, locum quoque sepulchri intueri vacuum Cum enim noua ac mira cõtigisse audiuimus, licet credamus sic esse, nihilominus accurrimus, idque quod gestum est, intueri satagimus, Et *vidit linteamina posita* id est, ordinate composita, quemadmodũ dictum est de Iohanne, Et *sudarium quod erat super caput eius* scilicet Christi, *Non cũ linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum*, quod totum factum est dispositione diuina, angelico famulatu: ad declarandum ꝙ corpus Christi nõ esset furtiue ab eius discipulis de monumento sublatũ, prout

A

Mat.26.
Marc.14.
Lucæ.22.
Iohan. 18.

D deus nouit Iudeos dicturos. Discipuli enim, vel quicunq; alij
totis viribus festinassent in furando corpus, propter custodũ
præsentiam: vnde nõ occupassent se tam diu, & curiose in re
mouendo, & componendo linteos, quibus ligatum fuit cor-
pus dominicum. T*unc ergo introiuit* domunculam tumuli. E*t
ille discipulus qui venerat primus ad monumentũ* animatus exẽ-
plo Petri, & conformans se maiori. Inferior enim facile imi-
tatur actum superioris: vnus quoq; amicorum, & familiariũ
aliũ in suis operibus sequitur celeriter & frequentur, E*t vi-
dit* quæ dicta sunt de positione linteaminum atque sudarij,
& credidit. N*ondum enim sciebat scripturas*. Hoc Chrysosto-
mus exponit dupliciter. Primò sic, Credidit Christum re-
surrexisse, cuius ratio subditur. Nondum enim, &c. quasi di-
E cat, Ideo tunc credidit Christũ resurrexisse visis his quæ di-
cta sunt, & non ante credidit hoc authoritate scripturę, quo-
niam nondum sciebat scripturas prophetarum, quia oporte-
ret eum à mortuis resurgere: quas si sciuisset, nõ tunc primo
Lucæ. 24. credidisset propter visa, sed ante propter scripturas. ¶ De
Psal. 40. Christi autem resurrectione habetur in Psalmo, Tu autẽ do-
Psal. 15. mine miserere mei, & resuscita me, & retribuã eis. Et itẽrũ,
Non derelinquas animam meam in inferno: nec dabis san-
Sopho. 3. ctum tuum videre corruptionem. Et Sophonias, Expecta me
Osee. 6. (inquit) in die resurrectionis meæ in futurum. Oseas quoq;,
Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos.
Hanc expositionem, Augustinus, Gregorius, & Beda, nõ ac-
ceptant, vnde aliter exponunt: quam expositionem etiã tan-
F git Chrysostomus Credidit quod à Maria Magdalena audi-
uit, videlicet quòd corpus domini esset sublatum, idcirco au-
Mat. 20. tem hoc credidit. Nondũ enim sciebat scripturas, quia opor-
Marc. 10. teret eum à mortuis resurgere, in quo vtique patet grandis
Lucæ. 18. discipuli huius simplicitas, qui cum aliis apostolis tam fre-
Iohan. 13. quenter audiuit à Christo, quòd consummarentur iam om-
Mat. 26. nia quæ scripta erant de filio hominis, quia tradendus esset
gentibus ad illudendum, flagellandum, crucifigendum, &
tertia die resurgeret: in cœna quoque asseruit, Postquam re-
surrexero, præcedam vos in Galilæam. Vt enim frequenter
prætactum est, magna erat Apostolorum hebetudo, & igno
rantia ante spiritus sancti illustrationem. Quanuis ergo ne-
quaquam putauerint Iesum falsa dixisse, non tamen attende-
runt verba ipsius: imò nec certam eorum cognitionẽ habe-
bant

bant. Ista expositio melior est, textui quoq; cõformior. De- A
niq; Iohannes nõ videtur prius credidisse, quàm Maria Mag-
dalena: imò si ipsa vidisset Petrum & Iohannẽ credere, ꝙ Ie-
sus resurrexisset protinus illorum fidẽ fuisset sequuta: sed im
mediate dicetur, quòd Maria hæc necdum credebat, quin po Lucæ. 24.
tius Iesus sibi apparẽte, Domine (inquit) si tu sustulisti eum,
&c sed & in Luca scribitur, quòd Petrus visis quę dicta sunt,
abiit, secum mirans quod factum est, vnde videtur non credi
disse. A*bierunt ergo iterum discipuli*, Petrus & Iohannes, *Ad
semetipsos*, i. ad sua latibula, de quibus ad monumẽtum vene-
runt, vel ad condiscipulos, qui erant vnũ cum eis in domino.
¶ Porrò de moralitate huius scripturæ, quomodo per Petrũ
ecclesia ex gentibus congregata designetur, per Iohannẽ ve
rò synagoga, multa iam dicta sunt, quæ quum sint notissima B
nunc relinquo, aliam moralitatẽ breuiter tangens. Per Ma-
riam itaq;, quæ interpretatur amarum mare, exprimitur pec-
catrix, & penitens anima: quæ quum fuerit gratiosa ac dulci
Christi præsentia spoliata, seipsam affligit amaritudine com
punctionis, & pœnitentiæ lachrymis, dicens cum Psalmista,
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nõ custodierũt
legum tuã. Per monumẽtum figuratur mortificatio carnis,
vel absconsio hominis, qua se retrahit, & abscõdit ab his quę
mundi sunt: iuxta illud Psalmistæ in psalmo quinquagesimo- Psal. 118.
quarto, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Igitur
anima nostra quæ deum frequẽter offendit, quærat Iesum in Psal. 54.
monumento. i. in vitiorum mortificatione, & suiipsius sepe-
litione à seculo isto: quemadmodũ dicit Apost. Ego stigmata C
domini Iesu in corpore meo porto. Rursusq;, mortificatemẽ Galat. 6.
bra vestra quæ sunt super terram. Qui enim sunt Christi, car Colos. 3.
nem suã crucifixerunt cum vitiis, & cõcupiscentiis. Cum ve- Gala. 1.
rò anima non inuenerit Iesum in tumulo isto, hoc est, quãdo
in corporali afflictione, & actibus pœnitentiæ nõ inuenit, &
consolationẽ & gratiam, experimentalem, currat & nuntiet
Petro, qui interpretatur firmus, agnoscens vel principalis. i.
viro forti in fide, docto, & ad aliorũ gubernationẽ idoneo:
atq; Iohanni, qui interpretatur gratia dei. i. ei qui veram sor-
titus est experientiam inter bonum & malum per gratiã spe
cialem ac deuotionẽ frequentẽ. Is igitur dicat, Tulerunt do-
minum de monumento. i. in pœnitentiæ actibus, ac lamentis
Iesum non inuenio modo iam tacto. Tũc isti hoc audito ad-
mirantes,

D mirantes, current cursu mentali ad monumentum, cõsiderãdo qualitatem operum animæ talis. & non inuẽto illic Iesu. videbunt linteamina posita, & sudariũ inuolutum, id est, habitus gratiæ & donorum, cum laboriosis vitæ actiuæ operibus quãuis præsentia domini Iesu non percipiatur per deuotionem experimentalem, & cõsolationem internam. Solet nempe sæpe huiusmodi præsentiam suam abstrahere, animãque in afflictionibus magnis, in cordis ariditate, mẽtis quoque duritia quadã relinquere, abscondens ad tempus faciem suã, vt quæratur auidius, inueniatur affluentius, teneatur stabilius, possideatur fœlicius. Veruntamen adest indesinenter per occultum gratiæ habitũ, per dona & opera, quæ necessaria sunt ad salutẽ, quãuis puretur abesse & indignatus abiisse.

E Interdum quoque anima se affligens non inuenit Iesum, vel magnũ profectũ in corporali exercitatione, in pœnitentiali labore, in via rigoris, quia non quærit Iesum cũ vera discretione, & sancta humilitate, quando videlicet nõ est rationabile obsequiũ eius, vel propriis viribus, & laboribus plus iusto innititur, nõ ponẽs totã spem suã in deo & meritis Christi, sed putans se aliquid fecisse aut esse, cum ita nõ sit. ¶ Præterea per cursum Petri & Iohãnis designatur affectuosus accessus viri actiui ac contẽplatiui ad Iesum, vt videat eum, qui est omnium finis. Currit autẽ Iohãnes seu cõtemplatiuus citius Petro seu actiuo, quia feruentior solet esse atq; stabilior in diuinis, sed nõ intrat in primis, donec Petrus ingrediatur, quia frequẽter actiui ante cõtẽplatiuos ꝓtingũt ad finẽ. Abierũt ergo discipuli, nõ audentes diutius perseuerare iuxta sepulchrum propter Iudæos. *Maria autẽ* Magdalena *Stabat ad*

F *monumẽtũ foris* i. in horto propè domũculam, in qua erat sepulchrum, *Plorans* incõsolabiliter, quia non solũ viuẽte magistro fuit priuata, sed & corporis eius solatio destituta, nec vidit modũ recuperãdi hoc damnũ, & esse aut viuere sine Iesu (in quẽ totaliter fuerat trãsformata per charitatẽ) erat ei tormentũ. Stabat ergo ad monumentũ, in quo elucescit eius cõstãtia, ardensq; dilectio, quia apostolis abeuntibus nõ recessit. Erat autẽ vnicum ei solatium, quod vel in loco esse potuit, in quo dominum suũ reliquit, non valens ei amplius approximare. Hinc igitur mansit in loco dominicæ sepulturæ, beatam se reputans, si vel in tumulo illo mereretur sepeliri. ¶ Sed cur stetit foris, & non potius intus? Dicẽdum, vt oculos

Rom.12.

Psal. 77.

los suos hincinde circunduceret, si forte videndo aliquid de A
suo dilecto magistro perciperet, quẽadmodum moris est his qui quærunt amissum. *Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.* Iam ante vidit monumẽtũ dominici corporis spoliatum thesauro, idque intimauit discipulis, nunc rursus inclinat se, vt per ostium domunculæ monumentũ inspiciat. Excessiua nanq; dilectio rationem nõ pensat, sed impetum sequitur affectionis impellentis, nec quiescentis. Ideo sæpe quærit amissum in loco vbi certissime vidit ipsum non esse, habens spem contra spem, & sæpe formidãs, ne visus in præcedentibus inquisitionibus sit deceptus, *Et vidit duos angelos in albis sedentes*, quos Lucas nominat viros, dicẽs, quòd apparuerunt in veste fulgenti, videlicet alba & candida. Vnde quibusdam videtur, quòd Maria primo aspectu non sci- B
uit, quòd essent angeli. Apparuerunt ergo in splendidis stolis, quoniam gloriã resurgentis, claritatẽ supernæ solennitatis, & gaudiũ magnũ nunciauerunt. Huiusmodi quoq; vestis puritati naturæ angelicæ, sanctitatiq; mentis, supernorũ spirituũ correspõdet. Sũt essentiæ simplices, in quibus nulla est labes peccati, *Vnum ad caput*, i. ad superiorem partem sepulchri dominici, *Et vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.* Sic angeli sancti sederũt propter reuerentiam loci, & quoniã illum nunciauerunt, in quo est duplex natura vna summa, & alia bassa, imò & infima in intellectualium ordine naturarũ. Matthæus & Marcus loquuntur de vno angelo. Vnde secun Mat. 18.
dum Augustinũ apparuerũt ibi tres angeli, vnus extra sepul- Marc. 16.
chrum, & duo intra illud. *Dicunt ei illi* duo angeli, vel vnus C
ex persona amborum. *Mulier quid ploras?* Non ex ignorantia August.
quærunt, sed vt consolentur Mariam, quasi dicat, Potius gaudere te decet, q̃ flere, cũ dominus tuus glorificatus surrexerit, & tibi mox apparebit. Fletus autẽ Mariæ partim increpabilis extitit, quia processit ex fidei defectu atq; errore, sicut subiũgitur. *Dicit eis, Quia tulerũt dominũ meũ* i. Iudæi vel milites corpus domini mei hinc portauerunt, *Et nescio vbi posuerunt eum*, tanquã dicat, Si hoc scirem, aliqualiter consolarer, quia afferrẽ corpus domini mei, & illud mecũ iugiter cõseruarẽ. *Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum* i. retrospexit, vel quia splẽdorem angelicorũ vultuum atq; vestitum diu ferre non poterat, vel vt ex impatienti amore hincinde prospiceret, si quid de suo charissimo domino ac magistro posset perci-

Lucæ. 24.

Universidad de Deusto Biblioteca

D percipere: vel quod potius credendum est secundum Chrysostomum, ideo introspexit, quoniam angelos quorũ colloquio fruebatur, vidit assurgere seu magnam reuerentiam, & inclinationem exhibere cuidam retro eã, videlicet Christo, qui retro accessit, & angelis in specie dominatoris apparuit. Volens igitur Magdalena cognoscere, quisnã ille esset, conuersa est retrorsum, *Et vidit Iesum stantem.* Quoniam etenim perseuerauit, nullamque indignam consolationem admisit, meruit consolatorem & desideratum cordis sui inuenire ac cernere. Perseuerãdum est ergo in opere bono vsq; in finem, estque implendum quod ait Psalmista, Renuit consolari anima mea. *Et nesciebat quia Iesus esset.* Quia enim affectuosè quærebat Iesum, meruit eũ aspicere, sed quia minus
E bene de eo sensit, meruit eius cognitione priuari. Fidem nãque resurrectionis illius nõ habuit, ideo nec eum cognouit, quia veraciter scriptum est, nisi credideritis, nõ intelligetis. *Dicit ei Iesus, Mulier,* Consuetudo est Hebraici idiomatis, quãcunque fœminei sexus, mulierem vocari. Vnde de virgine sancta dicit Apostolus, Misit deus filium suum natum ex muliere, *Quid ploras? quid quæris?* Idcirco Christus interrogauit, vt sui amorem in corde Mariæ accenderet, renouaret, augeret, sicq; illa sui dilecti efficeretur capacior, quoniã amor aperit cor amantis ad susceptionem amati. *Illa existimãs quia hortulanus esset* In specie enim tali apparuit ei Christus, vel ideo hoc existimauit Maria, quoniam Iesus apparuit ei in horto, ad quem putauit neminẽ aduenisse, nisi horti cul
F torem vt illum excoleret. Spiritualiter quoq; erat Iesus hortulanus cordi Mariæ, de ea eradicans germina mala dubitationis, & ignorantiæ, atque peccati & inserens ei semen virtutũ fidei lumen, & cęteros fructus spiritus sancti. Quemadmodum itaq; Iesus apparuit duobus discipulis in specie peregrini, ita apparuit Magdalenæ in specie hortulani. Habet enim glorificatus in corpore potestatem exhibendi visibilem & inuisibilem, cognoscibilem, & incognoscibilem vel in forma qua placet. Verùm de modo qualiter fiat hoc, & in quo subiectiue consistat huiuscemodi alia effigies, longa est disputatio, quam relinquo. Hoc tamẽ certum est, quod corpus glorificatũ perfectè subiectum est imperio animæ, manetq; iugiter glorificatum, quomodocunq; appareat, visus autem intuentis diuersimode immutatur. Potuit autem Christus similitudinem sibi placentem formare in aspicientem oculis, A non tamẽ decepit eos, nec fuit ex parte eius illusio, sed nõdum credentes, meruerunt eum sub alia intueri effigie sicq; à propria credulitate oriebatur eorũ deceptio. Christus verò talem se eis exhibuit, qualis fuit in corde ipsorũ vtpote alterius dispositionis, sed ista alteritas ad veritatem ordinabatur, vt gradatim atque paulatim manifestã veritatis sortirentur notitiã, idcirco non fuit ex parte Christi deceptio. Iohã. xx. *Dicit ei,* puta Maria Christo, quem hortulanum materialis horti putauit, errans in hoc, *Domine,* puto ꝓ licet Iesus apparuit in similitudine hortulani, nihilominus in veneranda quadam effigie se præsentauit Mariæ, idcirco quanuis ipsa esset diues ac nobilis, tamen appellauit eum dominum, præsertim, quum verè humilis fuerit, cuius humilitas in hoc ipso commendatur, ꝓ hunc quem putauit horticolam, appel B lauerat dominum, *Si tu sustulisti eum,* hoc est, si corpus Iesu deportasti. ¶ Cur existimauit hoc? Dicendum ꝓ ideo, quoniam Iesus in forma hortulani apparuit, forsitan habens palam in manu. Quoniam ergo putauit curam illius horti pertinere ad eũ suspicata est, ꝓ corpus domini asportasset, saltem cũ adiutorio. Rursus inuestigatur de eo cuius nomẽ nõ expressit, loquitur indistinctè, si tu sustulisti eũ? Respondẽdum secundum Gregorium, quoniam consuetudo est feruẽter amantium, vt nullum putent ignorare, ꝓ ipsi indefinenter reuoluunt in corde. Aliter respondetur, quòd ideo nomẽ Iesu nõ exprimit, quia putauit illum cui loquebatur ex circunstantia loci, temporis, causæ & aliorum signorum facillimè posse coniicere quem ipsa notauit, & forte dicendo eum C direxit oculos suos ad tumulum, quasi dicat, Illũ noto quem scis ibi fuisse sepultum. ¶ Denique sicut Christus suscitauit seipsum, sic sustulit se de monumẽto, quia per diuinitatis naturã, excitauit & abstulit se de morte ac monumento quoad naturam assumptam, *Dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam,* portando corpus eius ad domum meam, vt ibi in loco securo illud reponam. Maria hæc loquitur secũdum feruentiũ amatorum morem, qui rationem & possibilitatẽ parum attendunt, existimantes suam potestatem parificari dilectionis feruori. Si enim positum fuisset corpus Iesu in atrio principis sacerdotum, vel in medio Iudęorum, quomodo illud tulisset Maria? Et si alibi, quomodo illud per se solã baiulas-

Mat. 24. Psal. 76. Hier. 10. Marc. 4. Lucæ. 8. Galat. 4. Lucæ. 24.

Universidad de Deusto Biblioteca

D iulasset? Sed fortè dicere voluit, Ego eũ tollam auxilio allo-
rum. Loquitur tamen hæc beatissima Magdalena, quasi pa-
ratissima se exponere mortis periculo, vt corpus domini sui
possit acquirere. *Dicit ei Iesus, Maria, Cõuersa illa dicit ei Rab*
boni, quod dicitur magister. Statim vt Iesus dixit Maria, cogno
uit magistrũ discipula. Sic nãq; cõsueuerat eam vocare, &
in ipso nominis sono sensit Maria vim occultã, solitãq; dul-
cedinem, quas experiri solebat ante passionẽ dum Iesus di-
xit ad eam, Maria sensit ergo Maria quàm effectuosè, ac dul-
citer Iesus dixit ad eã Maria moxq; audito hoc nomine, &
magistro cognito, immutata sunt omnia viscera eius, lique-
facta est quoque anima eius, vt dilect° loquutus est, & maxi-
mus dolor, ineffabile gaudium repente mutatus est. Quan-
E tum enim doluit de sui amantissimi magistri, ac domini occi
Cant.5. sione & sublatione, tantum gloriabatur de eius apparitione
resuscitatione, glorificatione. Conuersa illa spiritualiter à
mœrore ad gaudiũ, ab infidelitate quadã & dubitatione ad
fidem ad certitudinem. Chrysostomus verò imaginatur, ꝙ
Maria putãs Iesum hortulanum, viso eo, mirabatur, cur an-
geli ei tantam reuerentiam exhibuissent, idcirco cõuertit se
Lucæ. 24. ad illos, interrogare volens de hoc. Quod cum facere ordi-
retur, Christus dixit ad eam, Maria, quo audito agnoscẽs ma
gistrum in voce, sicut discipuli in panis fractione, tursus con
uertit se ad eũ, & dixit, Rabboni. Sic quippe cõsueuerat eũ
vocare, ad cuius pedes tam libẽter sedere, cuiusque verba tã
F diligenter audire solebat Hoc dicto Maria ex vehementi a-
more, qui intimè & immediatè cupit vniri amato, voluit pe-
des Christi amplect & osculari, procidens ante eum, quem-
admodum ante passionem solita fuit, ideo subditur. Dicit ei
Iesus, Noli me tãgere tactu corporeo, nec spirituali indi-
cio, id est, noli de me sentire nũc sicut hucusq; ,noli mihi v-
niri solũ aut finaliter quo ad naturam meam visibilem. *Non-*
dum enim ascendi ad patrem meum, id est ad patris æqualitatẽ
me peruenisse nõ credis, sed hominem purũ existimas, idcir-
co nõ debes me tangere, sentiẽdo de me minus digne, amã-
doq; me vt hominem tantum. ¶ Prohibuit ergo Christus à
Maria se tangi, nõ ꝙ post resurrectionem tactum mulierũ
vitauit, quum de duabus scriptũ sit, Accesserunt & tenuerũt
pedes eius: sed propter mysticam rationem, videlicet ꝙ ne-
Mat.28. mo debet eũ spiritualiter tangere, nisi habeat veram fidẽ de
ipso

ipso quã nullus habet, nisi qui credit eũ patri æqualẽ. *Vade* A
autem ad fratres meos, id est, Apostolos, qui fratres Chri-
sti dicuntur propter naturæ assumptæ specificam conueniẽ-
tiam, conuersationis mutationẽ, amicitiæ singularitatẽ, æter
næq; gloriæ hæreditatẽ: de quibus ait in Psalmo, Narrabo Psal.21.
nomen tuũ fratribus meis. Vnde ad Hebræos ait Apostolus Hebr.2.
Non cõfunditur fratres eos vocare. ¶ Præterea, multas ob-
causas nominat eos fratres. Primò, vt ostendat se verã car-
nem integram, totamque humanã naturam habere post re-
surrectionem sicut & ante. Secundò, vt det illis fiduciam re-
deundi ad ipsum, qui propter fugam ab ipso poterant nimiũ
formidare. Tertiò, propter nostram instructionem, ne exal-
tati, despiciamus eos cũ quibus tẽpore paruitatis nostræ cõ-
uersabamur. Et *dic eis, Ascendo* post dies paucos secundũ na- B
turam assumptam, cui competebat ascẽdere, non diuinæ Ad
patrem meum, & patrem vestrum. Distinctè ait, patrem meũ
& patrem vestrum, quoniã pater æternus, est pater Christi
per naturam, aliorũ verò per gratiam *Deum meum secun-*
dum quod homo sum, Et *deum vestrum* secundum quod per
meam incarnationẽ & passionẽ reducti estis ad eũ. ¶ Deus
autem qui vtique omnium deus est, dicitur specialiter deus Apoc.2.
illius, cui specialiter ꝓuidet, adest, cõmunicat, & à quo spe Psal.77.
cialiter amat & honoratur, qui toto corde ad ipsum cõuer- 3.Re.17.
sus est, omnemque spem suam in ipso fundauit. Hinc sancti
homines dicere consueuerũt, Deus meus, vt patet de Helia,
quod imperfectis nõ cõpetit. Propter quod beatus Diony- Dionys.
sius ex humilitate præcipua loquitur, Deus & si fas est dice- C
re, meus. Deus ergo pater vel trinitas specialissimè fuit de°
Christi secundum naturam assumptam quoniam gratiosissi-
mè eum præuenit, eiq; in omnibus affuit, cooperabatur, &
incomparabilia dona præstabat: maximè quoque diligeba-
tur, ac honorabatur à Christo homine, quemadmodum ait
superius, Ego que placita sunt ei facio semper. Ascendit au
tem Christus ad patrẽ motu locali, nõ ꝙ pater loco dista- Iohan.8.
bat ab eo vel eius humanitate, quum sit verè vbiq;, sed quia
localiter ascendebat ad cœlum empyreũ, in quo pater spe-
cialiter esse & habitare censetur, quoniam excelentius ibi
operatur, seque euidentius manifestat. Hac cõmissione fe- Gene.51.
cit Christus Mariam Apostolorum apostolam, mittens eam
ad illos nunciare resurrectionem dominicam. Decuit enim,
vt sicut

D vt sicut per fœminam oblata est viro mortis occasio, sic per fœminam nunciaretur viris facta redemptio. Venit Maria iussioni Christi obediens, *Annuncians discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi* Iohãni, qui recedendo à monumẽto ante eam non merui simul cũ ea, vel primus videre Christum resuscitatum. ¶ Deniq;, in expositione huius Euãgelij pulchrè, atque dulcissimè, multumque deuotè, & affectuosè loquitur Origenes, & infine sic exhortatur, Sequamur huius mulieris affectum, vt perueniamus ad effectũ: ploret vnusquisque ad Iesum, & quærat fideliter Iesum, apparebitq; ei quia non celauit se quærenti peccatrici. Disce peccatorà peccatrice plorare propter dei absentiam, desiderare eius præsentiam, nullam consolationem extra Iesum recipere,
E nulla aduersa timere, & omnia mundi prospera propter CHRISTVM contemnere, Audeo tibi confidenter promittere, si in his perseueraueris, Iesum quem quærebas, inuenies & cognosces.

¶ Prosecutio præsentis capitul.

Cum esset sero die illa vna sabbatorum.

ARTICVLVS XLVIII.

Mar. 16.

Oc loco describit Euangelista quintam Christi apparitionem factam in die paschę, & etiam
F H sextam quæ facta est præsente Thoma in octauа Paschæ. Quinquies enim apparuit Christus in die Paschæ. Primò Magdalenæ, quemadmodum in Marco legitur, Surgens Iesus mane prima sabbati, ap-
Matt. 24. paruit primò Mariæ Magdalenæ. Secundò, mulieribus redeuntibus à sepulchro: iuxta illud Matthęi Ecce Iesus occurrit illis dicens, Auete. Tertiò, Petro, quanuis locus ignoretur, creditur tamen quòd redeunti à monumento. Quartò, duo-
Lucæ. 24. bus discipulis euntibus in Emaus secundum quod recitat Lucas. Quinto vndecim apostolis in conclaui, sicut nunc cõte-
Iohã. 21. statur Iohannes, *Cum sero esset* hoc est, hora vespertina & nocte incipiente, *Die illa* in qua apparuit Magdalenæ *Vna sabbatorum* id est, quæ dies fuit vna dierum illius hebdomadæ

madæ qui omnes dicebantur sabbata, quia festiui, Et *fores* A id est, ianuæ *Essent clausæ, vbi erant discipuli*, hoc est, Apostoli, & etiam alij secundum Lucam. *Congregati propter metum* Lucæ. 24. *Iudæorum*, in quo patet eorum infirmitas, qui timebant eos, qui corpus potuerunt occidere.

¶ Dicunt quidam, quòd Apostoli erant dispersi in die propter metum Iudæorum, sed de serò conueniebant ad locum vnum. Euangelista verò nunc dicit, quod erant congregati Luc. 22. propter metum prædictum. Lucas quoque habet, quòd mulieres regressæ à monumento, nunciauerunt quæ audierunt illis vndecim, quod fuit clara die, quia post hoc Petrus & Iohannes cucurrerunt ad monumẽtum. Ex quibus patet, quòd discipuli etiam in die sederũt collecti ianuis clausis propter metum Iudæorum, imò minus audebant exire diebus quàm B noctibus, *Venit Iesus* ostio clauso, per penetrationis dimensionem. Corpora enim glorificata omnia penetrãt per dotem subtillitatis secũdum quosdam, non tamen sine grãdi miraculo, prout Thomas super quartum sententiarum sa 1. Tim. 2. tis demonstrat. Quemadmodum igitur Iesus exiuit vterum Lucæ. 22. matris, ea integra remanente: sic intrauit & exiit domũ non apertam, diuina omnipotente virtute, Et *stetit in medio discipulorum* Ipse nanque est mediator, doctor, reconciliatorque noster, ideo cõpetebat ei esse in medio, sicut & ante passionem locutus est, Ego in medio vestrum sum. Magister quippe virtutum medium semper elegit, quia in medio virtus cõsistit. Quomodo autem factum sit, quod nunc refert Iohannes, Lucas plenius edocet, quo legitur, quòd quum Iesus co- C gnitus fuisset à duobus discipulis in fractione panis, & dispa Lucæ. 22. ruisset, illi surgentes regressi sunt in Hierusalem eadem hora, inuenerũtque vndecim congregatos, & eos qui cum illis erant, quibus dixerũt, quomodo Iesus apparuisset eis in via & qualiter eum cognouerunt, quibus ista narrantibus, venit Iesus, & stetit in medio discipulorum, Et *dicit eis*, *Pax vobis*. Mat 10. Quod docuit CHRISTVS, hoc fecit. Præcepit autem di- Lucæ. 10. scipulis, In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui: hinc ipse domum ingrediens, in quaerãt charissimi sui, electissimiq; discipuli, ait, Pax vobis. Rursus sic eos salutauit, quoniã pauloantè in qua nocte tradebatur disseruit, Pacem relinquo vobis. Quod igitur tunc reliquit, nunc attulit, dedit, & auxit. Discipuli quoque pace ma Iohan. 14.

L ximè

Universidad de Deusto Biblioteca

D ximè indigebant, quoniam multipliciter conturbati erant ac territi, videlicet propter præteritam Christi passionē, propter Iudeorum crudelitatem, & proprij cordis quandam hæsitationem de Christi resurrectione, de cuius veritate nondum fuerant roborati.

¶ Insuper sic salutauit discipulos, quoniam pax est maximū bonum, omnique Christiano præcipuè appetendum, per quā homines fiunt filij dei: quēadmodum scriptum est, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabūtur. Propter quod ait Dionysius, quòd omnia appetūt pacem, & propter hanc agunt omne quod agunt. ex quo cōcluditur, quod pax est vel ipsa beatitudo, vel proxima ad beatitudinem dispositio. Christus autem præsertim nunc loquitur de pace interna, quæ est tranquillitas animi, vt pote quies à motib⁹ propriis inordinatis, videlicet à timore immoderato, à tristitia seculi, quæ secūdum Apostolum mortem operatur à dolore rationē impedienre. Non enim optauit discipulis quietē ab exterioribus persecutionibus ad tempus, quos in medio luporum erat missurus, sed vt in omni turbatione extrinseca conseruarent pacem internā. Propterea ad Hebræos monet Apostolus, Pacem sequimi & sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit. *Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus.* Fortè & pedes, imo & pedes, vt infra ex verbis Lucæ Euangelistæ patebit. In his quinque vulnerū remanserunt circatrices, in testimonium idētitatis corporis passi, resuscitati, & glorificati: itemque in signum victoriæ saluatoris. Ostendit ergo discipulis manus perfossas, & latus lancea perforatum, vt scirent, quòd ipse esset qui paulo antè pēdebat in ligno, & ꝓ idem numero corpus resumpsisset. ¶ Multa hoc loco omittit Iohānes, quæ recitat Lucas, ea quoque quæ Lucas omisit, suppleuit Iohannes. Itaque Luca testante, Christus discipulis dixit, Videte manus meas, & pedes meos, palpate & videte quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, & alia multa in hac apparitione dicta & facta recitat Lucas. *Gauisi sunt ergo discipuli viso domino* dominorum, qui in fœmore suo scriptum habet, Rex regum, & dominus dominantium. Gaudium nempe est diffusio animi in conuentione boni, oriturque ex vnione potentiæ cū bono conuenienti. Quoniam ergo discipuli viderunt Iesum summum & conuenientissimum bonum, quem maximè diligebant

Mat.5.
E
1.Cor.7.
Mat.10.
Lucæ.10.
Hebr.12.
Lucæ. 24.
F
Mar.27.
Mar.15.
Lucæ.23.
Iohá.19
Lucæ. 14.
Apoc. 19.

bant, de cuius passione vehementer dolebant, cuius beatitudini cordialiter congratulabantur, ideo viso eo vltra quàm existimari posset, aut exprimi, lætabantur. Gauisi sunt autem propter Iesum, & propter seipsos, quia magistro suo intime gaudebant, & de suo profectu exhilarati sunt, videntes se non esse deceptos, sequēdo Iesum, propter quem omnia sua reliquerunt, & multa perpessi fuerunt ac patiebantur. *Dicit ergo eis iterum, Pax vobis.* Siquidem viso domino Iesu conturbati fuerunt atque conterriti, iuxta Lucam, ideo repetit. Pax vobis: quæ etiam repetitio, confirmationis indicium est, dilectionisque signum, & admonitio discipulorum, vt pacem iugiter appetant præcipuéque exquirant. Vel ideo bis ait, Pax vobis, quia optauit eis pacem gratiæ in præsenti, & pacem gloriæ in futuro. *Sicut misit me pater, & ego mitto vos*, id est, Quemadmodum pater misit me ex vera charitate & pietate, ad prædicandum Euangelium vitæ Iudæis, à quibus multas ac varias persecutiones, & tandem amarissimā perpessus sum mortem, quorum tamen hominum nonnullos conuertis: sic ego nunc mittam vos ad prædicandum euangelicam legem Iudæis, ac Gentibus ex charitate & pietate ad vos, & item ad illos, à quibus multa aduersa & mortem sustinebitis, quosdam verò eorum cōuertetis. *Hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctum.* Postquam saluator dixit discipulis, Sicut misit me pater, & ego mitto vos, infudit discipulis spiritum sanctum, quia officium prædicationis quod eis cōmisit, sine speciali gratia spiritus sancti expleri non valuit. Oportet enim vt prædicator verbi cœlestis, in seipso abundet charitatis feruore, & sapientia diuinorum, quatenus ignita proferat verba motiua & penetratiua, sitque sententiosus, discretus & instructiuus in sermonibus suis.

¶ Denique per corporalem illam insufflationem, & inspirationem, euidenter signauit superintellectualem, aque æternam processionem seu spirationem, qua spiritus sanctus ab ipso procedit, prout plenius probat Anselmus in libro de processione spiritus sancti. Rursus dicendo, Accipite spiritum sanctum, insinuauit se per authoritatem dare spiritum sanctum, quod nequaquam sic esset, nisi spiritus sanctus ab ipso procederet. Sed nónne Apostoli ante hanc horā habuerunt spiritum sanctum? Habuerunt vtique, non autem tam copiose & efficaciter, seu ad tot, tanto sq; affectus vt ex hac hora,

A
Lucæ. 24.
B
Sapien.2.
C
Mat.10.

D quia & nunc data est omnibus eis potestas ligandi atq; solu-
Mat.22. Mar.12. Lucæ.10. endi, sicut mox introducetur. ¶ Augustinus facit hic grandem quæstionem, cuius se solutionem nescire fatetur. Quærit ergo, cur Christus bis dedit spiritum sanctum, semel in terra ante ascensionem, & semel de cœlo post ascensionem. Tangit autem August. quandam solutionem sub dubio, puto quòd ideo, quoniam duo sunt præcepta charitatis, quam rationem Gregorius & Beda affirmant, esse huius rei causam, videlicet quòd in terra dedit, vt diligatur proximus, deinde de cœlo vt diligatur deus. Sed quia per eandem gratiã vtrumque præceptum impletur, nec vnum sine alio valet impleri, imò & vnus est habitus charitatis, qua deus proximusq; di-
E ligitur, ideo potest alia ratio assignari. Vt enim Dionysius docet, Natura nõ procedit à distanti in distans, nisi per medium, quem processum actor naturæ deus sublimis & bene-
Rom.13. dictus obseruat frequenter, præsertim, cum teste Apostolo,
1.Cor.14. Quæ à deo sunt: ordinata sunt, vnde & admonet, Omnia de
1.Cor.1. center, & secundum ordinem fiant in vobis. Hinc ergo Chri-
Sapien. 8. stus sapientia patris, disponens vniuersa suauiter, suos discipulos paulatim ad sublimiora attollés, ac pedetẽtim ad perfectionem perducens. Primò dedit ei, spiritum sanctum in terra per insufflationem, non in tanta plenitudine, nec in signo tam euidenti vt postea, quatenus per istã ad illã exuberantissimam spiritussancti susceptionem, quæ facta est in die sancto pentecostes disponerentur, *Quorum remiseritis peccata* eos legitime absoluendo, & diuina virtute (quæ sola di-
Acto.1.
F mittit peccata) vt causa principalis, instrumentaliter vi clauium cooperando, *Remittuntur eis* à deo, saltem quoad culpam, non tamen semper, aut totaliter quantum ad pœnam. Tamen per orationem sacerdotis virtutemque clauium, & per pudorem ac contritionem confitentis aliquid pœnæ dimittitur, tanto vtiq; amplius, quanto pudor, & contritio fuerint fortiores. Possunt enim esse tam magni, quòd tota pœna dimitteretur, *Et quorum* peccata retinueritis, id est, nõ dimiseritis, sed retinenda iudicaueritis, eo quòd nõ verè pœniteant nec dignos se præbeant ad indulgentiam obtinendam *Retenta sunt*, id est, deus illa imputabit hominibus talibus. ¶ Oportet itaque vt iudicium ecclesiæ cõformetur diuino iudicio seruando, videlicet rectum processum, & debitũ clauium vsum. vnde vltimo ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo ait Theolo-

Theologus, Sacerdotes hierarchicis sibi collatis virtutibus A
vti oportet, prout diuinitas mouerit eos. Agens enim instru Diony.
mentale non sortitur efficaciam, nisi secundum quod à principali causa mouetur. Propter quod profitetur Apostolus, secundum potestatem quæ data est mihi in ædificationem, & 2.Cor.2.
non in destructionem. Itaque Christus, nunc ait & confert Matt.16.
vniuersis apostolis, quod ante passionem Petro singulariter dixit, Quodcunque (inquiens) ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Ideo autem Petro tauquam principaliori inter apostolos, & capiti vniuersalis ecclesiæ, hoc dictũ est singulariter, vt cum sit ordo in ecclesia, hæc potestas credatur primo ac principaliter residere in summo põtifice san-
ti Petri vicario, atque ab ipso deriuari in archiepiscos & e- B
piscopos, & ab ipsis tanquam à mediis in simplices sacerdotes. ¶ Veruntamen quanuis omnis sacerdos in sua ordinatione ligandi, ac soluendi potestatem recipiat, & licet secundum Thomam realiter idem sint character sacerdotalis, & potestas prædicta, quæ etiam clauis vocatur: non tamen habet huius potestatis executionem, nisi ei subiiciatur materia, scilicet homines super quos sibi iurisdictio detur, seu cura animarum committatur à superiore, qui sicut dat eam inferiori, sic potest eam ei auferre in toto vel parte, legitima causa occurrente. ¶ Præterea, Christus dicendo discipulis, Quorum remiseritis peccata, &c. manifestè ostendit se esse verum deum, qui solum potest tantam conferre potestatem hominibus, quæ nec angelis data est Decuit autem & post- C
quam deus assumpsit humanã naturã, vt homines ab illo acciperent diuinam virtutem, & supernaturalem quandã deificationem, quod maximè datum est sacerdotibus, per hoc quæsiuit dispensatores sacramentorum nouæ legis, in quibus gratia continetur & datur. Omnibus quoque fidelibus 1.Cor.4.
datur deificatio talis, per diuersa dona & gratia spiritussancti: secundum quod in epistola canonica Petri inducitur, Ma- 2.Pet.2.
xima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiami diuinæ consortes naturæ.

¶ Postremò, de hac materia, & quid sit clauis, & quomodo sacerdos euangelicæ legis dicatur peccata dimittere, an scilicet aliquid cooperando, vel duntaxat ostendendo: de verbis quoque Hieronymi circa hoc, plurima dixit super Mat- Matt.16.

 thæum

D thæum quæ non sunt hoc loco repetenda, quanuis ista sine illis plene intelligi nequeant, Dedit itaq; Christus Apostolis, eorumq; successoribus diuinam, & admirabilem potestatem, qua alios possunt soluere & ligare, à regno excludere, & in illud inducere. Sed videant ministri ecclesiæ, vt tanta virtute digne vtantur, existendo in gratia, causasq; cõfitentium sapienter pensando ac discernendo, & priuatum amore ac odium, cæterasq; inordinatas affectiones penitus repellendo: quoniam si indignos absoluunt, vt dignos ligent, dicetur de eis illud Ezechielis, Interfecerunt animas quæ non morituntur, & viuificabant animas quæ non viuunt. *Thomas autem vnus ex duodecim*, hoc est, vnus apostolorum, qui ante passionem Christi erant duodecim, quando Iudas fuit vnus illorum, vel vnus ex duodecim, quia dum Iohannes euangelium præsens descripsit, successit Matthias in locum Iudæ, sicq; Thomas fuit vnus apostolorum qui Matthia electo fuerunt duodecim, *Qui dicitur Didymus*, quod interpretatũ est dubius, quia de Christi resurrectione præ cæteris fuit incredulus, *Non erat cum eis, quando venit Iesus*. Hinc videtur contrarium quod Lucas habet, duos discipulos regressos à castello Emaus, inuenisse congregatos vndecim, quorum vnus extitit Thomas. Respondet Augustinus, quòd Thomas affuit redeuntibus illis duobus, quibus loquentibus Thomas propter aliquam causam exiuit, & interim apparuit Christus. Potest etiam dici, q; iste sit sensus verborum Lucæ, inuenerunt cõgregatos vndecim, id est, apostolos qui pro tunc vndecim erant, quanuis non fuerunt omnes collecti. Est quoque consuetudo scripturæ, vt aliquid attribuatur toti communitati, quia maiori vel principaliori eius competit parti.

Ezc.13.

E

Acto.1.

Luc.24.

F

¶ Quæritur, cum Thomas defuerit, quando Iesus venit, insufflauit, spiritum sanctum largitus est, & dicebat, Quorum remiseritis peccata, &c. an ipse spiritum sanctum bis recepit, & potestatem ligandi atque soluendi sortitus est? Dicit potest quòd post octo dies apparenti Iesu, Thomas recuperauit quod in die paschæ per absentiam suam non accepit.

¶ Insuper teste Gregorio, diuina dispensatione factum est, vt Thomas tunc deesset, videlicet ad nostram informationem, quatenus (Thomas dubitante) propter suã absentiam, Christus appareret frequentius, suamque resurrectionem probaret lucidius. *Dixerunt ergo ei*, In domum regresso. *Alii*

Alii discipuli, Vidimus dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius figuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, hoc est, in partes manuum clauis fixas, *Et mittam digitum meum in latus eius* tangendo lateris apertura. *Non credam*. Tam durus ad fidem & grossus fuerat Thomas, quòd nec tot tantisque testibus credidit, nec videre satis putauit, sed voluit etiam corpus manu tractare seu tangere. Non enim consideraui omnipotentiam dei, nec recordabatur verborum Christi, quibus prænunciauit se resurrectarum tertia die, sed quàm impossibile esset naturaliter hominem passum resurgere. *Et post octo dies*, hoc est, die octaua inclusiue, *Iterum erant discipuli eius intus*, id est, in domo prædicta propter metum Iudæorum vt ante, *Et Thomas cum eis* puto quòd Thomas post præscriptam apparitionem magis quàm ante mansit cum Apostolis, timens ne Iesus denuo illis appareret se absente, *Venit Iesus ianuis clausis*, Propter quod dixit Manichæus, quòd Iesus habuit corpus phantasticum, non attendens omnipotentiam dei, quæ potest vnum corpus per aliud ducere, ambobus integris permanentibus, *Et steuit in medio* discipulorum, *Et dixit, Pax vobis*. Ista iam semel exposita sunt. *Deinde dicit Thomæ*: Ostendens se verba illius agnoscere. *Infer digitum tuum huc* in locum clauorum manuum mearum, & palpa fixuras earum, *Et vide manus meas* clauis perforatas, *Et affer manum tuam, & mitte in latus meum*, Tangendo aperturam illius, *Et noli esse incredulus sed fidelis*, quia dixisti te non credituru, nisi videris ac tetigeris ista.

A

Mat. 26.

B

C

¶ Ecce quanta fecit CHRISTVS pro conuersione vnius quàm pie & charitatiue seipsum exhibuit Thomæ discredenti, nam & si Thomas plura aut certiora resurrectionis argumenta petisset, non denegasset ipsi ea Saluator, *Respondit Thomas, & dixit ei*: *Dominus meus & deus meus* es tu, in quo diuinitatem CHRISTI fatetur. Tanta enim euidentia veritatis conuictus corde credidit, & ore confessus est, quòd Iesus cuius humanitatem vidit, esset verus deus, quemadmodum ante passionem ab ipso audiuit, Ego & Pater vnum sumus.

Rom. 10.
Iohan. 10.

¶ Præterea, an Thomas tetigerit latus & manus Christi, an ex reuerentia id omisit, non est certum, nec potest ex textu præsenti determinari, vnde diuersi de hoc diuersimode opinantur.

D nantur. *Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma* oculis carnis quantum ad naturam meam assumptam. *Credidisti*, quod non vidisti, videlicet quod sim deus. Aliud itaque vidit, & aliud credidit: vidit hominem, & credidit deum, *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Hoc aliqui asserunt dictum de aliis discipulis, sed non apparet: nam discipuli qui aderant omnes iam viderant Christum. Propterea Augustinus dicit hoc dictum de nobis ac cæteris qui crediderunt, credunt & credent in Christum fide formata, quem non viderunt oculo
1. Petr. 1. corporali, quemadmodum Petrus habet: In quem nunc non videntes, creditis. Actus enim fidei meritorius est, eo quòd ex naturali ratione non habeat certitudinem, sed diuinę authoritati innititur, cui intellectus se subiecit. Qui autem Ie-
E sum oculo corporali non viderunt, & tamen credunt, magis innituntur authoritati diuinæ atque scripturis, quàm qui oculo carnis eum intuiti sunt, ideo sunt nunc beatiores in spe cæteris paribus quod addo, quia non est arbitrandum, quòd aliquis præter Apostolos, qui Christum non vidit & credidit, sit simpliciter beatior Thoma, quanuis quantum aliquid ei præferatur. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.* Hoc intelligi potest tam de signis, quibus Christus se resurrexisse probauit, quorum multa omisit Iohannes, & aliqua illorum alii Euangelistæ scripserunt, quàm de cæteris miraculis quæ operatus est ante passionem coram discipulis, quorum pauca scribit Iohannes. Alii autem Euangelistæ multa illo-
F rum describunt signorum, singuli tamen & omnes aliqua omiserunt, tam de doctrina quàm de miraculis saluatoris, in quo patet insufficientia scripturæ Euangelistarum per comparationem ad eminentiam operum, documẽtorumq; Christi, quæ à nullo mortalium plene possunt describi secundum doctores, *Hæc autem scripta sunt, vt credatis* fide per dilectionem operante, *Quia Iesus est Christus filius dei, naturalis ac vnicus.* Per supernaturalia enim opera sua ostẽdit Iesus se esse filium dei, ideo talia scripta sunt, vt qui ea non vidimus, audiendo seu legendo, credamus quòd Iesus sit filius dei. Potius quoque ait Euangelista vt credatis, quia Iesus est filius dei quàm filius virginis, quoniam principalis sua intentio in descriptione huius Euangelii fuit, ostẽdere Christi diuinitatem atque diuinam generationem, quia de Christi huma-

sti humanitate & generatione eius materna, alii Euãgelistæ A
satis scripserunt, *Et vt credentes vitam habeatis* gratiæ in præsenti, & vitam gloriæ in futuro. Cognitio enim fidei ordinatur finaliter ad vitam æternam, quæ est visio dei per speciem. Vnde Petrus, Videntes (inquit) exultabitis lætitia in- 1. Petr. 1.
enarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem, fructum animarum vestrarum. Itaque vitam habeatis, *In nomine eius*, id est, virtute & gratia Christi, vel in ipso Acto. 14.
Christo, tanquam in causa & obiecto beatitudinis nostræ, quia non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oportet nos saluos fieri.

¶ Expositio Capituli vltimi.
Postea manifestauit se iterum B
Iesus ad mare Tyberiadis.

ARTICVLVS. XLIX.

Ost hec Euangelista describit aliam Christi apparitionem factam in Galilæa. *Postea* scilicet
P post aliquãtulum tempus à præmemoratis apparitionibus in Hierusalem factis, *Manifesta-* Lucæ. 1.
uit se iterũ Iesus ad mare Tyberiadis, id est, iuxta littus maris situati prope vrbem cui nomẽ Tyberias, quæ in honorem Tyberii Cæsaris sic vocata est, quòd mare alio nomine appellatur stagnũ Genezareth & mare Galilææ, quia C
in prouincia Galilæa habetur. Patet ergo quòd ista apparitio facta sit in Galilæa, vt enim in Matthæo legitur, Iesus in Mat. 28.
die resurrectionis dixit mulieribus: Nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbũt. Discipuli igitur ex præcedentibus apparitionibus cõfortati in fide & animati, exierunt in publicum, & Galilæam ingressi sunt, vbi cum paucis diebus morarentur, contigit quod nunc attestatur Iohãnes. Primò autẽ refert rẽ gestam summatim, deinde refert ordinem quo fiebat, secũdum q̃ subditur. *Manifestauit autẽ se sic*, id est, modo qui sequitur. Christus nẽpe dum volebat repente disparuit, & dum volebat subito rursus apparuit: nec erat cõtinuo cum discipulis, sed certis locis atq; tẽporibus secundum præordinationem diuinam, prout vtile vel necesse fuit Matt. 4.
ad informationem & consolationẽ primitiuæ ecclesiæ, *Erãt simul*

D *simul Simon Petrus* qui à natiuitate vel circũcisione dictus est
Marc. 3. Simõ, & à Christo nominatus est Petrus, vt patuit primo ca
Iohan. 2 pitulo, *Et Thomas, Qui* cognomento *Dicitur Didymus*, id
Iohan. 20 est, dubius, vt dictum est in præcedenti capitulo, *et Natha-*
Ibidem. *nael* legis doctor, frater Philippi Apostoli, *Qui* Natha-
Iohan. 1. nael. *Erat* oriundus *A cana* villa *Galilææ* vbi Christus
conuertit aquam in vinum. Huic Nathanaeli perhibuit Chri
stus testimonium tale, Ecce verè Israelita, in quo dolus non
est, vt plenius dictum est primo capitulo, *Et filii Zebedæi* Io
hannes & Iacobus. *Et alii ex discipulis eius duo* quorum nomi
na reticentur. Omnes ergo simul septem fuerunt. *Dicit eis*
Simon Petrus qui in omnibus operosior atq; feruentior com
probatus est. *Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum.*
E Licuit autem discipulis ad tale officium reuerti propter vi
ctus necessitatem, quia in se licitum erat. Matthæus verò ad
teloneum nõ rediit, quia huiusmodi opus raro vel nunquam
exercetur sine peccato secundum Gregorium. Hi ergo disci
puli quoniam pauperes erant, & Iesus prouisior eorũ recessit
ab eis, ad piscãdum profecti sunt. In quo patet Nathanae-
lis magna humilitas, quia vir tantus ad humile opus accessit,
Mat. 20. *Et ascenderunt in nauim*, forsitam accommodatam vel condu
Marci. 1. ctam, communem siue vacãtem. Proprias enim naues &
Lucæ. 5. tera omnia reliquerunt, *Et illa nocte nihil prendiderunt* hoc
est, nullum piscem ceperunt, quòd licet ex naturali causa ac
cidisse potuerit, tamen diuina factum est dispensatione, vt
mox futura captio miraculosior appareret, atque ad Chri-
F stum declarandum efficacior. *Mane autem facto stetit Iesus in*
littore. Tota igitur nocte permisit discipulos infructuose la
borare & fatigari, vt postea viso Iesu & piscibus copiosissi
mis comprehensis, cordialius exultarent.

¶ Permittit nanq; electos suos in nocte seculi huius, id est
in tempore præsentis vitæ, quę tribulationibus, culpis atque
miseriis plena est, multipliciter tribulari, affligi, sudare, vt tã
dem quietem sortiri plenius iucundentur: iuxta illud in Psal-
mo, Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis
Psal. 103. quibus vidimus mala. Porrò, mane facto apparet Iesus taliter
laborantibus, id est, consummato cursu temporis huius tene
brosi, quando traducit eos de hoc mari magno, turbulentõ-
que seculo ad portum securitatis æternæ seu patriam electo
rum, vbi sol intelligentiæ incessabiliter oritur, nec dies tẽdit
ad occa

ad occasum aliquando. Potest quoque per mane istud intelli A
gi finis tentationis & persecutionis cuiuscunq;, in quo splẽ-
dor gratiæ menti gignitur, spiritualis consolatio datur, & o-
mnia interiora animæ renouantur. Tunc Iesus apparet his
quibus tale mane cõceditur, statque in littore, hoc est in lo-
co tranquillo, vbi flagellum non appropinquat tabernaculo
suo, videlicet extra & supra hunc mundum inquietudinibus Psal. 30.
plenum, inuitans suos ministros vt festinent venire ad ipsum
aspirando indesinentur ad patriam. Denique ad literam ste-
tit Christus in littore maris, non supra aquæ fluenta, quia vo
lebat discipulos suos paulatim ad suam cognitionem perdu-
cere: si autẽ stetisset supra aquã, obstupefacti fuissent & ter-
riti arbitrantes phãtasma esse vel spiritum, quemadmodum Mat. 14.
ante passionem, quando ambulauit super mare. Tunc enim B
præ timoris magnitudine clamauerunt. Marc. 6.

¶ Mystice verò stetit in littore, ad insinuandum quòd am-
plius cum eis non erat in aquis tribulationum, & fluctibus
vitæ mortalis, sed ad impassibilem, tranquillissimamque vi-
tam resuscitatus consisteret, vnde ad innuendum quòd hoc
modo cum illis non esset, quibus tamen præsens loquebatur,
ait apud Lucam, Hæc sunt verba quæ loquutus sum vobis, Lucæ. 24.
quum adhuc essem vobiscum, *Non tamen cognouerunt discipu-*
li, quia Iesus est, in alia nanque effigie apparuit eis, quemad-
modum Magdalenæ, vt dictum est in præcedenti capitulo,
vbi & declaratum est, qualiter factum sit hoc. Apparuit au- Iohan. 20.
tem discipulis secundum Chrysostomum in specie viri volẽ- Chryso.
tis emere pisces, quod cõuincitur ex eo quod subditur. *Dixit* C
ergo Iesus, pueri, Pueros vocat discipulos non ætate vel indi-
scretione, sed simplicitate, puritate & innocẽtia, perquẽ mo-
dum Christus ait in Psalmo de ipso, Ne auertas faciem tuam
à puero tuo. Et de ipso dixit primitiua ecclesia: Conuenerũt
aduersus sanctum puerũ tuum Iesum, Pontius Pilatus & He-
rodes. De prædictis pueris suis atque discipulis ait Christus
per Esaiam, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi domi- Psal. 68.
nus, *Nunquid pulmentarium*, id est, aliquid cibi quod de- Acto. 4.
coctum apponatur ac manducetur cum pane vt sapidus sit, Esaiæ. 8.
Habetis quasi dicat, habetis aliquos pisces? Quærit, vt ex
illorum responsione conuenienter cõsulat atque subinferat,
Responderunt ei, Non. Dixit eis, Mitte in dexteram nauigii rete,
id est, rete vestrum proiicite in aliquam ad dexteram par-
tem

Universidad de Deusto Biblioteca

D tem nauiculæ, Et *inuenietis* quod quæritis, scilicet pisces in copia. Prædicit effectum futurum in se penitus contingentē, vt quum factum viderent quod prædixit, scirēt eū esse Christum. *Miserunt ergo rete in aquam* designatam, Et *iam non valebāt illud trahere præ multitudine piscium*. Ex quo elici potest quòd diuino nutu pisces subito illuc adducti atque collecti sunt, vel fortassis diuina virtute producti. Non enim paulo ante ibi fuerunt, quia discipuli tota nocte circa locum illum erant piscati. *Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro, Dominus est*. Quemadmodum discipuli ante passionē vocabant Iesum, nunc magistrum, nunc dominum, iuxta illud, Vos vocatis me magister, & domine: ita & post passionem.

E ¶ Denique Iesus est ille dominus, de quo ait Psalmista, Tu dominaris potestati maris, qui in exordio mundi quinto die fecit pisces maris. Loquitur autem Iohānes specialiter Petro tanquam familiariori ac principaliori. Iohānes verò cognouit Iesum per miraculosam piscium captionem, & quia vidit verbum eius tam copiose impletum, vel Iesus primo ostēdit ei speciem sui cognoscibilem. *Simon Petrus, vt audiuit quia dominus est, tunica succinxit se. Erat enim nudus*. Quòd Petrus dicitur se tunica succinxisse, quia nudus erat, intelligi potest dupliciter. Primò, quòd super simplicē vestem: qua erat indutus succinxit se, quia discinctus fuit. Erat enim nudus, hoc est, parum vestitus, ita quòd comparatione solitæ vestitionis dicitur nudus, quemadmodum ei qui parum indutus est, dicimus cur vadis nudus. Secūdò, quòd erat simpliciter nudus saltem

F vsq; ad lineas vestes, & ergo tunica se succinxit illam induēdo atque cingendo, eratque nudus secundum cōsuetudinem piscatorū vt expeditior esset ad opus. Porrò, succinxit se propter reuerentiam Christi: vt ad eum honeste veniret: dicitq; Beda, quòd venit non ambulando super vndas maris, vt ante Christi passionem, sed natando vel peditando: quod improbat Lyra, quia si voluisset natare non succinxisset se tunica, nec poterat peditare propter profunditatem aquæ. Distabat nanque à littore quasi ducentis cubitis, & potuit ibi currere nauis. Videtur autem quòd Lyra sufficiēter probet quòd Petrus non accessit natando, nihilominus puto cum Beda dicēdum, quòd non ambulauit super aquas, sed peditauit. Primò, quia hoc videtur euangelicæ veritati amplius concordare, sequitur enim in textu, Et *misit se in mare*, Ex hoc apparet Q aquam

Iohan. 13. Psal. 88. Gen. 4.

Mat. 14. Marc. 6.

aquam intrauit vsque ad magnā corporis patrem. Secūdò, A quia nō est verisimile, quòd Euāgelista tantum miraculum tacuisset. Pro eo enim quod ait, Misit se in mare, poterat dicere ambulauit super mare. Quod verò arguit de aquæ profunditate non cogit. Quanuis enim Euāgelista appellet hāc aquam mare, non tamen proprie fuit mare, sed stagnū. Loquitur quippe secundum consuetudinem sermonis Hebraici, qui quamlibet congregationem aquarum notabiliter magnam, nominant mare: iuxta illud Genesis, Congregationes aquam appellauit deus Maria. Non ergo oportet asserere aquam tam profundam fuisse. Misit se ergo Petrus in mare, ex feruore & gaudio, cupiēs celerrime venire ad supercharissimum suum magistrū ac dominum, quem nunc totiens vidit: nec dubium, quin multa ab eo audiuit, quę non sunt cō scripta, A *lii autem discipuli nauigio venerunt*, quia non adeò B feruidi erāt vt Petrus, nec indigebant se in aquam deponere. *Non enim longe erat à terra*, id est, littore in quo stetit Iesus. vel de prope, ideo poterant quasi tam citò venire ad Iesum vt Petrus, *Trahētes rete piscium* per aquam, vt moris est piscatoribus, *Vt ergo descenderunt in terram*, de aqua vel naui, *Viderunt prunas positas*, scilicet ignem carbonum. Et *piscem superpositum* prunis, qui assabatur vt esset esui aptus, Et *panem* iuxta prunas. Viderunt ergo necessaria victui. Chrysostomus asserit, quòd Christus hæc tria creauit ibidē de nouo, videlicet piscem, panē & prunas, alij quòd de nouo formata sunt ex præiacenti materia. Voluit autem Christus suæ resurrectionis veritatem rursus ostēdere per manducationē C ideo tria hæc præparauit, sciens etiam discipulos fame cōfectos, vtpote qui tota nocte laborauerint, *Dicit eis Iesus, Afferte de piscibus quos prendistis nunc*. Quanuis enim Christus potuit omnes satiare de pisce superposito prunis, voluit tamen vt de piscibus captis afferrent, quia dum aliunde habemus, non debemus ad miracula perpetranda confugere, nec supernaturalia efflagitare præsidia, dū naturaliter habemus quod opus est. Hoc enim esset deum tentare. *Ascendit Simō Petrus*, præ alijs semper promptior atque ardentior, Et *traxit rete in terrā plenum magnis piscibus centū quinquagintatribus*. Magnitudinē & multitudinem piscium exprimit Euangelista, ad ostendendum excellētiā tanti miraculi: propter quod subditur, Et *cum tanti essent, non est scissum rete*, quod natu-

Gene. 1.

Chrysost.

Universidad de Deusto Biblioteca

D naturaliter vix triginta pisces poterat sustinere, vt putatur? ¶ Multa mirabilia in ista apparitione peracta sunt: primò, quòd Iesus ostendit se in alia forma qua cognosci nō poterat. Secundò, quòd tot pisces repente collecti, & capti sunt. Tertiò, ꝙ prunæ, & piscis ac panis de nouo formata sunt. Quarto, quòd rete tot piscibus repletum mãserit integrum. *Dicit ei Iesus, Venite, prandete.* Comedit autē Christus cum eis de pisce assato nunc, quēadmodū, ante in conclaui, quāuis Iohannes non exprimat. *Et nemo audebat interrogare eum discumbētium, Tu qui es? scientes quia dominus est* Quoniā ergo id nouerant, non audebant inaniter interrogare. Frustra enim petissent quod certitudinaliter agnoscebant. *Et venit*
Lucæ. 24. *Iesus*, non à longinquo tunc, sed iuit ad panem pro tunc, sicut subiungitur, *Et accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter*, id est, cibos istos distribuit eis, vel anteposuit, & forte diuisit, quemadmodum duobus discipulis, qui cognouerunt eum in fractione panis. *Hoc tempore Iam tertio*, id est, tertia vice, *Manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurexisset à mortuis*, loquendo de apparitionibus in hoc libro descriptis & veris exhibitis, sæpius tamen apparuit discipulis suis ante hoc tēpus quā ter, vt patet ex dictis. Iohānes quoque iam supra descripsit tres manifestationes Christi post resurrectionem, præter istam, sed prima illarum exhibita est, non ipsis discipulis, sed Mariæ Magdalenæ.

E ¶ Explanatio sequentis partis.
Quum ergo prandissent.

ARTICVLVS. I.

Acto itaque prandio Christi cum septem discipulis. *Dicit Simoni Petro Iesus, Simon Iohannis.* Sic dicitur petrus, quoniam pater eius vocabatur Iohannes, *Diligis me plus his?* Cum (Salomone testāte) nemo sciat an amore vel o-
Eccle. 9. dio dignus sicut Christus interrogat Petrū an se diligat, ꝙ esse non potuit sine gratia gratum faciēte, qui facit dignum amore? Rursus, cum (teste Apostolo) nemo sciat quid agatur in homine, nisi spiritus eius, cur Christ⁹ sciscitatus est Petrū an diligeret eum plus his, i. ardentius quàm alii discipuli qui aderant

aderant, quasi Petrus scire posset quantum alij afficerētur ad A
Christum? Et respondendum, quòd Christus interrogat non quasi ignorans, aut discens, sed docere intēdens. Querit ergo an Petrus diligat eum plus quàm alij discipuli, non quòd Petrus certitudinaliter scire potuit sine reuelatione diuina quòd amaret Christū per charitatem infusam, quæ est virtus theologica: vel quod amaret eū plus quā alij: sed vt doceret, quòd aliorum prælatus debet nō solum diligere Christum, sed etiam debet eum diligere magis feruenter quā alij 1.Pet.4.
imò in omni perfectione, & gratia debet abūdare atque excellere, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi subditi sui possitque ad instar angelicæ hierarchię gregem sibi cōmissum, & vnumquēque subditorum suorum secundum suā capacitatem, proportionem & indigētiam purgare, illumina- B
re, perficere, vnde quāuis secundū iura sufficiat eligere sufficientem, bonum siue idoneū, nec oporteat eligere melioré, vel sufficientiorem in foro contentioso, secundū Thomam, aliter electio posset pene semper cassari, & irrita fieri: propter quod in foro cōtentioso, iudicioq; humano sufficit eligere, personā idoneā: tamen in foro cōscientiæ tenetur eligens melioré eligere, eum videlicet qui omnibus pensandis pensatis melior estimatur pro honore dei, & vtilitate eccle
się *Dicit ei* Petrus *Etiam domine, tu scis, quia amo te* Paulo an Mat.26.
te dixerat Petrus incaute se præferēs aliis, Et si omnes scan Marci.14.
dalizati fuerint ego nunquā scandalizabor, nūc autem propriam fragilitatē expertus, amplioriq; discretione, & gratia
decoratus, non audet respōdere, ꝙ plus amet Iesum quā cō C
discipuli: sed hoc quod sibi constabat, asseruit, dicēs, Tu scis quia amo te Quasi dicat, tu meli⁹ scis interiora mea, q̄ ego ipse, idcirco tuo iudicio sto, quod autē ignoro, nō dico, neque determino: ꝙ quod docemur nō præferre nos aliis, nec de illorum interioribus temerè iudicare, sed in dubiis suspēsum dare respōsum. Dulcis certè & moderata sancti Petri responsio. *Dicit ei Iesus, Pasce agnos meos* tāquam dicat Saluator. In hoc apparebit ꝙ diligas me, si digne paueris seruulos meos, homines pios & innocētes: vel sic, Pasce agnos meos quia me diligis, aptus es pascere gregē populi mei: nec aliquid maius requiro mihi dari à te ex dilectione tua ad me, nisi vt spiritualiter foueas plebem credētem. Zelus enim animarum est sacrificium deo gratissimum.

¶ De

D ¶ Debet autē prælatus pascere subditos suos verbo instrū-
ctionis exemplo sanctæ conuersationis, temporali quoque
Iohan.10. subsidio dū ratio exigit. Porrò, de hac materia, scilicet quo
modo prelatus pascere debeat gregē Christi sanguine libe
ratum, dicta sunt multa capitulo decimo. Possumus autē per
agnos intelligere non solum innocentes, pios, & puros, sed
quoscunque quos deus prædestinauit ad gratiam talem, qui
finaliter agni erunt, & pascua vitæ possidebunt æternæ. Di-
Act.2. *cit ei iterum. Simō Iohannis diligis me?* ¶ Quæritur an Petrus
Rom.8. certitudinaliter sciuit se diligere Christum. Dicendum quòd
Psal.67. apostoli plus post receptionem illam plenariā spiritus san-
Iohā.20. cti, factam in die pentecostes, sciuerunt se primitias spiritus
Rom.8. esse sortitos, atque in bono cōfirmatos, ideo certitudinali-
E ter sciebāt se Christū amare, ideo Paul⁹ certissimè loquuitur
Quis nos separabit à charitate dei? An verò post receptionē
spiritus sancti per insufflationem Christi, quæ hanc interro-
gationē præcessit, apostoli certitudinaliter sciuerint se esse
in charitate, & gratia indefinenter, quousque spiritum san-
ctum plenius acceperunt, non est adeò certum. Si autem
Petrus hac vice scuit certitudinaliter se Christum diligere,
dilectione meritoria, & infusa, hoc per reuelationem. Ve-
runtamē palā est, quod Petrus certissimè nouit, & vehemen
ter experiebatur, seu sensit quod amauit Christū, saltē amo-
re naturali & acquisito. Sensit enim se æstuare in Christi af
fectu, atque memoria, præsertim in eius aspectu. *Ait illi, Etiā*
F *domine, tu scis quia amo te, Dicit ei* Iesus *Pasce agnos meos.* Ista
iam semel dicta sunt, atque exposita. *Dicit ei tertio, Simō Iohā
nis amas me?* Ter Christus interrogat, & examinat Petrum
de sua dilectione, quia prælatus diligere debet deum cordia
li affectu, affectuosis sermonib⁹, charitatiuis operibus: & ite
rum, vt Petrus trina diuini amoris confessione, recompēsam
Mat.26. faciat pro trina Christi timorosa negatione. Vel ad insinuā-
Mar.14. dum quod promouendi ad prælationem, sæpe, ac diligenter
Lucæ.22. discutiendi, seu cōsiderandi sunt, an sint verè idonei, itemq;
Iohā. 18. in charitate præcipui. *Contristatus est Petrus, quia dicit ei ter-
tio, amas me,* Videbatur enim quasi Christus responsionem
suam non approbare, nec credere verbis ipsius: & forte ti-
muit quod ideo Crhistus totiens verba sua replicauit, quia
Iohan.13. vellet ei aliquid prænunciare: in quo ostenderetur non dili-
gere Christum: sicut cum fiducialiter dixit, Animam meam
pro

pro te ponam, audiuit, Nō cātabit gallus donec ter me ne- A
ges. *Et dicit ei, Domine tu omnia* cordis archana, & quicquid
fuit, est vel erit, *Scis*, non solum per naturam diuinam, sed Marci.14.
insuper secundum naturam assumptam, per scientiam con- Lucæ.22.
creatam, seu inditam. *Tu scis quia amo te*, ideo non oportet Iohan. 13.
te amplius interrogare, & me famulum tuum affligere, *Di-
cit ei, Pasce oues meas.* Superius dixit bis, pasce agnos meos
nunc ait, Pasce oues meas. Vnde per agnos intelligendi sunt
incipientes & proficientes, qui solidū cibū capere nequeūt: Hebr.5.
quibus loquitur Paulus ad Chorinthios, Tanquā paruulis in 1.Cor. 3.
Christo lac vobis, potum dedi nō escam. Iam autē per oues
designantur perfecti, qui p consuetudine exercitatos habēt
sensus, & quasi aliorum extant parentes. ¶ Præterea Chri-
stus committit Petro ter gregem suum, ad insinuandū quòd B
prelatus pascere debet sibi commissos prece mētali, instru-
ctione vocali, operatione vitali, tripliciq; cibo vt dictū est.
Vel ideo, vt prælati agnoscant, quantam habeat Christus di Eccle.4.
ligentiam, dilectionem & curam pro suis fidelib⁹, q̄ solicitè
velit eos custodiri, quàm districtè requiret à pastorib⁹ ratio-
nem de eis. Et quia prælati debent esse parati ad moriendū
pro fide, pro iustitia, pro Christo, pro grege commisso: ideo
consequenter Christus prædicit Petro de qualitate sui mar-
tyrij. *Amen amen dico tibi, cum esses iunior* annis quàm nunc Acto.9.
quando etiam moribus iunior eras quām modo *Cingebas te*,
cingulo materiali ad lumbos, cingebas te quoq; cingulo cō
tinentiæ quantum ad appetitum concupiscibilē, & ab illici-
tis te restringebas: vnde in Actibus Apostolorū Petrus te- C
statur, Nunquam comedi commune quid aut immundum, 2.Pet.2.
Et ambulabas vbi uolebas pergēdo de loco ad locum ad libi-
tum tuum, tanquam nō ligatus ab aliquo: itemque prædicta
faciendo, propria libertate sine violentia, & compulsione.
Cū autem senueris ętate & gratia, scilicet morte tua instāte
quando dicturus es, Velox est dispositio tabernaculi mei,
Extendes manus tuas ad brachia crucis cui appenderis: quod
vtique Petrus promptissimè fecit secūdum rationem, & ap-
petitum superiorem, *Et alius te cinget*, hoc.est, apparitor im
peratoris Neronis manus tuas cruci alligabit: non enim cla
uis affixus, sed funibus alligatus fuit patibulo crucis. Liga-
uit etiā Petrū in vrbe Roma antequā adduceretur ad mor-
tem. *Et ducet te quo non vis*, hoc est, ad locum passionis, &
M ad ma-

D ad amaritudinẽ mortis quã secundũ naturalẽ, ac sensitiuum petitu abhorrebis, atq; refugies. quanuis secundũ appetitum intellectiuũ eã libentissimẽ patieris, cupiens dissolui & esse
Philip.1. mecũ in regno. Verũtamen appetitus iste inferior refugiens
Mat.10. mortẽ fuit in Petro finaliter, subditus rationis iudicio, atq; imperio, ita q̃ non timuit immoderatẽ eos qui corpus occiderunt. Sancti etenim & perfecti viri appetũt, & nõ appetũt mortem siue martyrium, quemadmodũ æger vult & nõ vult potum amarum. Aeger nanque secundum sensitiuum intellectum refugit potionem amaram, præsertim si cõsideretur potio amara secundum se, inquantum est afflictiua

¶ Porrò, secundum rationem & voluntatem intellectiuam vult eam maxime prout est valetudinis inductiua, sic virtuo-
E si appetunt mortem siue martyrium secundum rationẽ, inquantum est ianua quædam ad vitam beatam, secundũ appetitum verò sensitiuum refugiunt eam, prout est, vltimum maximumq́ue terribilium secundum philosophũ. Vnde hoc modo & Christus refugiens mortem, Pater (inquit) trãseat
Mat.26. à me calix iste: sed in Christo ratio præuenit & imperauit hũc mortis timorem, in cæteris motus huiusmodi præuenit rationem, quia & primi motus nõ sunt in potestate nostra, propter quod Paulus decollandus fecit sibi oculos circumligari, ne ensem cernens venientem, pateretur subitũ motum naturalis timoris. Deinde sequuntur verba Euangelistę exponentis verba Christi præhabita. *Hoc autem* id est, præinductum sermonem parabolicum de Petri martyrio, *Dixit*
F *Iesus, significans qua morte esset clarificaturus deum*, id est, per verba illa Christus insinuauit quali martyrio Petrus honoraret deum moriendo pro fide & æquitate ipsius. Quemadmodum enim iusti clarificant deum rectè conuersando, quia in sua conuersatione testantur & pandunt quòd deus sit sanctus sublimis & iustus: sic pro iustitia moriendo ipsum clarificant, quia testantur deum tãtæ esse veritatis, æquitatis, & dignitatis, & amabilitatis, vt potius sit moriẽdum, quàm ab illo aliqualiter recedendũ. Propter quod ad Ephesios pri-
Ephes.4. mo apostolus loquitur, In omni fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortẽ, Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. *Et quum hoc dixisset*, hoc est, postquam Iesus prædixit Petro, qua morte clarificaret deum, *Dicit ei, Sequere me*. Postquam enim Iesus præmemorata disseruit, surrexit de loco conuiuij, cœpitq́ue

abire, & dixit Petro hortans eum ad corporalem sui imita- A
tionem propter mysticam significationem. Iam enim verbis reserauit Petro, quòd crucifigendus esset: volens ergo idipsum facto præsignare loquutus est ei, sequere me, tanquam dicat per hanc materialem sequelam ad quam te moneo hoc designo q̃ spiritualiter imitaturus es me sustinendo mortem crucis propter iustitiam sicut & ego. Iam nempe sæpe prædixit quòd sicut prophetæ interdum prophetauerunt verbis, aliquando factis, pariformiter Christus nunc verbis, nũc factis, aliqua prænunciauit. Ideo quoq; ait, sequere me, quatenus Petrus exemplo Christi confortaretur ad sustinendum crucis supplicium. *Conuersus Petrus* Christo enim dicente sequere me, orsus est Petrus ambulare corporali gressu post eum: quod cum faceret, sensit alium quendam venire post se, B
Propterea retro aspiciens vidit quis esset, sic ergo conuersus, *Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem*, motu progressiuo, quia vt innuit Augustinus, nec Petrus, neq; Iohannes cognouit propter quid dixerat Iesus, sequere me, *Qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te?* Per hanc circumloquutionem significat beatissimus Euangelista seipsum, non enim ad suiipsius iactantiam totiens commemorat se specialiter dilectum à Iesu, sed vt tanto beneficio gratus consistat, & quia dulcissimum sibi fuit recolere quàm affectuosè, ac familiariter se habuit Iesus ad eum. Inferioribus quippe magnum est à superiori specialiter diligi. *Hunc ergo cũ audisset Petrus, dicit ad Iesum, Domine, hic autem quid?* aget & patietur pro te, quid ei cõmittis, qua C
morte clarificaturus est deum. Solicitus fuit Petrus pro condiscipulo familiari, ac prædilecto, nec dubium, quin in bonis gratiæ sibi collatis & conferendis desiderauit eum habere cõsortem videlicet in cura pastorali atq; martyrio. *Dicit ei Iesus, Sic eum volo manere*, hoc est, in carne mortali volo Iohannem perseuerare sine martyrio, vtpote in pace, *Donec veniã* ad eum in hora mortis eius, vocaturus & educturus eum de præsentis peregrinationis exilio ab æternæ beatitudinis regnũ. *Quid ad te?* interrogare de tali secreto futuro. Quãuis enim vt in ecclesiastico legitur, vnicuique mãdauit deus de proximo suo, & iuxta Pauli doctrinam, debemus singuli Eccle.17.
quærere non siue nostra sunt, sed quæ aliorũ: non tamen de- 1.Cor.10.
bemus anxiari, curiosè scrutari, vel sciscitari quid deus or-

D dinauit de proximis nostris, quantum ad genus mortis eorũ
& quò ad occulta futura. Vnde apostolis de tali negotio
quærentibus Christus respondit, Non est vestrum nosse tem
Acto.1. pora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Qui-
dam præterea hæc verba Christi sic intellexerunt quòd insi-
nuauerit Iohannem non moriturũ ante diem finalis iudicij,
quando venturus est Christus in maiestate & gloria, vnde
quidam dixerunt eum traslatum in paradisum terrestrem cũ
Mat.25. Helia & Enoch, cum quibus aliqui dicunt eum rediturum &
prædicaturum contra Antichristum, atque ab illo occiden-
dum: quatenus sicut vnus translatus est in paradisum ante le-
gem videlicet Enoch, qui fuit ante diluuium, & alter sub le-
ge, puta Helias, sic vnus sub gratia trãslatus credatur, ac per
E hos tres, vtpote de quolibet tempore vnus, venturi sint con-
Apoc.1. tra Antichristum: quibus repugnare videtur quòd in Apoca-
lypsi multa dicunt de his qui prædicaturi sunt contra Anti-
christum: qui non asserunt nisi duo: de quibus in Apocalypsi
dominus loquitur, Dabo duobus testibus meis, & prophe-
tabunt diebus mille ducentis sexaginta: & cum finierint te-
stimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso, occidet eos.
Alij verò dixerunt Iohannem dormientem iacere in monu-
mẽto eius apud Ephesum, quia & in loco sepulchri scaturitio
quędam percipitur & ebullitio terræ, quod dicunt causari ex
Psal.88. eius anhelitu. Dicunt quoque quod in fine mundi morietur
Hebr.9. pro Christo, quia vt ait Psalmista, Quis est homo qui viuet,
F & non videbit mortem. Itemque Apostolus ad Hebræos,
Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudiciũ.
Has opiniones non approbat Augustinus, non enim videtur
quòd Christus prædilectum discipulum tam diu retardauit à
gloria, maximè quod iaceat in sepulchro, vt dormiens: com-
muniter ergo tenetur, quòd mortuus sit, & asserunt quidam
quòd in anima & corpore sit glorificatus in cœlo, hoc tamẽ
incertum est. *Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus
ille non moritur.* Ista sunt verba Euangelistę narrantis quali-
ter discipuli tunc præsentes intellexerunt verba Christi, pu-
tabant enim quòd Iesus significaret Iohannem non esse mo-
riturum, & quia errauerunt in hoc, idicirco excludit Iohan-
nes hunc sensum Et *non dixit Iesus, quia nõ moritur*, id est, per
verba sua non significauit quòd Iohannes moriturus nõ es-
set, *Sed* dixit, *Sic eum volo manere, donec veniam*, secũdum sen-
sum

sum prætactum. *Quid ad te.* Hęc enim fuerunt verba Christi, A
quæ modo exposita sunt. Legitur autem in vita beati Iohan
nis Euangelistæ, quòd imminente obitu eius, venit ad eum
dominus Iesus cum apostolis inuitans eum ad fœlicissimam
epulationem electorum in patria, ideo Christus dixit, Sic eũ
volo manere, donec veniam. Hic de quo Christus ista disser-
uit, *Est discipulus ille qui testimonium perhibet* de hisque in isto
capitulo, seu toto volumine isto contenta sunt: perhibuit au
tem Iohannes testimonium de his quæ ad Euangelicam per-
tinent legem, prædicando, docendo, miracula faciendo, irre-
prehensibiliter conuersando. Alios quoque magnos suos di-
scipulos ad predicandum mittendo, videlicet sanctum Igna-
tium, beatum Polycarpum, &c. Vnde in Apocalypsi asserit Apoc.1.
de seipso, Qui testimonium perhibuit verbo dei & testimo- B
nium Iesu Christi quæcunque vidit, Et *scripsit hæc* post redi-
tum ab insula Pathmos, Et *scimus quia verum est testimonium
eius.* Loquitur sanctus Iohannes de seipso in tertia persona
quasi de alio, & quod ait scimus, &c. Loquitur in persona sui
omniumque perfectorum fidelium.

¶ Denique Iohannes scripsit quæ audiuit, & vidit propriis
sensibus immediate à Christo, saltem pro maxima parte, cæ-
tera audiuit à fide dignis, imò omnia scripsit inspirãte, ac di-
rigente spiritu sancto, propter quod ait circa exordium pri- 1.Iohan.1.
mæ suæ epistolæ, Quod audiuimus & vidimus, annunciamus
vobis, ideo testimonium eius certum idoneumque consistit,
quoniam visa & audita certissimè recitantur. *Sunt autem*, hoc
est, fuerunt, Et *alia multa quæ fecit Iesus*, id est, signa & opera C
omni memoria, ac descriptione dignissima, quæ Iesus à prin
cipio incarnationis & natiuitatis fecit per se & per suos vs-
que ad ea quæ hic dicuntur, vel vsque ad missionem para-
cleti, *Quæ si scribantur per singula*, hoc est, sigillatim, parti-
culariter & seorsum, *Nec ipsum arbitror mundum capere eos qui
scribendi sunt libros*, si omnia illa taliter describerentur per
singula, hoc est, omnium hominum in mundo hoc inferiori
viuentium capacitatem transcenderent: si autem intelliga-
tur de mũdo & captione, quantum ad spatium loci, videlicet
quòd mundus continere non posset tot libros, nunc acci-
piẽda sunt per verba ista per hyperbolem, seu excessum. In-
terdum enim homo aliqua dicit per excessum, ad desinãdum Iudic.10.
magnitudinem rei quæ recitatur, vt dum in libro Iudicum
M iij scribitur,

Universidad de Deusto Biblioteca

D scribitur, quod filij Beniamin sic ad certum iactabant funda
Gene.41. lapidem, quod capillum tangere potuerunt. Itemque in Genesi Pharao ad Ioseph, Absque tui, inquit, oris imperio nemo mouebit manum aut pedem in tota terra Aegypti. Talia autem sine mendacio asseruntur, quoniam narrans agnoscit quousque credatur, nec intendit decipere, sed veritatem ipsam euidẽtius reserare: quod fieri nequit, nisi per sermonem figuralem & hyperbolicum.

1.Cor.1. ¶ Porro, quoniam Christus erat deus & homo, virtus omnipotens & sapientia increata operans per humanitatem assumptam, sicut per instrumentum coniunctum, animatum, ac proprium, elucescit quod documenta & opera eius excellentissima erant.

Finis euangelij secundum Iohannem.

¶ INDEX EVANGELIORVM QVAE IN templis, dominicis & aliis festis diebus leguntur iuxta ritum ecclesiæ Parisiensis & Romanæ, In quo animadueterte signatum Euangelii principium tantum, & subinde quod finem eius consequitur.

Præterea R. literam quæ vsum Romanum signat quando non conueniunt.

Aduentus.

¶ Dominica prima.

Et cum appropinquasset. Et cum intrasset. Matth. 21. fo. 173.b.

¶ Dominica secunda.

Et erunt signa in sole. Attẽdite autem. Lucæ 21. folio 349.d

Ro. Iohannes autem cum audisset. Matth 11. fo. 100. e

¶ Dominica tertia.

Iohãnes autẽ cũ audisset. Amen dico vobis. Mat. 11. fo. 100 e

Ro. Et hoc est testimonium. Iudæi. Iohan. 1. fo. 21. a

Feria quarta quatuor temporum

In mense autem sexto. Exurgens autem. Lucæ. 1. fo. 17. c

Feria sexta.

Exurgens autem Maria. Quia respexit humilitatem. Lucę. 1. fo. 22. f

Sabbato.

Anno 15. dicebat ergo ad turba. Lucæ. 3. fo. 61 f

¶ Dominica quarta.

Et hoc est testimonium. Altera die &c. Iohan. 1. fo. 24. e

Ro. Anno quintodecimo. Lucæ. 3. fo. 61. f

Natalis domini.

In vigilia.

Cum esset desponsata. Hoc autem totum. Matth. 1. fo. 9. d

In gallicantu.

Factum est autem in diebus illis exiit edictum. Et factum est. Lucæ. 2. fo. 38. a

In aurora.

Et factum est vt discesserunt ab eis angeli. Et postquam. Lu. 2.fo.44.b.c
In die.
In principio erat verbũ. Iohãnes testimoniũ. Iohan.1.fo.3.c
In die sancti Stephani.
Ecce ego mitto ad vos, vsque ad finem cap. Mat.23.fo.194.f
In die sancti Iohannis Euangelistæ
Sequere me. Sunt autem. Iohan.21.fo.273.f
In die innocentium.
Qui cum recessissent ecce. Defuncto autem. Matt.2.fo.17.c
¶ Dominica intra octa. natalis domini.
Et erat pater eius & mater. Et ibant parentes. Lucæ 2.fol. 52.f
In circuncisione domini.
Et postquam consummati sunt dies octo. Et postquam impleti sunt. Luc.2.fo.46.c
In Epiphania domini.
Cũ autẽ natus esset Iesus. Qui cũ recessissent. Mat.2.fo.13.b
¶ Dominica intra octa. Epiphaniæ.
Et cum factus esset annorum &c. capitis. Luc.2.fo.57.d
¶ Dominica prima post octa. Epiph.
Et die tertia nuptiæ. Post hæc descendit. Iohan.2.fo.37.d
¶ Dominica.2.post octa. Epiph.
Cum autẽ descendisset. Cũ autem introisset. Matt.8.fo.73.b
Dominica tertia post octa. Epipha.
Et ascendente eo in nauiculã. Et cũ venisset. Mat.8.fo.79.b
¶ Dominica quarta post octa. Epiph.
Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit. Aliam parabolam. Mat.13.fo.126.b
¶ Dominica in septuagesima.
Simile est enim regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane. Et ascendens. Mat.20.fo.166.e
¶ Dominica in sexagesima.
Cum autem turba multa conueniret. Nemo autẽ lucernam. Luc.8.fo.156.d
¶ Dominica in quinquagesima.
Assumpsit autẽ Iesus duodecim &c. capitis. Lucæ.18.fo.317.f
Feria quarta cinerum.
Cum autem ieiunatis. Lucerna corporis. Mat.6.fo.61.b
Feria quinta in capite ieiunii.

Cum au-

Cum autem introisset Capharnaum. Et cum venisset Iesus in domum. Mat.8.fo.74.b
Feria sexta in capite ieiunii.
Audistis quia dictum est, diliges proximum tuum. Et cum oratis. Mat.5.fo.54.a
Sabbato in capite ieiunii.
Et cum sero factum esset, vsque ad finem capitis. Marc.6.fo. 12.a
¶ Dominica prima in quadragesima.
Tunc Iesus ductus est. Cum autem audisset Iesus. Matth.4. fol.28.d
Feria secunda.
Cum autem venerit filius hoĩs &c. capitis. Mat.25.fo.210.b
Feria tertia.
Et cum intrasset Iesus Hierosolymam. Mane autem reuertens. Mat.21.fo.175.c
Feria quarta.
Tunc responderũt ei quidam de scribis, vsque ad finem cap. Mat.12.fo.118.a
Feria quinta.
Et egressus inde Iesus. Et cum transisset inde Iesus. Matt.15. fo.137.e
Feria sexta.
Post hæc erat dies festus. Propter persequebantur. Ioh.5. fo.74.f
Sabbato.
Et post dies sex assũpsit. Et interrogauerũt. Mat.17.fo.146.f
Dominica secunda in quadragesima.
Euang. vt præcedenti sabbato.
Feria secunda.
Ego vado & quæretis me. Hæc illo loquẽte. Ioh.8.fo.128.c
Feria tertia.
Tunc Iesus locutus est ad. Væ vobis scribæ. Mat.23.fo.190.a
Feria quarta.
Et ascendens Iesus Hierosolymam. Et egredientibus illis ab Hiericho. Mat.20.fo.170.a
Feria quinta.
Homo quidam erat diues &c. capitis. Lucæ.16.fo.296.d
Feria sexta.

Homo

Universidad de Deusto Biblioteca

Homo quidam erat paterfamilias &c.cap. Mat.21.fo.179.a
Sabbato.
Homo quidam habuit duos filios &c.capitis. Lucæ.15.fo.281.a
¶ Dominica tertia in quadragesima.
Et erat eiiciens dæmonium & illud.Turbis autem concur. Luc.11.fo 223.f
Feria secunda.
Vtique dicetis mihi hanc similitudinem.Et descendit in Capharnaum.Lucæ.4.fo.89.f
Feria tertia.
Si autem peccauerit in te.Ideo assimilatum est regnum cœlorum.Mat.18.fo.156.e
Feria quarta.
Tunc accesserunt ad eum.Et egressus inde. Mat.15.fo.134.e
Feria quinta.
Surgens autem Iesus de synagoga &c.capitis.Luc.4.fo.95.f
Feria sexta.
Venit ergo in ciuitatem Sa. Post duos autem dies.Iohan.4.fo.63.c
Sabbato.
Iesus autem perrexit in montem Oliueti.Iterum ergo.Io.8.fo.122.f
¶ Dominica quarta in quadragesima.
Post hæc abiit Iesus.Iesus ergo cum cognouisset.Iohan.6.fo.90.e
Feria secunda.
Et prope erat pascha &c.vsque ad finem cap.Iohã.2.fo.41.e
Feria tertia.
Iam autem die festo mediante.Christus cum venerit.Ioh.7.fo.113.c
Feria quarta.
Et præteriens Iesus.Et dicit ei Iesus.Iohan.9.fo.141.a
Feria quinta.
Et factum est deinceps ibat Iesus.Et exiit hic sermo. Luc.7.fo.138.b
Feria sexta.
Erat autem quidam languens.Quidam autẽ ex ipsis.Ioh.11.fo.163.f
Sabbato.

Ego sum

Ego sum lux mundi.Dixit ergo iterum eis.Iohan.8.fo.125.a
¶ Dominica in passione.
Quis ex vobis arguet me de peccato &c.cap.Ioh.8.fo.136.b
Feria secunda.
Audierunt Pharisæi turbam. Nondum enim erat spiritus. Iohan.7.fo.118.f
Feria tertia.
Post hæc autem ambulabat. Iam autem die festo mediante. Iohan.7.fo.110.f
Feria quarta.
Facta sunt autẽ encænia.Quærebant ergo eũ.Io.10.fo.158.f
Feria quinta.
Rogabat autẽ illũ qdã de pharisæis &c.cap. Luc.7.fo.148.f
Feria sexta.
Collegerunt ergo pontifices & pharisæi.Proximum autem erat pascha.Iohan.11.fo.174.c
Sabbato.
Hæc locutus est Iesus &c.cap.Io.17.fo.233.e.Ro.Cogitauerunt autem principes sacerdotum.Cum autem tot signa fecisset.Iohan.12.fo.179.f
¶ Dominica in ramispalmarum.
Et cum appropinquasset.Et cum intrasset. Mat.21.fo.173.b
Ad missam.
Passio domini secundũ Mat.cap.26.& 27.eiusdem.fo.212.c
Feria secunda.
Iesus ergo ante sex dies paschæ venit. Cogitauerunt autem. Iohan.12.fo.177.c
Feria tertia.
Passio domini secundum Marcum.cap.14.&.15.fo.21.c
Feria quarta.
Passio domini secundum Lucam cap.22 & 23.fo.358.b
Feria quinta in cœna domini.
Ante diẽ festum paschæ.Amen amen dico vobis,non est seruus.Iohan.13.fo.193.b.c
Feria sexta in parasceue.
Passio domini secundum Iohan.cap.18 & 19.fo.242.b
Sabbato sancto.
Vespere autem sabbati.Et exierunt.Matt.28.fo.240.e.f
In die paschæ.
Et cum transisset sabbatum.At illę exeuntes.Mar.16.fo.23.f

Feria

Universidad de Deusto Biblioteca

Feria secunda.
Et ecce duo ex illis. Dũ autẽ hęc loquuntur. Luc. 24. fo. 396. b. c
Feria tertia.
Dũ aũt hæc loquũtur. Vos autẽ testes estis. Lu. 24. fo. 400. b
Feria quarta.
Postea manifestauit se. Cũ ergo prãdissent. Ioh. 21. fo. 269. b
Dominica prima post pascha.
Cum ergo sero esset &c. capitis. Iohan. 20. fo. 264. f
¶ Dominica secunda post pascha.
Ego sum pastor bonus. Propterea me diligit. Iohan. 10. folio. 153. f
¶ Dominica tertia post pascha.
Modicum & iam non videbitis me. Et in illo die. Iohan. 16. fo. 228. b
¶ Dominica quarta post pascha.
Et nũc vado ad eũ qui. Omnia quæcunq;. Iohan. 16. fo. 225. c
¶ Dominica quinta post pascha.
Amen amen dico vobis, si quid petieritis. Respondit eis Iesus. Iohan. 16. fo. 230. b
Feria secunda in rogationibus.
Quis vestrum habebit amicum. Et erat eiiciens dæmonium. Luc. 11. fo. 220. d
Feria tertia in rogationibus.
Petite & dabitur vobis. Oia ergo quæcunq;. Mat. 7. fo. 68. f
In die Ascensionis.
Nouissime autem &c. vsque ad finem cap. Mar. 16. fo. 25. c. d
¶ Dominica intra octauas Ascensionis.
Cum autem venerit paracletus. Hæc autem vobis. Iohan. 15. & 16. fo. 223. c
In die Pentecostes.
Si quis diligit me. Surgite eamus hinc. Iohan. 14. fo. 212. a
Feria secunda.
Sic enim deus dilexit mundum. Post hæc. Ioh. 3. fo. 52. e.
Feria tertia.
Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium. Ego sum pastor. Iohan 10. fo. 150. c
Feria quarta quatuor temporum.
Nemo potest venire ad me. Litigabant. Iohan. 6. fo. 102. a
Feria sexta.
Et factũ est in vna dierũ. Et post hæc exiit. Luc. 5. fo. 103. b. c

Sabba-

Sabbato.
Surgens autẽ Iesus de synagoga &c. capituli. Lu. 14. fo. 95. f
In die Trinitatis.
In principio erat verbum. Iohannes testimonium. Ioh. 1. fo. 3. e. Rom. Estote. ergo misericordes. Non est enim. Luc. 6. fo. 127. e
¶ Dominica prima post pentecosten.
Homo quidam erat diues qui induebatur purpura &c. vsq; ad finem cap. Luc. 16. fo. 296. d
In die Sacramenti.
Caro enim mea verè. Hæc dixit in synagoga. Iohan. 6. fol. 106. a
¶ Dominica secunda. post pentecosten.
Homo quidã fecit cœnã. Ibant autẽ turbæ. Lu. 14. fo. 271. c
Dominica tertia.
Erant autem appropin. Aut quæ mulier. Luc. 15. fo. 277. c
Dominica quarta.
Estote ergo misericordes. Nõ est enim. Luc. 6. fo. 127. e. Ro. Factum est autem cum turbæ. Et factum est cum esset in vna. Luc. 5. fo. 98. a
Dominica quinta.
Factum est autem cum turbæ irruerent. Et factum est Luc. 5. fo. 98. a. Ro. Dico autẽ vobis, quia nisi. Estote consentiens Mat. 5. fo. 45. c
Dominica sexta.
Dico autem vobis, quia nisi abundauerit. Esto consentiens. Mat. 5. fo. 45. c. Ro. In diebus illis. Iterum cum. Et statim ascendens Mar. 8. fo. 13. d
Dominica septima.
In diebus illis iterũ cũ. Et statim ascendens. Mar. 8. fo. 13. e Ro. Attendite à falsis prophetis. Multi dicent mihi. Mat. 7 fo. 67. f
Dominica octaua.
Attẽdite à falsis prophetis. Multi dicẽt mihi. Mat 7. fo. 70 c Ro. Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Qui fidelis est in minimo. Luc. 16. fo. 288. e
Dominica nona.
Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Qui fidelis est &c. Luc. 16. fo. 288. e. Rom. Et vt appropinquauit. Principes autem. Luc. 19. fo. 328. f

Domini-

Dominica decima.
Et factum est cum appropinquasset ad Beth. Princeps autem Luc.19.fo.327.c.Ro Duo homines ascendebat. Afferebāt autem.Luc.18 fo.312.c
Dominica vndecima.
Duo homines ascendebāt. Afferebāt autē.Luc.18. fo.312.c Ro. Et iterum exiens de finibus Tyri. ad finem vsque cap. Mar.7.fo.12.e.f
Dominica duodecima.
Et iterū exiens de finibus &c.capitis.Mar.7.fo.12.e.f. Ro. Beati oculi qui vident quæ vos. Factum est autem.Luc.10. fo.207.e
Dominica tertiadecima.
Beati oculi qui vident. Factum est autem.Luc.10.fo.207.e Rom. Et factnm est dum iret in Hierusalem. Interrogatus autem.Luc.17.fo.305.c
Dominica decimaquarta.
Et factū est dum iret. Interrogatus autem.Luc.17. fo.305.c Ro. Nemo potest duobus dominis seruire. Nolite ergo. Mat.fo.63.f
Dominica decimaquinta.
Nemo potest duobus dominis. Nolite ergo soliciti. Mat.6. vt supra. Ro. Et factū est deinceps. Et exiit hic sermo. Luc. 7.fo 138.b
Dominica decima sexta.
Et factum est deinceps. Et exiit hic sermo. Luc.7.vt supra. Ro. Et factum est cum introisset. Dicebat autem.Luc.14. fo.268 a
Feria quarta quatuor temporum.
Et respondens vnus de turba. Et inde profecti.Mar. 9.fol. 14.f
Feria sexta.
Rogabat autem illum quidam de pharisæis &c. vsque ad finem cap.Luc.7.fo.148.f
Sabbato.
Arborem fici. Dicebat ergo.Luc 13.fo.258.b.c
Dominica decimaseptima.
Et factum est cum introisset. Dicebat autē. Luc.14.fo. 268.a Ro. Pharisæi autem audientes &c.vsq; ad finem cap.Mat. 22.folio.187.e

Domi-

Dominica decimaoctaua.
Pharisæi autē audiētes &c.cap.Mat.22.vt supra.R. Et ascēdens in nauim. Et cum trasiret. Mat.9.fo.81.e
Dominica decima nona.
Et ascendens in nauim. Et cum transiret. Mat.9.vt supra.R. Simile factum est regnū cœlorū homini regi. Tunc habeū tes.Mat.22.fo.182.f
Dominica vigesima.
Simile factum est regnum cœlorum homini regi. Tunc abeuntes.Mat.22.fo 182.f.Rom. Et erat quidam regulus. Hoc iterum.Iohan.4.fo.71 d
Dominica vigesimaprima.
Et erat quidam regulus. hoc iterum.Iohan. 4.fo. 71.d.Ro. Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi &c.capitis Mat.18 fo.159.c
Dominica vigesima secunda
Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi &c.capitis.Mat.18.vt supra.Ro. Tunc habeuntes Pharisæi consilium. Et audientes.mat.22.fo.185.b
Dominica vigesimatertia.
Tunc abeuntes Pharisæi. Et audientes.Mat.22.fo.185.b.R. Hæc illo loquente. Et transeunte inde.Mat.9.fo.85.f
Dominica vigesimaquarta.
Hæc illo loquente ad illos. Et transeunte.Matth.9. fo.85.f Ro Cum videritis abominationem De die autē illa.Matt. 24.fo.199.d
Dominica vigesimaquinta.
Cum subleuasset ergo oculos Iesus. Iesus ergo cū cog.Ioh. 6.fo.91.d
Proprium sanctorum.
In die sancti Andreæ.
Ambulās autem Iesus. Et circumibat Iesus.Matt.4.fo. 34.c
In conceptione beatæ Mariæ.
Liber generationis. Omnes itaq;.Mat.1.fo.1.a.b
In die sancti Thomæ apostoli.
Thomas autem vnus. Multa quidem.Iohan. 20.fo.267.d.e
In die purificationis beatæ mariæ.
Et postquam impleti sunt. Et erat pater eius.Luc. 2.fo.47.f
In die sancti Matthæi apostoli.
Hoc est præceptum meum. Hæc mādo.Io.15.fo.219. b.Ro.

Con-

Confitebor tibi pater &c.capi.Mat.10.fo.107.d
In die annunciationis Marie.
In mēse autē sexto.Et discessit ab illa angelus. Lu.1.fo.17.c
In die sancti marci Euangelistæ.
Ego sum vitis vera.In hoc clarificatus.Iohan.15 fo. 215.d
Ro.Post hęc autem designauit.In quācunque ciuitatem. Luc.10.fo.197.d
In die sanctorum Philippi & Iacobi apost.
Nō turbeī cor vestrū.Si quid petieritis me. Io. 14.fo.203.b
In die sancti Iohannis Baptistæ.
Fuit in diebus Herodis.Et dixit Zacharias. Luc.1.fol.7.f
In die Apostolorum Petri & Pauli.
Venit autem Iesus in partes cæsa.Tunc præcepit disci. Mat. 16.fo.142.a
In die beatæ Mariæ Magdalenæ
Maria aūt stabat ad monumētū.Cū ergo sero esset.Io.20.fo 261.f.Ro.Rogabat autem illū &c.capitis.Lu. 7. fo.148.f.
In die sancti Iacobi Apostoli.
Tunc accessit ed eum.Et egredientibus Matt.20.fo.170.c
In die sancti Laurentij.
Amen amen dico vobis,nisi granum frumenti.Nunc anima mea.Io-.12.fo.183.f
In die assumptionis beatæ Mariæ.
Factum est autem dum irent &c.vsque ad finem capiti.Lu. 10.fo.214.b
In die natiuitatis eiusdem.
Euang.vt supra in conceptione eiusdem.
In exaltatione sanctæ crucis.
Et ego si exaltatus fuero à terra.Hæc locut' est Iesus.Io.12 fo.187.f
In die sancti Matthæi.
Et cū transiret inde Iesus.Tunc accesserunt.Mat.9.fo.83.a
In die sancti Michaelis.
In illa hora accesserunt.Venit enim filius hominis.Mat. 18. fo.152.f
In die sanctorum Dionysij & sociorum eius.
Et descendens cum illis.Secundū hæc enim.Luc.6.fo.114.f
In die sancti Lucæ.
Post hæc autem designauit.Nolite trāsire.Luc.10.fo.197.
In die omnium sactorum.

Videns

Videns autem,Sic enim persecuti.Mat.5.fol.36.d
Incommemoratione defunctorum.
Dixit ergo Martha ad Iesum.Et cum hæc dixisset.Iohan.11. fo.168.d
Itē.Ego sum panis viuus.Caro enim mea,Ioh.6.fo.104 d
Item.Sicut enim pater suscitat mortuos. Amen amen dico vobis,quia venit.Iohan.5.fo.80.d
Item.Omne quod dat mihi pater.Murmurabant.Iohan. 6. fo.100.d.e.
Item.Amen amen dico vobis,quia venit hora Non possum ego Iohan.5.fo.82.c
¶ Commune sanctorum.
In natali Apostolorum.
Hoc est præceptum meum.Hæc mando vobis.Iohan.15.fo. 219.b
Item.Ecce ego mitto vos.Cum autem persequentur.Matt. 10.fo.94.d.e
Item.Hæc mando vobis.Cum autem venerit.Iohan.15.fo. 221.c
Item.Ego sum vitis vera.In hoc clarificatus. Iohan. 15.fol. 215.d
Item.Facta est autem contentio.Ait autē dominus.Luc.22. fo.365.a.b
Item.Vos estis sal terre.Nolite putare. Matth.5.fo.42.e
In natali vnius martyris.
Si quis vult post me venire,&c.vsque ad finē capitis. Matt. 16.fo.145.d
Item.Amen amen dico vobis,nisi granum frumenti. Nunc anima mea.Iohan.12.fo.183.f
Item qui vos audit,me audit In ipsa hora.Luc.10.fo. 202.a
Item si quis vult post me venire.Factum est autem.Luce.9. fo.182.a
Item. Nolite arbitrari quia &c. capitis,Matth. 10. folio 98.c
Item.Nihil est opertum.Qui autē negauerit.Matth.10. fo. 97.a
Item.Si quis venit adme, & non. Bonum est sal.Luc.14. fo.274.a

N In nata

Universidad de Deusto Biblioteca

In natali plurimorum Martyrum.

Et descendens cum eis. Secundum hæc. Lucæ. 6. folio 114.f.
Item. Cum autem audieritis prælia. Cum autem videritis. Luc.21.fo.346.a
Item. Et cum egrederetur de templo. Cum autem videritis Mat.13.fo.20.b
Item. Attendite à fermento pharisęorum. Qui auté negauerit me coram. Luc.12.fo.236.e
Item. Sedente autem eo super. Et prædicabitur. Matth.24. fo.196.f.
Item. Vidés autem Iesus, turbas. Sic enim persecuti. Mat.5. fo.36.d
Item. Cum autem persequentur vos in ciuitate. Qui autem negauerit. mat.10.fo.95.f
Item. Qui vos audit. In ipsa hora. Luc.10.fo.202.a
Item. Væ vobis qui ædificatis &c.c.capitis Luc.11. fo.234.b

In natali vnius confessoris.

Sicut enim homo peregre. Accedens autem. Matth.25. fol. 207.f
Item. Sint lumbi vestri. Ait autem ei Petrus. Luc. 12. folio 246.a
Item. Vigilate ergo. Si autem dixerit malus. Matth.24.fol. 204.e
Item. Videte, vigilate &c. vsque ad finem capitis Marc.13. fo.20.e
Item. Nemo Lucernam. Et cum loqueretur. Luc. 11. folio 229.c
Item. Noli timere pusillus. Sint lumbi, Luc.12.fo.248.bc
Item. Homo quidam nobilis, Veruntamen. Lucæ.19. folio 323.e
Item. Ecce nos reliquimus, &c. capitis. Matthæi 19.folio 165.b

In natali plurimarum virginum.

Simile est regnum cœlorum thesauro. Iterum. Simile &c Mat.13.fo.128.a
Item. Tunc simile est regnum cœlorum decem virginibus. Sicut enim homo. Mat.25.fo.206.a

In dedicatione ecclesiæ.

Et ingressus perambulabat. Et illis audientibus. Lucæ.19. fo.320.f

In sponsalibus.

Et accedentes pharisæi. Et in domo. Marc.10.fo.17.a

INDICIS FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

DE ORIGINE CARTHVSIANAE RELIGIONIS, Henrici Glariani Heluetij poëtæ laureati, centimetrum.

Quæ Carthusiacæ sit religionis origo,
Qua fluat historia, Calliopea refert.
Parrhisiis, rapidas vbi spumifer aggerit vndas
Sequana, & occiduas vellet adisse domos,
Atque vbi culta viret doctorum turba sophorum,
Turba salutifero non male grata deo.
Quidam erat insignis, doctrina visus honesta,
Quem coluit populus, quem coluere senes.
Huic mors extremam postquam spirauerat auram,
Non pompam inuidit funereasque faces.
Hic aderant magnique viri, doctique magistri,
Præclari iuuenes, decrepitique senes.
Mos etenim est, functum vita deferre sepulchro,
Qui fuit illius gymnasiarcha scholæ.
Ecce sed erectus, feretro proclamat ab alto:
Iudicio iusto sum reus ipse Dei.
Obstupuere omnes, nec enim leue pondus habebant
Verba resurgentis terribilisque viri.
Quid facerent? quis enim, quæ sint arcana tonantis
Iudicia, explanet? quis penetrare queat?
Non sepelire placet, donec lux altera cælum
Pulset, vti videant quid ferat hora sequens.
Vix sol prodierat, quando replet omnia vulgus,
Irruerant proceres, turbaque tota simul.
Dum rursus famuli mœstum mouere cadauer,
Dum stupet attonito gens male lecta foro,
Ecce iterum claro tales dat pectore voces:
Iustitia & iusto iudice victus ego.
Rursus inauditus gelidos tremor occupat artus,
Contremuere omnes, omnia terror habet.
Expectare placet quid sors feret vltima monstri,
Quippe tonant dubio verba priora sono.
Tertia lux aderat, iam tota cursat in vrbe
Fama mali, & miro murmure tecta subit.
In circum stupidi atque arrectis auribus astant
Quid velit, auscultant, corpus inane loqui.
Intonat horrendum, vocémque in sydera tollit:
Damnatus iusto iudice digna fero.
Et quis non timeat? quis non tremat? aut quis ab illis
Exemplis vitam non velit esse suam?
Bruno erat in cunctis longe venerabilis oris,
Et decus, ac vbi gloria rara soli.
Is septem iusti comites facit esse pauoris
Qui syluas secum, tristiaque antra petant.
Postquam illuc venere, simul sedere sub vmbra,
Atque ab eremita consilia alta rogant.
Prodiit in vocem canis pater ille capillis,
Et docuit quo sit vita paranda modo.
Effugite ô iuuenes stulti consortia mundi,
Temnite quæ vobis mors inopia rapit.
Quicquid id est quod mundus habet, linquamus oportet,
Nil sane æterni vile cadauer habet.
Temnite fortunas hominum, mala gaudia mentis,
Effugite ad mœsti vulnera quinque dei.
Quærite diuitias cœli, nam summa voluptas,
(Ad donum ignotum) dulcis eremus erit.
Hæc ait, illi inter sese pia verba retractant,
Cordibus accensis incaluere Deo.
Transierant Ararim, deinde Hœdua rura relinquunt:
Dextra Lugdunum, læua Gebenna fuit.
Iamque aderat Rhodanus, qui gurgite lapsus aperto,
Ducit ab Alpinis frigora sæua iugis,
Hinc prata Allobrogum atq; Vocantia rura premebant.
Suspiciunt syluas & nemora alta loci.
Scilicet aëreæ quo protenduntur & alpes,
Atque vbi perpetuo frigus & algor adest.
Hæc placuit duti mira inclementia cœli,
Hi scopuli digni carceris esse loco.
Hugo erat Allobrogum bene dignus episcopus oris
Candidior quo non vnus & alter erat.
Viderat hic septem (dictum mirabile) stellas
In nemora excelsi verticis ire palam.
Somnium erat talique viam sibi calle parari
Coniicit ad cœlum, stelligerasque domos.
Hunc adiit Bruno sociis comitantibus, hisce &
Quid veniant paucis commónuere modis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inclyte forte tuas præsul peruenit ad aures.
Qui modo Pharisia fertur ab vrbe pauor.
Is nos hinc alio vertit, vale diximus orbi,
Vrgemur tacito, tum sine fine, deo.
Non nos huc pepulit fictæ, mala gloria famæ,
Non simulatus amor, non simulata fides.
Da, petimus, paruum nostris conatibus orbem,
Seu scopulos isto, seu nemora illa loco.
Obstupuit præsul, tacitæ præsagia mentis
Concutiunt totum pectus adusque virum.
Fœlices animæ dixit, fœlicia certè
Tempora, quæ nostris vos tenuere locis.
Ite inquam, ite, viam vestro disponite fratri.
Quod petitis, cautum est quodque petetis, erit.
En sequor ipse ego vos, manibusque opibusque iuuabo,
Immemorem vestri non sinet vlla dies.
Illi abeunt, loca fœda situ, squalentia muco
Tecta vident, trucibus vix habitanda feris.
Hugo subit, templumque struit, tutosque recessus,
Et modico immensum tempore creuit opus.
Ipse quoque, vt maior grauitas ornaret eremum,
Induit hunc habitum, rupibus hisce fauet.
Hi primi tantæ sunt religionis alumni,
Hac fluat historia, Calliopea Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca